BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
5 H
29

6
6-D
56
6-5-H-29

6-5-H-29

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
6-6-D-56

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE RERUM INVENTORIBUS

Libri Octo.

Ejusdem in Orationem Dominicam Commentariolum.

Nova Editio, in qua præter Corollaria margini ſive oræ libri appoſita, Index quoq; locupletiſſimus, priori multò caſtigatior, lectori exhibetur.

ACCESSERUNT

C. Plinii, Alexandri Sardi, aliorumque de eadem materia collectanea, ſequenti pagellâ conſignata.



ARGENTORATI

Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliop.

M. DC. VI.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE VITTORIO EMANUELE ROMA

SCRIPTORES QUI HOC *volumine continentur.*

I. Polydori Virgilii de rerum inventoribus Libri octo. Ejuſdem in Orationem Dominicam Commentariolum.
II. C. Plinii caput LVI. libri VII. Naturalis Hiſtoriæ. Cum notis Hermolai Barbari, & Ferdinandi Pintiani.
III. Alexandri Sardi Ferrarienſis Derelictorum à Polydoro Virgilio libri duo.
IV. M. Ant. Sabellici Heroicum Poëma de rerum & artium inventoribus
V. Nova reperta novem veteribus ignota
VI. De Bibliothecis Antiquorum,
VII. De Artis typographycæ origine
VIII. De Bombardarum inventione.
IX. De Ægyptiis Circulatoribus
X. De Arte Coquinaria
XI. De uſu Ocularium ſeu Perſpiciliorum

AD LECTOREM.

QUum opus iſtud jam pridem non indignum habitum ſit, quod, doctiſſime Lector, à te legeretur, vel notum etiã fieret cæteris hominibus minimè literatis, quando Galli, Germani, & Itali in ſuam quiſq; linguã vernaculam & vulgarem jam vertit: idcirco ut illud majus legentibus emolumentũ faceret, pluſque delectamenti afferret, rurſus deniq; ab auctore ſuo perfectè eſt auctum, quod ita multo locupletius tu nunc accipies: unde quicquid hauſeris, purum, integrum, liquidumq; te haud dubiè haurire ſenties. Vale.

DE VITA SCRIPTISQUE *Polydori Vergilii.*

POlydorus Vergilius, aliis Virgilius Urbini, quæ urbs antiqua & celebris in Umbria Italiæ regione, natus eſt, vetuſtâ ac nobili Vergilianâ familiâ, quæ laurum, nomini ſuo ſacram, unà cum duobus lacertis, ut gentis inſigne, à majoribus ſuis velut per manus accepit. Qua de re verſus iſtos ipſe tertio de Rerum inventoribus recitat.

Sum Laurus, virtutis honos, pergrata triumphis,
Janitrixq́; domus fulmina dira fugo.
Hoſtibus immiſſa & pacem requiemq́; laborum
Victori palmam lætitiamq́; fero.
Phœbus amat Laurum, & capitis nos, illius inſtar
Formoſam gerimus tempus in omne comam.
Ecce mea gemini ludunt ſub fronde lacerti,
Qui mecum quare hæc accipe ſigna colant.
Ver ago perpetuum, hic primo Ver tempore monſtrans
Unde tenet nomen Vergiliana domus
Quæ tam immota diu, caſuraq; tempore nullo,
Stabit, quàm Viridi fronde perennis ero.

Avunculos duos habuit, Theſeum & Mattheum Pinnios, fratres celebres per Italiam Jureconſultos, quorũ honorificè meminit *lib. de Invent. II. c. I.* Fratrem item Joannẽ Matthæũ, latinis ac græcis literis eruditum qui Patavinũ à Senatu Veneto ad Philoſophiæ profeſſionẽ Liberali ſtipendio evocatus eſt. Huic poſteriores ſuos quinq; de Inventoribus libros inſcripſit. Cæterum Vergilius ubi adolevit, optimis itidem diſciplinis inſtructus, à Rom. Pontifice ad Henricum VII. Regẽ in Britanniã miſſus eſt, Internuncius, dotiſq; Pontificię collector, & VValliæ Archidiaconus virtutis ergò creatus. Pòſt ab Henrico VIII. Londinum accitus, & Sacerdotio in D. Pauli æde primaria donatus *Hiſtoriam rerum Britannicarum libros* XXVI. *complexus eſt.* Scripſit & De Prodigiis libros VIII. quos Harpyis unguibus noſtrâ tempeſtate

peſtate contaminatos fuiſſe doleo. *De vita perfecta librum I. Et Patientia libros II. De Veritate & mendacio librum unum. Adagia item cum ſacra tum profana*, ante Eraſmum collegit: Et de Græco Latina fecit *Joan. Chryſoſt. de Monachi & Militis comparatione Homeliā.* Scripſit & in *Orationem Dominicam Paraphraſim.* Turbatâ Angliâ in patriam rediit, ubi & ſenex obiit. M. D. LII. *teſte Andrea Theveto in virorum illuſtriū Hiſtoria.*

POLYDORI VIRGILII ELOGIUM

Ex Paulo Jovio deſcriptum

HIc Urbini natus, ubi adolevit optimis inſtructus literis in Britanniam tranſivit, cum antea lepido argumento Proverbia, excepta demum ab Eraſmo, & eruditiſſimè amplificata publicaſſet. Is ab Heinrico rege fortunis adauctus, Flamenque Londini creatus, cōſcripſit Hiſtorias rerum Britannicarum, eâ fide, ut Scotis & Gallis ſæpè reclamantibus, alieno potius arbitrio, quàm ſuo, intexuiſſe multa in gratiam gentis exiſtimetur, quod in recenſendis minorum Ducum nominibus, tanquam gloriæ avidis plurimū indulſerit.

IN POLYDORUM SIMON GRYNÆUS.

Qui more & ritu arguta apis
Campos Theſpiadum pervolat,
Amicis paſſim floribus
Cautè os impreſſus, inſidet,
Succos miros, miras opes
Genere omni auctorum convehit.
Divite mox alveario
Favos & mella dulcia
Subinde præbet omnibus,
POLYDORI non intellige
Merito qui non ſummo ſibi
Nomen venerandum vendicet.

POLYDORUS VERGILIUS URBINAS LUDOvico Odaxio Patavino S. D.

SUm equidem neſcius, Ludovice Odaxi, qua venia digni accipiantur illi, qui longè à vero aberrãtes, in fabulis duntaxat nervos prorſum omnes cõtenderint. In quorum ſanè numero, cum poëtę, tum veteres philoſophi maximè ſunt. Sed illis, quorum proprium eſt nugas ſectari, ignoſcendum eſt, his autem non item: quippe qui quum veritatis, quæ, ſicut præclare Pindarus ait, magnum eſt virtutis principium, inveſtigandę gratiã, talem ſcribendi materiam nacti eſſent, ut eã ſuapte natura ſeſe illis ſæpius offerentem, facilè comprehendere poſſent, adeo in obſcuris verſati ſunt tenebris, ut pro veritate, magisq; fingendi fabulas materiam præbuerint. Etenim, ut de initiis rerum, de mundi fabrica, taceam, quũ de Deo aut cæli motu diſſererent, phyſica quadam ratione, multo nempe majorem quam foret, deorum multitudinem reddiderunt, qui induti ſpecie humana fabulas poëtis ſuppeditarũt hominũ autem vitã ſuperſtitione omni referſerunt, veluti qui deinde viros beneficiis excellentes in cœlum, fama ac voluntate tollere cõſueverint. Quæ tametſi ſummæ levitatis plena ſunt, dicuntur tamen, & ſtultiſſimè creduntur.

Sed

Sed ipſos Philoſophos, quum ſapientiæ laudē adepti eſſent, eo quod pleno greſſu veritatē ſequi viderentur, nihil profectò, ut arbitror, tam devios egit, quam veri Dei ignoratio: ex quo haud dubiè tot fabularum delirationes manârunt, tunc potiſſimè quum futilis eſſet hominum ſimplicitas: nā noſtro tempore, quo quidē impendio magis homines ſapiunt, quis hujuſcemodi Deos colit, quorum accipimus cupiditates, ægritudines, iracundias, bella, vulnera, libidines? Quis harpyias fuiſſe, aut chimærā monſtrum putat? Quæve anus tam excors inveniri poteſt, quæ illa, quæ quondam credebantur, apud inferos portenta extimeſcat? Quis tam hebetis ingenii eſt, ut metuat ne ſupra ſe cœlū labet? ſicut Galli Adriæ vicini, Magno olim Alexandro percontanti, quidnam eſſet quod maximè pertimeſcerent, ſeſe formidare id tantum reſpondiſſe dicuntur. Ubi gentium menſa Solis eſt, quæ divinitus epulas ſuppeditet, quam Æthiopes ſe quondam habere jactabant? Veriſſimè igitur M. Tullius inquit, diem opinionum commenta delere, naturæ judicia confirmare, quoniam ſolū tempus veritatis eſt parens. Quare hoc fabulis fidem habendi vitium, magis tēporum quā hominum fuiſſe dixerim. At nobis, qui longe hercle feliciore ætate geniti ſumus, propterea quod verum Deum quotidie intuemur, contemplamur, atq; veneramur, nulliſq; amplius præſtigiis dæmonum ducimur, ecquid

turpius magiſve pudendum eſſe poteſt, quā nugas terere, & fonte veritatis omiſſo fabularum rivulos ſectari, quum præſertim ità natura comparatum conſtet, ut nullus ſuavior animo cib' ſit, quā veri cognitio? Ego ità opus de Rerum Inventoribus orſus, quam veriſſimè potui, omnia tradidi, quo nemo ſua laude fraudaretur: quoniā invenire primum præcipuúmq;, reiq; inventæ dignitas, adeo multos trahit in amorem ſui, ut ſinguli, ſi fieri poſſit, artis alicujus auctores ſe dici velint, quod ſine artibus ſatis cōſtet nullā omnino vitā eſſe potuiſſe. Ex quo diligentius multo officium feci, & maximè quum de origine deorum, & eorum cultu, de rerum initiis, de hominis ortu prodidimus: quod neutiquam facile fuit, quando jam nugę cuncta oppleverant. Cæterum ſum ego itidem, fateor, in pleriſq; locis id genus fabulas ſequutus: quibus etiam verum ſpecie aliqua velatum ſubeſt: ob id tamen nihilominus veritati hæſimus, quando hoc ratio ipſa exigere viſa eſt, Et quanquā Saturno, Jovi, Neptuno, Mercurio, Dionyſio, Apollini, Æſculapio, Cereri Vulcano, & aliis, quos deos vocant, quædā aſſignavimus, ea ipſa tamen illis tāquam mortalibus, non tanquam diis, licet ipſe quoq; deos nuncupaverim, attribuimus. Haud me fugit inſuper, quoſdam malevolentiſſimos fore, qui induſtriam noſtram fortaſsè temeritatem appellabunt, quia ego ſolus de Rerum Inventorib' ſcribere auſus ſum, quod nemo ante

me,

me, præter Plinium particulatim tentarat, qui in 7. Natur. hiſtor. de hac re ſtrictim admodũ meminit, fabulas ſic ſequutus, ut minus veritatem inveſtigarit. Verum illud prorſus ignorabunt, id multo eſſe præclarius, quo difficilius extiterit. Ecquid enim laudis aſſequutus eſſet Cæſar, ſi facile fuiſſet Britannis bellum inferre? aut Annibal quantum gloriæ ſibi comparaſſet ſi pervias Alpes, dum Italiam adiret, citra, ut dicitur, pulverem ſudoremque, ac nõ magna ſuorum cæde, feciſſet? Propter quod nos etiam hoc opus, etſi arduum, magno animo ſuſcepimus, maturavimuſque: in quo ſi quid deſiderabitur nemine mirum ſit, quando multa nõ modo vetera, ſed nova inventa ſunt, quorum, ut in extremo tertio operis libro perſpicuè demonſtravimus, inventores in denſiſſimis omnino umbris latent. Non idcirco tamen inficior (haud enim tantum mihi aſſumo, quum ſint hodie plures longè me doctiores) quin poſſit quiſpiam de hac re, veluti de proverbiis, quorum libellum proximo anno Guidoni principi Urbini Duci inſcripſimus, copioſius tradere. Verum quicunque hoc vel illud poſthac ingredietur iter, quia nos primi ſtadium cucurrimus, is fortaſſe noſtra veſtigia ſequi non gravabitur. Has autem, qualeſcunq; ſunt, lucubrationes, in quibus multarum rerũ origo continetur, nemini convenientius dicari poſſe vel debere judicavi, quam tibi, qui ad un-

guem ſcriptorum omnium monimenta noris; nam, uti divus Hieron. inquit, illi tertium Vergilii Æneid. librum lucidius intuentur, qui à Troade: per Leucadem, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad oſtium Tyberinum navigarint: qui inſuper ſic Guidoni Urbini duci noſtro ab ineunte ejus ætate, à divo Federico, ut olim à Philippo Macedone Magno Alexandro Ariſtoteles præceptor datus eſt: qui quum te duce, utriuſque linguæ peritiſſimus evaſerit, haud equidem immerito præ omnibus ei chariſſimus es, apud quem, ut par eſt, ſummum dignitatis gradum tenes, à quo denique tanti ſis, quanti certè fieri debes. Accipe igitur, Ludovice Odaxi, hilari vultu, hoc opus à Polydoro tuo Vergilio: idque ea frontis ſerenitate perlegito, qua ejuſmodi ſcripta legere conſueviſti. Vale. Urbini. Nonis Augu-
ſti, Anno 1499.

INDEX

INDEX CAPITUM IN LIBROS DE INVENTORIBUS RERUM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

CAP. I.

DE prima deorum origine, & undè Deus dictus pag. 1

II. De initiis rerum 6

III. De primo hominum ortu, & linguarum varietatis origine, an Romanis lingua una eademq; Latina communis fuerit, nec ne: atque inibi de prima gentium diviſione 8

IV. De origine conjugii, & vario apud gentes uſu, & qui in propatulo pecudum more coirent, ac quis liceret ante virum novam inire nuptam, & inibi de divortii initio, ac qui in matrimonio veterum ritus 13

V. De religionis origine, & qui colendorum deorum primi auctores fuerint, & Deo vero ſacrificaverint 21

VI. Quis primus literas invenerit, vel in Latium attulerit, & de earum numero aucto, varietate, vique, ſonoque 24

VII. De origine grammaticæ, & quantum valeat 29

VIII. De poëticæ artis origine, atque ejus præſtantia, ibiq; locus Ciceronis in Catone emendatus 31

IX. De origine metri, & metrorū plura eſſe genera 32

X. De tragœdiæ atq; comœdiæ initiis 33

XI. De origine ſatyræ, novæq; comœdiæ 34

XII. Quis primus hiſtoriam condiderit & de ejus utilitate; aut ſolutam orationem invenerit, deque texendæ ipſius hiſtoriæ regula. 36

XIII. De origine Rhetorices, & quibus rebus ejus ratio contineatur 38

XIV. Quis primus muſicam repererit, & quantum ea valeat ad tolerandos humanæ vitæ labores 39

XV. Qui

XV. Qui primum inſtrumenta muſica diverſi generis invenerint, & ea in Latium attulerint, ac quod ſit organum, & de antiquiſſimo uſu tibiarum in prælijs 42
XVI. De origine philoſophiæ, & de duobus ejus principiis, & quis primus invenerit ethicen, ac dialogos introduxerit 47
XVII. Qui primus aſtrologiam adinvenerit, aut quorundam ſiderum curſus, & ſphæram, ventorumque rationem, atque quot illi ſint, & obſervationes ſiderum, in navigando. 49
XVIII. Qui primi geometriam & arithmeticam invenerint. 53
XIX. Quis primus repererit pondera, & menſuras ac numeros, & de vario apud gentes numerandorum annorum modo. 55
XX. Quis primus medicinam invenerit, & in quot ea diviſa ſit partes, ac apud quos olim populos non fuerit medicorum uſus. 56
XXI. De herbariæ & medicamentariæ atq; melleæ medicinæ inventoribus, & quæ homines ab animalib. remedia didicerint. 60
XXII. Quis primus magicam artem invenerit, & à quibus celebrata, & quis modum effugandi dæmones, aut incantationes ediderit, quibus morbi ſedarentur. 63
XXIII. De origine necromantiæ, pyromantiæ, aëromantiæ, hydromantiæ, geomantiæ, & chiromantiæ. 66
XXIV. De duobus divinandi generibus, & de origine aruſpicinæ artis, & ſortium Præneſtinarum, & quis ſomniorum interpretationem docuerit. 68

CAPITA LIBRI SECVNDI.

De juris & legum origine, & qui primi mortalibus leges dederint, & quæ cauſa à principio dandi fuerit. 72

CAPITUM.

II. Qui regiam vel popularem civitatem principio inſtituerint, tyrannidemq; exercuerint, & diadema vel ſervitium invenerint, & quis Areopagitarũ magiſtratũ conſtituerit, aut ſuffragia invenerit 76
III. De triplici adminiſtrationis genere Romanæ civitatis, & de origine inſignium Regum, & ex qua arbore fierent magiſtratuum virgæ, atque quis primus cenſum inſtituerit, & de ſenatorio atq; equeſtri cenſu, vel carcerem ædificaverit, & ibidem quid eſſet luſtrum conditum, ac de initio tributi imponendi. 80
IV. Qui primi conſtituerint annum, & quam varium, & invenerint hunc annum quo utimur, vel menſes, atque eos diviſerint in Nonas, Idus, Calendas, ac quis excogitarit numerum aureum 87
V. Quis horas primus conſtituerit, aut horologia diverſi generis invenerit. 92
VI. Quomodo ab initio alii aliter dies obſervarint, & noctes diviſerint. 94
VII. Qui primi libros ediderint, & de prima bibliotheca, & à quo, aut ubi uſus imprimendarum literarum primum inventus. 95
VIII. De primo uſu ſcribendi apud priſcos etiam per notas, & quando primum ſit inventa charta, vel membrana. 98
IX. Quis primus memoriæ artem monſtraverit aut qui ejuſdem gloriam adepti ſint 100
X. A quo primum militaris ars inventa, & utrum illa literis præſtet: item in exercitu ordines, teſſeræ & vigiliæ, & de primo pugnandi modo 106
XI. De primo armorum & æneorum tormentorum uſu. 102
XII. Quis primus equitandi artem, aut uſum equos domandi, vel eorum ungulas ferreis ſoleis muniendi, ac ornamenta invenerit, & bigas atque quadrigas junxerit, & vehiculum cum quatuor rotis repererit,

XV. Qui primum inſtrumenta muſica diverſi generis invenerint, & ea in Latium attulerint, ac quod ſit organum, & de antiquiſſimo uſu tibiarum in præliis 42
XVI. De origine philoſophiæ, & de duobus ejus principiis, & quis primus invenerit ethicen, ac dialogos introduxerit 47
XVII. Qui primus aſtrologiam adinvenerit, aut quorundam ſiderum curſus, & ſphæram, ventorumque rationem, atque quot illi ſint, & obſervationes ſiderum, in navigando. 49
XVIII. Qui primi geometriam & arithmeticam invenerint. 53
XIX. Quis primus repererit pondera, & menſuras ac numeros, & de vario apud gentes numerandorum annorum modo. 55
XX. Quis primus medicinam invenerit, & in quot ea diviſa ſit partes, ac apud quos olim populos non fuerit medicorum uſus. 56
XXI. De herbariæ & medicamentariæ atq; melleæ medicinæ inventoribus, & quæ homines ab animalib. remedia didicerint. 60
XXII. Quis primus magicam artem invenerit, & à quibus celebrata, & quis modum effugandi dæmones, aut incantationes ediderit, quibus morbi ſedarentur. 63
XXIII. De origine necromantiæ, pyromantiæ, aëromantiæ, hydromantiæ, geomantiæ, & chiromantiæ. 66
XXIV. De duobus divinandi generibus, & de origine aruſpicinæ artis, & ſortium Præneſtinarum, & quis ſomniorum interpretationem docuerit. 68

CAPITA LIBRI SECUNDI.

DE juris & legum origine, & qui primi mortalibus leges dederint, & quæ cauſa à principio dandi fuerit. 72

II. Qui

II. Qui regiam vel popularem civitatem principio inſtituerint, tyrannidemq; exercuerint, & diadema vel ſervitium invenerint, & quis Areopagitarũ magiſtratũ conſtituerit, aut ſuffragia invenerit 76
III. De triplici adminiſtrationis genere Romanæ civitatis, & de origine inſignium Regum, & ex qua arbore fierent magiſtratuum virgæ, atque quis primus cenſum inſtituerit, & de ſenatorio atq; equeſtri cenſu, vel carcerem ædificaverit, & ibidem quid eſſet luſtrum conditum, ac de initio tributi imponendi. 80
IV. Qui primi conſtituerint annum, & quam varium, & invenerint hunc annum quo utimur, vel menſes, atque eos diviſerint in Nonas, Idus, Calendas, ac quis excogitarit numerum aureum 87
V. Quis horas primus conſtituerit, aut horologia diverſi generis invenerit. 92
VI. Quomodo ab initio alii aliter dies obſervarint, & noctes diviſerint. 94
VII. Qui primi libros ediderint, & de prima bibliotheca, & à quo, aut ubi uſus imprimendarum literarum primum inventus. 95
VIII. De primo uſu ſcribendi apud priſcos etiam per notas, & quando primum ſit inventa charta, vel membrana. 98
IX. Quis primus memoriæ artem monſtraverit aut qui ejuſdem gloriam adepti ſint 100
X. A quo primum militaris ars inventa, & utrum illa literis præſtet: item in exercitu ordines, teſſeræ & vigiliæ, & de primo pugnandi modo 100
XI. De primo armorum & æneorum tormentorum uſu. 102
XII. Quis primus equitandi artem, aut uſum equos domandi, vel eorum ungulas ferreis ſoleis muniendi, ac ornamenta invenerit, & bigas atque quadrigas junxerit, & vehiculum cum quatuor rotis repererit,

pererit, & quis ex quo pugnare primum inſtituerit 116
XIII. Quis primus inſtituerit apud Græcos olympicum certamen, & alios id genus ludos, & pyrrhicam ſaltationem, atque palæſtram, & à quibus inventus ludus pilæ, aleæ, teſſerarum, furunculorum, talorum, par impar micare, ac quid ſit teſſera, vel talus 108
XIV. De quorundam ludorum origine apud Latinos 114
XV. Quis primus invenerit inducias & fœdera, & de vario eorundem faciendorum ritu, ac quot eſſent genera 117
XVI. A quo primum mos triumphandi fluxerit, & quis primus apud Romanos triumphum aut ovationem duxerit, ac cui triumphare aut ovare liceret, & de ritu ponendi trophei, 119
XVII. Qui primi coronas invenerint, & de variis earum generibus, & à quo cives coronandi conſuetudo manaverit, & de uſu coronarum in conviviis: inibique locus Vergilii enodatus: & undè mos, ut coronati ſupplicarent Deo, epularenturque in funere faciendo, ac ſpectarent ludos 122
XVIII. De antiquiſſimo uſu unguentorum, & quando primum ea cognita Romanis 125
XIX. Qui primi invenerint aurum, argentum, ferrum, plumbum, æs, fabriliaque inſtrumenta, & ignem primò mox è ſilice aut lignis, & folles, atque lucernæ uſum. 126
XX. A quibus primum nummus aureus inventus, aut quis argentum & æs ſignificaverit, atque ſpeculum argenteum fecerit 129
XXI. De origine annulorum, ac primo gemmarum uſu, & cur digitus ſiniſtræ manus minimo proximus, annulo cingi conſueverit. 130
XXII. De origine vitri & electri & quis primus invenerit

venerit minium, & myrrhina in urbem aſportave-rit, & de cryſtallo 134
XXIII. De origine ſimulachrorum, & qui primi ſtatuas poſuerint,& Græcos contrario Rom. more, eas non velare, & de uſu incendendi thus, cereoſq; ad ipſas ſtatuas: & qui primi thus vendere cœperint: item quædam memoratu digna de imagine Magni Alexandri 136
XXIV. De origine picturæ: & quis primus colores invenerit, aut penicillo pinxerit. 140
XXV. De primis plaſtices inventoribus, & quis rotam figulariam repererit 141

CAPITA TERTII LIBRI.

A Quibus primum inventa agricultura & quot ea redundet bonis 143
II. Quis primus mortalibus fruges, & eas molendi aut ſtercorandorum agrorum, vel pinſendi frumenti uſum mon... erit, & boves aratro junxerit, cur ferramenta ruſtica invenerit, vel cribra diverſi generis 145
III. Quis primus vites & alias arbores plantaverit, earumque inſitionem docuerit, & uſum vini repererit, & vino aquam miſcuerit, atq; de novo vitandæ ebrietatis modo: & qui caupones primi, vel quis oleam aut uſum olei & mel adinvenerit, vel ex hordeo potum fecerit, atque lac coegerit 148
IV. A quibus quædam peregrinæ arbores in Italiam tranſlatæ 154
V. Quis primus animalibus rebuſque aliis nomen impoſuerit, & de primo immolandi inſtituto, ac carnium eſu, uſuque victus delicatioris, & more nominandi eum cui in convivio poculum tradatur, ac de uſu venandi, piſcandi, & ſalis inventione; & quis apud Rom. primus aviaria, ferarumque vivaria inſtituerit, aut quæ animalia legionum inſignia fuerint 156

VI. Quis

VI. Quis primus invenerit linum, retia, nendi, texendique modum, vel artem fulloniam, & ſaponem, aut qui lanas infecerint, aut repererint lanificii veſtiumque variarum, ac pellium uſum, fuſos, aulæa, ſutoriam artem, ſericum, & quando ejus copia per Europam fieri cœperit, ac bombycinam veſtem atque purpuram, ac quid ipſa ſit purpura, & quando in honore olim & precio fuerit. 162

VII. De origine architecturæ. 169

VIII. Qui primi luteas aut lateritias domos ædificaverint, & tegulas lapidicinas invenerint, & de prima columnarum origine, & quando primum marmorum uſus Romæ in ædificiis. 170

IX. Qui primi condiderint oppidum, muros, turres, tabernacula, delubra: aut quis primus Deo omnipotenti templū poſuerit, & q puteos foderint. 172

X. De primis labyrinthorum pyramidumque auctoribus, & de Mauſoleo ſepulchriſq; ac de vario apud gentes olim ſepeliendi uſque unde apud Romanos mos cremandi cadavera cremandorumque Impp. poſt mortem: atque de origine funebris orationis. 175

XI. Qui primi obeliſcos fecerint, aut eos Romam invexerint, & inibi locus Plinii emaculatus, & de notis obeliſcorum, & quales eſſent Ægyptiorum literæ. 182

XII. A quibus primum aſylum conſtitutum fuerit, & quo nos pacto aſylis utamur 184

XIII. De origine theatri, & in eo recitandi comœdias tragœdiaſque modo, & qui primi Romæ theatrum & amphitheatrum, ac circum conſtruxerint, & quare amphitheatrum arena ſpargeretur, & inibi de frequenti apud veteres lavandi uſu, & thermarum origine. 186

XIV. Quis primus invenerit fabricam materiariam, & in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebrū, glutinum

glutinum,normam,libellam, tornum, clavem, circinum,ſecurim,dolia, & vaſa viminea. 191

XV. Quis primus mari imperaverit, & ut primo navigari cœptum ſit, & qui invenerint artem navigandi,navigia diverſi generis,remum,vela,anchorã, gubernaculum, & pugnam navalem. 193

XVI. Qui primi mercaturam invenerint, & de primis inſtitoribus. 197

XVII. Quis primus inſtituerit artem meretriciam & bacchanalia ſacra, ac qualis pœna adulterii: aut quis invenerit tincturam capillorum, vel uſum tondendi & quando primum tonſores Romæ. 199

XVIII. Multa cum vetera, tum nova inventa eſſe quorum auctores ignorentur. 203

CAPITA QVARTI LIBRI.

De principio Eccleſiæ Chriſtianæq; religionis. 209

II. De Chriſtianæ Reipublicæ origine, ejuſq; miro à primo incremento, ac Apoſtolorum Petri & Pauli martyrio. 217

III. Quando primum circumciſio inſtituta,ac de ejus duplici genere, & quàm grave viſum ſit ejus rei præſcriptum. 221

IV. De primo baptiſmatis uſu, & baptizandorum infantium inſtituto, & de baptiſmo non iterando, ac modo baptizandi adultos,& quibus diebus. 224

V. De ſacerdotii ejuſq; graduũ apud Hebræos initiis, ac magno Pontificis minoriſq; ſacerdotis conſecrationis myſterio, & quibus uterque amiciretur indumentis ſacris, & quantum temporis daretur Levitis ad miniſtrandum. 230

VI. A quo noſter primum inſtitutus fuerit ſacerdotalis ordo, & quotuplex eſſet ſacerdotium, & quid ſit ſacerdotis manuum impoſitio,ac quis Epiſcopus Pontifexve,atq; quale eorum munus,& quemadmodum preſbyter vel diaconus quondam dictus fuerit epiſcopus. 235

VII. De primo ritu ſacrorum,quibus initiantur ii qui

ſacerdotes fiunt,& amiciendi uſu, ac ibidem de ſacerdotis officii initio. 242
VIII. Unde mos natus, cur omnes initiati verticē deradant, ac quam illud facere olim probroſum fuerit, & ibi de Nazaræorum ſecta, & quando lege exceptum ſit, quibus initiari non liceret, præſertim per bigamiam, & quomodo liceret, ac unde ipſa bigamia introducta ſit. 245
IX. Qui primi in urbe Roma & alibi preſbyteris parochias, ac epiſcopis diœceſes diviſerint, ac quale fuerit parochorum officium, & de Cardinalium ordinis origine. 248
X. De origine honorum qui Romano pontifici habentur, & de ejus auctoritate in omnes eccleſias, atq; quibus illius, & epiſcoporū ac imperatorū occidentalium eligendorum jus à principio fuerit. 254
XI. Qui primi notarios in urbe Roma cōſtituerint, qui res martyrum geſtas ſcriberent, & ibidem de protonotariorum ac cubiculariorum origine. 259
XII. Unde natum, cur ſacerdotum ordo in varios abiverit munerum gradus, & de primo pallii uſu, ejuſq; forma, ac primordio collegii reſidentiariorum apud Anglos, & de antiquo jurandi modo, interdicendiq; contumacibus ſacris, hoc eſt, eos excōmunicandi, uti vulgo dicitur. 260
XIII. Qui primi inſtituerint ut virgines conſecrarentur, & unde fluxerit mos velandi caput, illudq; aperiendi viris principibus, atq; oſculandi Pontificum pedes & manus, item oſculo ſalutandi, ac ipſos pedes mutuò lavandi. 267
XIV. Qui primi apud Romanos inſtituerint ſacerdotes flamines, virgines Veſtales, Pontificem maximum, ſalios, feciales, patrem patratum, regem ſacrificulum, augures, epulones, ſodales Titios & arvales, ac ſingulorū officia, & quæ procurarent ſacra, & de primo lectiſternio atq; librorū Sibyllinorū origine. 273

CAPITA QVINTI LIBRI.

UNde noſtris conſuetudo ſit feſtis diebus exornare

Digitized by Google

templa, ac in illis offerre cereas imagines, tabellasq; miraculorũ ponere itẽ cõvivarii quũ quis præſertim ſacerdos primã celebrat Miſſã, quam vocamus. 282

II. Unde apud noſtros mos ſit ſpargere pecuniam in populum, dare epulum, & ſtrenã, ducere choreas, edere ſpectacula, exire Calendis Maji in agros, & currere Cal. Martiis per arva cum faculis accenſis, & per Dominica natalitia miniſtrum quempiam facere dominum, ac ante initium quadrageſimæ induere perſonas. 286

III. Unde fluxerit mos ungendi ſacerdotes & reges, item baptizatos, id eſt, confirmandi, ac morbo periculosè laborantes. 289

IV. De initio connubii ſacerdotalis apud Hebræos, & quando illud Occidentalibus ſacerdotibus interdictum fuerit. 293

V. Qua ratione ab initio inter mortales matrimonium fuerit contractum, & intra quos cognationis gradus, tam apud illos, quam poſt apud nos: ac ibidẽ an ulli unquam per leges licuerit plures ſimul habere uxores, & jus connubii filiorum eſſe in poteſtate parentũ: atq; unde mos ſit ut puerperæ purgẽtur. 295

VI. De principio ſacrarum ædium, atq; ubi ſit præcipuus orandi locus, ac de altarium & cœmeteriorũ initia; & quando primum crux cœperit haberi honori atque venerationi. 306

VII. De primo ac vetuſtiſſimo apud Hebræos ſacrificandi ritu ac feſtorum dierum obſervatione, dedicandiq; templa inſtitutio deque ignis myſterio. 310

VIII. Cunctas ferè gentes quondam dæmonibus malis humanas immolaſſe hoſtias, & ibidem quid eſſet ver ſacrum, & quando primum eorum oracula obmutuerint, ac de primo uſu aquæ quam dicimus ſanctam. 314

IX. Quis primus docuerit modum orandi, ac de loco aſſiduaque precatione, & cur in Orientem verſi oremus, tẽplaq; noſtra eodẽ ſpectent, ac unde

mos cõcionandi,& de perfecto cõcionandi modo. 319
X. De initio ſacrificii noſtri, hoc eſt, euchariſtiæ, ac primo ejus uſu tam ſpecie panis & vini, quam panis tantùm: atq; cur mane, non veſperi more Chriſti ea ſumatur: & quibus ſacrificii hujus faciendi adminiſtrandiq; poteſtas data fuerit. 329
XI. Qui primum poſt Chriſtum, eo ritu ſacrificare cœperint, quem ille docuiſſet: & qui deinceps modum rei divinæ faciendæ, quam Miſſam vocant, auxerint, & de oſculo pacis inter ſacra: atq; quando id fieri non liceat, ac de benedictione ſacerdotis poſt ſacra, & de circũverſione frequẽti ejuſdẽ in altari. 333
XII. Unde mos ſit, ut poſt rem divinam factam diaconus pronunciet, Ite Miſſa eſt: & unde Miſſa & cæremoniæ dictæ: atq; quid reipſa ſit Miſſa, qualeſve cæremoniæ. 336
XIII. Quare nonnulla tam Hebraica quam Græca, vel Syriaca verba in Miſſa uſurpentur, & ibidem de eorum ſignificatione. 340

CAPITA SEXTI LIBRI.

De pio pœnitendi initio, atq; duplici pœnitentiæ, quam vocitant, genere, & de primo cõfitendi delicta inſtituto, & qualis ſit publica confeſſio, ac ibidem de triplici purgatione priſcorum. 344
II. Qui primi inſtituerint horas canonicas ac ſanxerint, ut pſalmi à choro alternis canerentur, ac quam parum frugifer ſit cantus in domo Domini mollior atq; delicatior, & ibidem de origine chori, atq; qui divorum vitas ſcripſerint. 351
III. De initio jejunii, & de primo eleemoſynæ uſu, ac ibidem quale verum ſit jejunium, atq; de jejunii adventus, quem vocant, & quadrageſimæ vario primordio, & unde dicta ſit, ac feriæ quartæ cinerum quatuorq; temporum inſtituto. 355
IV. De vigiliarum noctu agendarum ad ędes ſacras, & de convivio Dominico, vel quale illud foret, & quando primum ſacræ vigiliæ in jejunium fuerint mutatæ.

mutatæ, & ibidem nocturna ſacra apud veteres ſemper fuiſſe damnata, atq; de inſtituto jejunii quartæ & ſextæ dierum hebdomadæ. 303
V. Qui primi mutaverint Solis & Saturni dierum nomina, in Dominicum & ſabbatum: ac reliquos hebdomadæ dies in ferias diſtinxerint, & ibidem à quibus errantium ſiderum vocabula fuerint iſtis diebus primum tributa. 366
VI. De modo Chriſtianæ abſtinentiæ in cibis capeſſendis, quum ſolenne eſt jejunium: ac de eorum delectu per legem habito & unde ſit uſus apud nos cõſecrandi menſas, legendiq; ſacra ſcripta dum editur, atq; agendi gratias poſt ſumptum cibum. 363
VII. De origine rationis feſtorum dierum apud Romanos, & noſtros, & cur conſtituti ſint, & ſoli Deo eſſe ſacrificandum, ac de more natalem colendi diẽ ſacris conviviis & voluptatibus, paſchaq; celebrandi & paſchales candelas conſecrandi. 378
VIII. De primo feſtorum dierum inſtituto, & utrũ pentecoſte Apoſtolorum temporibus fuerit dies feſtus, atq; unde mos ſit adſcribendi benè meritos de Chriſtiana religione, divorum catalogo. 377
IX. Qui primi apud nos inſtituerint, ut anniverſaria juſta mortuis fierent, quarto etiam Nonas Novembris: & ibidem quæ juſta ſint, undeq; dicantur, vel parentalia & convivia ad ſepulchrum quis primus concelebrarit: & de legitimo tempore lugendi mortuos, deq; lugentium veſtitu, eorundemq; corporis habitu, ac quando luctus minueretur, & quare Francorum reginæ dum ſunt viduæ, albis utantur veſtib⁹ & ibi locus ipſe Ciceronis enodatus. 381
X. De origine novendialis ſeptendialiſq; ſacrificii, & de more offerendi pro mortuis, eoſq; non lugendi, ac de ſapienti Thracum inſtituto, & modò apud priſcos efferendi funeris ad ſepulchrum, atq; de initio funebris pompæ, extruendorumque ſepulchrorum forma, ac eorundem juris religione. 385

):( ):(3

XI. De primo uſu vovendi vota Deo, ac nudipedalia ſacra agendi, & qui primi invenerint litanias, id eſt, proceſſiones, ſupplicationes, atq; quare in eccleſiam inductæ fuerint & cur ſternuentibus bene precemur, oſcitanteſq;, ac quidvis inchoãtes ſeſe crucis ſigno vallẽt: & de origine ſupplicationũ noſtrarũ põpæ, ac de pio ſupplicandi revocando modo. 389

XII. De origine vaſorum, indumentorumq; ſacerdotalium, ac de primo eorundem ſacrandorum inſtituto, & unde uſus tintinnabulorum, item velorũ, cortinarum, candelabrorum, & vexillorum. 397

XIII. De primo apud Chriſtianos imaginum cultu, deq; modo eas venerandi à Patribus conſtituto, atque de pravo earundem abuſu ad quæſtum. 400

XIV. De decimarum, & primitiarum, ac primo genitorum redemptionis origine, & quis primus decreverit, ut liceret ſacerdotum collegiis fundos & prædia oblata recipere poſſidenda. 406

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

De monaſticæ vitæ principio. 414

II. Quando primum ordo monaſticus tribus votis adſtrictus fuerit, & quis primus ea vota introduxerit, veſtitũq; religioſum, cum novo vitæ modo, ac ordo ipſe abiverit in plures familias pag. 419

III. De origine Hieronymianorum, Canonicorũ regulariũ, Auguſtinianorũ, Carthuſianorũ, Carmelitanorũ, Præmonſtratenſium, & Crucigerorum, atq; eorundem habitu, victu & cultu. 425

IV. De prædicatorum, Franciſcanorum, Trinitatis, Servorum MARIÆ virginis, Brigidentium, Jeſuatorum, Novorum, Eremitanorum, & Bonorum hominum origine. 430

V. De origine ſacrorum militum, ac de initio atque exitu ſectæ Albatorum. 435

VI. De Ninivitarum initio, quorum ſecta vulgò Cõfraternitatis dicitur: & unde mos, ut conſocii inter orandum ſeſe converberent. 440

VII. De

VII. De origine ſectæ deæ Syriæ ſacerdotum, Aſſyriorum, Antonianorum, atq; Cæretanorum. 441

VIII. De primordio Mahometanæ ſectæ, atq; ejus legibus & inſtitutis. 445

CAPITA LIBRI OCTAVI.

Unde natum, ut patres ſanxerint divorum reliquiis honorem habendum eſſe, ac qui primum ſtationes, & eas deinde atq; Jubileum Romæ inſtituerint, & de primo veniarum quas indulgentias dicũt, uſu, & unde vocentur à culpa & pœna. 451

II. De origine titulorum, quibus Romanus Põtifex utitur, ac collegiorum & ſcribarum, & quando primum literæ Apoſtolicæ cœperint obſignari plumbo ibiq; de uſu pervetuſto ſigillãdi literas cera impreſſa, annulo, & de primo annatarum uſu. 459

III. De Simoniacorum ſectæ ortu. 464

IV. Quando primum hæreſes atque ſchiſmata orta, ac in his Lutherana ſecta, & quæ eorum auctoribus ſit pœna conſtituta. 465

V. Quo primùm tempore Pontificum concilia publicè haberi cœperint, atque quorum conventuum decreta à patribus recepta ſint. 473

VI. Qui ex alienis & externis, primi noſtros Chriſtianos inſectati fuerint, & ibidẽ qui martyrii primũ palmã tulerint, atq; unde dictũ, quidve ſit martyriũ. 476

VII. De Chriſtianæ reipublicæ præſtantia. 481

Indicis capitum finis.

Item :

Commentariolum in Dominicam precem pag. 493.

DE INVENTORIBUS RERUM DIVERSARUM CATALOGUS, EX optimis ac vetuſtiſſimis auctoribus conquiſitus, ac in ordinem alphabeticum digeſtus.

Achates ignem ſilice excutere docuit. Verg. lib I. *Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.*

Æginetæ primi nummum cuderunt.

Ægyptii civitatem regiam primi extruxerunt. Item Geometriam invenerunt. Item linum. *Ovid. l.1. Met. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.* Secundum alios Arachne. Item ſiſtrum. *Verg. l.8. de Cleopatra loquens, Regina in mediis patrio vocat agmina ſiſtro. Ovid l.3. Eleg. Quid nunc ſacra juvant, quid nunc Ægyptia proſunt Siſtra?*

Æſculapius dentium evulſionem edocuit.

Ætolus jaculum reperit.

Ætoli lanceas invenerunt

Alcman poëta carmen amatorium invenit.

Alexāder Citheri⁹ primus pſalteriū implicuit chordis.

Amphion rationem muſicam invenit.

Amphitryon ſomniorum interpretationes aperuit.

Amazones ſecurim, quæ propterea Amazonia & Penthesilæa dicitur, & Thermodontia, quod Amazonia ad Thermodontem fluvium habitaverint. *Hor. l.4. Carm. Amazones ſecuri dextras obarmet. Ovid. l. de Ponto, Nec tibi Amazonia eſt pro me ſumenda ſecuris.*

Anacharſis folles, anchoram, bidentem, figuli rotam invenit

Anagallis puella ludum pilæ primum omnium docuit

Anaximander Mileſius horologiū & ſphærā invenit.

Anaximenes umbrarum rationem oſtendit.

Ancus Martius ſalinas monſtravit.

Ancus Ægyptius uſum clibanorum, in quibus panes coquerentur, edocuit.

Apollo medicinam apud Græcos, *teſte Ovid. lib.1. Met.* primus omnium reperit *Sic enim loquitur, Inventū medicina meum eſt, opiferq; per orbem Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis.* Secundum Hebræos Adamus eam divino lumine ſapientiā adeptus eſt. Secundum veteres autem, Apis, Ægyptiorum Rex reperit. Hanc porro ſubinde locupletavit, hominibuſq; tradidit Æſculapius, ab Apolline patre inſtitutus, perfecitq; demum Hippocrates ab Æſculapio patre genitus, qui tres auctores totidem medicinæ

hæreſes,

hæreſes, ſive ſectas invenére: quarum prima dicta fuit Methodica, quæ rationem artis, & remedia per compendia ſectabatur, ab Apolline inventa. Secunda Empirica, quæ ſolis experimentis ſanabat, ab Æſculapio reperta: quem complures emortuos ad vitam revocaſſe ajunt, quamobrem illum ictu fulminis à Jove interfectum eſſe fabulantur. Tertia Logica, hoc eſt, dogmatica, ſeu rationalis, quæ naturæ rationem ſcrutatur, morborumque cauſas inquirit, ab Hippocrate comperta: quem tandem Galenus annis poſt ſexcentis ſequutus eſt: qui in primis adeò appoſita medendi decreta condidit, ut ſibi parem non habeat, anteriorem verò neminem: hic enim nihil intentatum expertumq; relinquens, orbem univerſum ita in ſeſe circumegit, ut reliqui omnes impudenda inſania damnarentur ac publicam ſalutem decoquere viderent, ſi quid ſine Hippocratis atq; Galeni auctoritate agere vellent.

Apollodorus pictor umbrarum imitationem aperuit.

Archilochus Jambicum carmen primum invenit. *de quo Horatius in arte poëtica, Archilochum proprio rabies armavit jambo.*

Architas crepitaculum invenit.

Argeus agrorum ſtercorationem edocuit.

Ariſteus Rex Arcadiæ apum & mellis uſum primus edocuit. *Vergil libro quarto Geor.* *Tempus & Arcadii memoranda inventa magiſtri Pandere, &c.* Ovid. Inventum mellis Baccho tribuit. *libro tertio Faſtorum: Liba Deo fiunt, ſuccis quia dulcibus idem Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.* Reperit etiam Ariſteus lactis coagulum.

Artaxerxes Longimanus legem venationis primus omnium præſcripſit.

Artemon Clazomenius teſtudines monſtravit.

Aſclepiades medic' lectos penſiles prim' omniū fecit.

Aſinius Pollio bibliothecam primus omnium apud Romanos inſtruxit.

Atracius artem magicam in Thracia reperit.
Atreus Solis eclipſin primus oſtendit.
Attalus tapetes, qui propterea dicuntur Attalici.

BAcchus diadema, triumphos, & vinum reperit. *Ovid. libro decimoquinto Metamorph. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.*
Belgæ eſſeda vehicula invenerunt, *Vergil. libro tertio Æneid. Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.*
Belus ſcientiam ſideralem edocuit.
Bizes Naxius tegulas primus omnium confecit.
Boëtius artem ſutrinam oſtendit.

CAdmus lapidicinas, auri & metallorum conflaturam invenit. Item ſolutam orationem primus compoſuit.
Calixtus Pont. jejunia quatuor temporum primus omnium inſtituit.
Callias Athenienſis minium reperit.
Capaneus ſcalas.
Cares ocreas & criſtas.
Cecrops conjugium apud Athenienſes primus omnium inſtituit. Item oppidum conſtruxit, ſimulachra erexit.
Centauri, equeſtrem pugnam.
Ceres cultum terræ & fruges. *Verg. lib. 1. Georg. Prima Ceres ferro mortales vertere terram inſtituit, &c.*
Chaldæi dierum obſervationem.
Chalybes ferrum invenerunt.
Chiron artem herbariam.
Chus filius Cham idololatriam.
Cinyras tegulas.
Claudius Centimanus R. literam.
Cleanthes, vel ſecundum alios, Ægyptii, picturam.
Cloſter fuſos.
Cn. Marius, Nemora tonſilia.
Combe puella, Æſopi filia, armaturam æneam.
Copæ populi remum.
Corax & Cteſias Siculi, artem & præcepta Rhetoricæ.

Corſes primus barbam ſibi raſit Alexandri ſeculo.
Cottalus Siculus libare pocula.
Craſſus coronas argenteas.
Cretes Scorpionem inſtrumentum bellicum.
Cteſibius hydraticas machinas.
Cyclopes ferrariam fabricam atq; turres invenerunt.

DÆdalus fabricam lignariam, aſciam & perpendiculum, itemque malum navis reperit.
Damon Athenienſis remiſſam harmoniam. Clonas elegiographus tibicinicas regulas & concentus. Terpander citharœdicas. Polymneſtus Colophonius, carmina heroica: ſecundum alios Phemonoe, ut aliis placet, Delphici, in honorem Apollinis, poſt interfectum Pythonem. *Sabel. Heroica carmina Phœbo, Delphica poſt caſum cecinit Pythona iuventus.*
Olympius Phryx legem tibialem. Hyagnis tibiam lugubrem.
Danaus puteos.
Daphnis paſtor carmen Bucolicum.
Darius tributa.
Deliaci gallinas ſaginare edocuerunt.
Diades miles Alexandri regis Macedonum, turres ambulatorias invenit.
Dibutades plaſticen.
Dipœnus ſculpturam marmoris.
Dithyrambus Thebanus, verſus Dithyrambicos.

EMpedocles artem oratoriam invenit.
Endymion curſum Lunæ edocuit.
Epæus arietem.
Epimetheus ſtatuam ex luto primus omnium cõfecit.
Fulvius Hirpinus vivaria invenit.

GArgaris mellis uſum apud Hiſpanos.
Glaucus ferruminationem reperit.
Græci trochum invenerunt.
Gregorius pontifex Max. optimus ſe ſervum ſervorum Dei appellavit.

HAnno Carthaginenſis leonum manſuefactionem edocuit.

Hercules purpuram invenit. *Politianus in Ruſt.* *Aut bis in Herculea Mileſia vellera cōcha Verſantur.*

Hetruſci prætextas veſtes.

Hortenſius pavones occidere primus omniū auſus eſt.

Hoſtilius Rex latum clavū, genus veſtimenti reperit.

JAſon & Tiphys navim, ſecundū Eccleſiaſticos Noë. *Ovid. lib. 1. Metam.*

Primaq; ratis molitor Jaſon, Tibullus hoc inventū Tyriis adſcribit dicens, Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Ibycus Rhegynus ſambucam.

Icarus vela.

Idæi Phryges acu veſtes facere. Aurum Attalus intexere, Alexandrini colores pictura intexere, Galli ſcutulis dividere.

Iphitus Olympiadem.

LAcedæmonii gladium, galeam, haſtam.

Libyci ſcapham invenerunt.

De Literarum inventorib⁹ reperti ſunt ſequentes verſus admodum vetuſti; quos Crinitus ait ſe legiſſe in bibliotheca Septemana.

Moyſes primus Hebraicas
Literas exaravit mente ſagaci, Phœnices
Atticas condiderunt.
Quas Latini ſcriptitamus,
Edidit Nicoſtrata,
Abraham Syras, & idem
Reperit Chaldaicas.
Iſis arte non minore,
Protulit Ægyptias.
Gu-fila promſit Getarum,
Quas videmus ultimas.

Lycaon bellorum inducias, item Lycea.

Lycurgus munus humandi.

Lydi lanas inficere. Item ludum teſſerarum.

M Lælius aviaria primus omnium inſtituit.

Maris Theſſalus primus omnium equum aſcendere auſus eſt.

Meliſſus Cretenſis, deorum ſacrificium inſtituit.

Mercurius lyram invenit. *Stat. in Sylvis. Vocalis citharæ repertor Arcas.* Idem quoq; moly herbam reperit, Hercules heracleon herbã, Mercurius parthenion, Achilles achillaon, Melampus melampodion, Teucer teucrion, Gentius Rex gentianam, Lyſimach⁹ lyſimachiam, Juba Rex euphorbiam, Scythæ ſcythicam, Thraces iſcemonem, Vetones betonicam, Servilius Democrates hiberidem, hirundines chelidoniam, Canes canariam, cervi dictamnum, Cervæ elaphoboſcum, Sardovia peucedanum herbas.

Meſon Comicus, perſonam primus introduxit.

Minerva olivam. *Verg. lib. 1. Georg. Adſis ô Tegeæ faVens, oleaque Minerva Inventrix.*

Muſis quædam diſciplinarum inventa attribuuntur, ut Clio fertur hiſtorias inveniſſe, Melpomene tragœdias, Thalia comœdias, Euterpe tibias, Terpſichore pſalterium. Erato Geometriam, Calliope literas, Urania Aſtrologiam, Polyhymnia Rhetoricam.

Mydias Meſſenius loricam invenit.

N Ero aquæ decoctionem oſtendit.

Numa deorum cultum apud Rom. primus omnium, ut Plutarchus in ejus vita teſtatur, inſtituit.

P Alamedes in bello Trojano ordinem exercitus, ſigni dationem & vigilias inſtituit.

Palamedes Nauplius ordinem literarum edocuit.

Pan invenit fiſtulam, *Verg. in Bucol. Pan primus calamos cera conjungere plures Inſtituit.*

Paulus Eremita, ſolitudinem Eremeticam invenit.

Pelaſgus tuguria extruxit primus.

Perillus taurum æneũ, qui propterea dicitur Perillæus. *OVid.*

Ovid. Ipſe Perillæo Phalaris permiſit in ære Edere mugitus, & bovis ore queri. Is verò à Phalaride propter inventionem ſuam crudelem combuſtus eſt. *Ovid. in Ibin. Aere Perillæo veros imitêre juvences. Ad formam tauri convenientе ſono. Idem lib. 4. De arte amandi, & Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit, infœlix imbuit auctor opus. Idem in Triſtibus Perillum primo, deinde Phalarem ſic induxit loquentes;* Ut *munus munere penſes, Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat & Phalaris pœna miranda repertor, Ipſe tuum præſens imbue dixit opus. Claudianus lib. 1. in Eutropium, Sic opifex tauri, tormentorumque repertor, Qui funeſta novo fabricaverat æra dolori, Primus inexpertum Siculo cogente tyranno, Senſit opus, docuitque ſuum mugire juvencum.* Sed Phalaris poſtea tyrannus eodem poſtea tauro incluſus, & crematus eſt, quo alios primus ſuffocaverat. *Ovid. in Ibin.* Ut*q; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta, More boves Paphio clauſus in ære gemas.*

Perſæ unguenta invenerunt.

Phœlon nummum & menſuras.

Phemonoe carmen hexametrum. *Politianus, Et Delphica longos Phemonoe commenta pedes.*

Phœnices baliſtam & fundam.

Phryges vehiculum quadrirotarum & bigas.

Pilumnus Jovis filius, & Dauni pater, pinſendi frumenti uſum docuit.

Piſeus venabula.

Pollux palæſtram ad quod alluſit, Statius *lib. 2. Syl. Sic catenatis curvatus membra palæſtris Stares Amiclaa conceptum matre putares.*

Prætus & Acritus clypeos, *auctore Plinio.*

Pyxodorus uſum marmoris edocuit.

Pyſeus & Pyrrhæus æneam tubam invenerunt.

Rhadaman-

RHadamanthus Aſſyrias literas. Anubis & Mennon Aegyptias: Phœnices Græcas: Carmenta Evandri mater Latinas.
Rhœcus & Theodorus Samii artem æris fundendi & conflandi ſtatuas docuerunt.
Rhodii celocem navem invenerunt.
SArmenes primus de equitatu ſcripſit.
Servius Rex æs ſignare docuit;
Sidonius menſuras & pondera regnante apud Solymos Hieroboam.
Simonides Cous artem memorandi docuit.
Sinon Græcus ſpeculum.
Sp. Carbilius Grammaticus, G. literam invenit.
Syri catapultam invenerunt.
TAges artem aruſpicinam invenit.
Talus puer ſerram. *Ovid. lib. 8. Metam. Ferroque incidit acute Perpetuos dentes, & ſerra reperit uſum Primus.*
Thon apud Aegyptios medicinam reperit.
Thraſon muros urbium.
Theut numeros, ſupputationem, geometriam, talorum & alearum luſus.
Tregillus quadrigam in Græcia invenit.
Tyrrhenus haſtam vel tarem & pilum.
ZOroaſtres artem magicam reperit, *Strozo pater, Nec Zoroaſtreas artes magicaſve requiram, Carminis auxilium.*

FINIS.

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

De prima Deorum origine, & unde Deus dictus.

CUm terreſtres olim dæmones, hoc eſt, aerii, ſive inferni ſpiritus, quos ſacri auctores hujus mundi principes appellant, per ſimulachra mortalibus hominibus dicata, divinationes exercerent, & maleficis artibus ſeſe modò bonos dæmones, modò deos cœleſtes, ac nunc heroũ animas, nunc alios atq; alios confingerent, tantum errorum humanis pectoribus effuderunt, ut brevi tempore bonæ partis hominum mentes à cultu veri Dei prorſum averterint. Nec per tibi mirum videatur malos dæmones ſuſcipere perſonam deorum, quandoquidem ipſe Satanas, vel ut Paulus Apoſtolus *cap. XI. epiſtolæ poſterioris ad Corinthios* ait, transfiguratur in angelum lucis, hoc eſt, Dei, qui lux eſt. Quare Apoſtoli, *ut eſt apud Mattheũ Evangeliſtam cap. XIV.* cum in navi eſſent adverſâ tempeſtate in alto jactata, & Jeſus ſuper mare ambulans ad eos iret, turbati ſunt, arbitrantes ſpectrum eſſe, & licet ſit illis ipſis locutus, Petrus tamẽ viſum videre ſe animo ducens, haud pri Chriſtum eſſe credidit, quàm experimento cognovit qui ejus juſſu ſuper aquam itidem ambulavit: adeò fallacias dæmonum uſitato more factas timebant. Ad rem redeo. Et quia ſpiritus erant tenues, ſibi geniorum nomen aſſumebant, quod genios ſingulis binos,

Genii hominibus attributi.

attribuit antiquitas, qui dæmones quoque vocantur, nec hominibus modo, verumetiam locis & ædibus, quorum alter nobis perniciem moliretur, alter prodeſſe ſtuderet. De hoc bono cuſtode non eſt quod ambigatur, quando *teſte Matth. cap. 18.* Chriſtus docet nos in angelorum tutela eſſe, dicens: Dico enim vobis, quod angeli eorum in cœlis, ſemper vident faciem patris mei. Hunc locum divus Hieron. ita explanat: Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu in cuſtodiam ſui angelum delegatum. Item hi dæmones oſtiatim domos occupabant, facileq; inſinuabant ſe corporibus hominum, & occultè in viſceribus operti, valetudinem corrumpebant, morbos citabant, animos ſomniis terrebant, ac his malis cogebant mortales ad ſua decurrere auxilia, petereque ſuppliciter reſponſa, quibus ſemper ambiguos dedità opera addebant exitus, ne ſuam patefacerent ignorantiam. Sed hæc nocendi tela poſtremò illis adempta fuere prout fuſius explicabitur, cum de noſtræ Chriſtianæ religionis principio, & inſtitutis diſſeretur. Per hæc igitur maleficia dii putabantur, ita ut alii alios, ſicut inferius docebimus, & deos nuncuparent, & ſumma religione colerent. Sic opinio de multitudine deorum, cum à ſimulachris ad inviſibiles ſpiritus cogitatio raperet, uti vera, uſque eo crevit, ut major prope cœlitum populus, quàm mortalium haberi cœperit. Unde poſt innumerabiles Philoſophorum de diis undique ſententiæ confluxerunt, qui ſeſe abjectis omnibus publicis atque privatis actionibus quærendæ ac inveſtigandæ veritatis gratia, ad doctrinæ ſtudium contulerunt. Thales enim Mileſius, qui primus, *teſte M. Tullio in primo de natura deorum volumine*, de talibus rebus quæſivit, Aquam eſſe dixit à qua nata ſint omnia, Deum autem eſſe mentem, quæ ex aqua cuncta formaverit. Pythagoras definivit Deũ eſſe animum per naturam rerum omne intentum, &

Dæmones homines corrumpentes.

πολυθεΐα eiuſque opiniones varia.

comme-

commeantem: ex quo omnia quæ naſcerentur animalia vitam capere. Cleanthes & Anaximenes Aërem Deum ſtatuerunt. Virgilius *in ſecundo Georgicorum,*

Tum Pater omnipotens fœcundis imbrib. æther,
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Anaxagoras Deum eſſe cenſuit infinitam mentẽ, quæ per ſe ipſam moveretur. Antiſthenes dixit multos eſſe quidem deos populares, unum tamen naturalem ſummæ totius artificem. Chryſippus naturalem vim divinâ ratione præditam, interdum divinam neceſſitatem Deum vocat. At Zeno divinam naturalemq; legem. Xenocrates verò octo deos eſſe putavit. Quidam autem deos eſſe, aut ſibi minimè conſtare dixerunt, aut prorſus ſuſtulerunt: nam Protagoras ſeſe negavit omnino de diis quid liqueret ſcire, id eſt, an aliqua eſſet Divinitas, necne: propter quod Athenienſes eum ſuis finibus exterminarunt. Diagoras vero Atheos, item Cyrenaicus Theodorus, nullum eſſe omnino Deum exiſtimarunt. Epicurus Deum quidẽ eſſe dixit, ſed nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, nihil curantem. Lucretius,

Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira:

Item Virgilius in Damone,

Nec curare deum credis mortalia quenquam?

Quare nõ temerè Cicero *in extremo I. libro de Natura deorum* ait: Si talis eſt Deus, ut nullâ gratiâ, nullâ hominum charitate teneatur, valeat, &c. Quo fit: ut nihil ab Epicuro abſurdius dici poſſit: ſi is enim talis eſt, ut ait, non utique Deus appellandus eſt, ſed immane monſtrum: quapropter ex animis hominum radicitus religionem extraxit. Anaximandri autem *ſicut teſtis eſt M. Tullius,* opinio eſt: nativos eſſe deos longis intervallis orientes occidentesq;. De hujuſmodi igitur deorum origine eatenus nobis ediſſeren-

Ægyptioru Dii.

dum eſt, quod ad ipſam veritatē veniamus. Aegyptii apud ſe deorum genus primum extitiſſe gloriantur, ut pote qui, ſicut infra oſtendemus, primi omnium, *teſte Diodoro Siculo libro ſuarum hiſtoriarum primo*, geniti, duos eſſe deos, & eos æternos arbitrati ſunt, Solem & Lunam: & illum quidem Oſirim, hāc Iſim, certâ nominis ratione appellarunt. Verùm Lactantius *in primo Divinarum Inſtitu. volumine* Saturnum omnium deorum parentem vocat, quod, *autore Ennio in ſacra hiſtoria*, ex Ope Jovem, Junonē, Neptunum, Plutonem & Glaucam filios ſuſcepiſſet, qui cum de mortalibus plurimum eſſent benè meriti, dii habiti ſunt. Sed multi deniq; ſunt deorum ortus, cum ſinguli populi, ut Perſeus Zenonis auditor ajt, eos à quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa, vel gentis & urbis conditores, vel fœminas caſtitate inſignes, ſeu viros fortiſſimos, etſi mortali genitos, in numero deorum habuerint, ut Aegyptii Iſim, Mauri Jubam, Afri Neptunū, Macedones Gabyrum, Perſæ Mithrā, Rhodii & Maſſagetæ Solem, Pœni Uranium: Latini Faunum, Sabini Sabum, Romani Quirinum Athenæ Minervam, Samos Junonem, Paphos Venerem, Delphos Apollinem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Cretenſes Jovem, Armenii Anaitidem, Babylonii & Aſſyrii Belum, Berecyntes Rheam: & alii alios denique ex hominibus: &, quod dictu poſt homines natos valdè pudendum ac importuniſſimum eſt, ex animalib⁹ deos fecerint, ſibiq; conſtituerint. Hinc Græci, *teſte Herodoto in primo*, non temerè ſentiebant deos ex hominibus eſſet ortos. Quare eſſet admodum difficile, deorum originem definire, cum dii ipſi præſertim vaniſſimi, nullumque eorum genus nō mortale fuerit, quandoquidem illi fugas, mortes, & vulnera perpeſſi ſunt. Quanto igitur rectius eſt, eò oculos & orationem tendere, ubi veri Dei ſedes eſt: quem purâ, integrâ, incorruptâ & mente & voce veneran

Saturnū.

Gentium variarum diis arii

nerari debemus. Quanquam de Deo loqui, & vera dicere, ut ſapientes ajunt, periculoſum eſt, id quoniã oculi intueri nequeunt, cum ſiquidem acceſſu lucis & fulgore aſpectus mortalis, qui nobis divino munere tributus eſt, prorſus amittitur, neque animo, neque ullâ mentis acie concipi poteſt, ut probè admodum Simonides poëta ſapientiſſimus docuit: namq; cum ab eo, *auctore M. Tullio*, tyrannus Hiero quæſiſſet, quid, aut qualis eſſet Deus? Deliberandi causâ ſibi unum diem poſtulavit: cum idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petivit: cum ſæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia quanto, inquit, diutius conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior. Id quod ſi feciſſent Philoſophi, qui more Andabatarum in tenebris verſantes, tot deliramenta commentati ſunt, profectò Deum Creatorẽ ſuum tam impiis ſententiis non offendiſſent. Satius enim propè eſt vera ignorare, quã falſa docere. Semper itaque Deus eſt unus, qui *teſte Macrobio* vices temporum neſciens, in uno ſemper quod adeſt, conſiſtit ævo, & rerum omnium principium nominatur, qui apud Eſaiam ait: Ego ſum Deus, ante me non fuit alius, & poſt me non erit cujus, ut Cicero *libro Tuſculanarum I.* inquit, nulla eſt origo: dicente Moſe, In principio creavit Deus cœlum & terram. Et Divus Hieron. *epiſtola 4. ad Damaſum ſcribens* ait. Una eſt Dei ſola natura, quæ vera eſt; ad id enim quod ſubſiſtit, non habet aliunde, ſed ſuum eſt. Deinde & ſubdit: Deus ſolus qui æternus eſt, hoc eſt, qui exordium non habet, Eſſentiæ verè nomen tenet, &c. De quo Vergilius, tametſi longè fuit à veritate, naturâ tamẽ ducente, ita *lib ſexto Aeneidos* ceciniſſe videtur,

Simonidis procraſtinatio.

Deus unus.

Principio cœlum ac terras campoſq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ, titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet.

Et Ovid. in 12. Metamorphoſeos,

Ille opifex rerum mundi melioris origo,

Atque reliqua. Et Plato quoque qui omnium ſapientiſſimus judicatur, unum Deum nominat, & ab eo hunc mundum eſſe factum confirmat: quem licet nobis, ut poetis, invocandi mos non ſit, hoc tamen de primis rerum inventoribus opus orſis proſperos ſucceſſus præſtet, omnibus oramus precibus, quando Deum dictum putant, quod omnia dat commoda hominibus: licet alii nominatum Deum velint ex verbo græco θεὸς, quod Deum ſignificat, ſive quod ei nihil deſit, vel ἀπὸ τοῦ θεάομαι, quod eſt video, ſpeculor: aut ἀπὸ τοῦ δέους, quod dicitur timor. Utrumq; divus Ambroſius probat ſcribens: Deus dicitur, quod ſpectet omnia & timeatur à cunctis.

Etimologia vocabuli, Deus.

CAP. II.

De initiis rerum.

ET ſi noſtri operis exordium eſſe videbatur, ut primùm de rerum initiis diſſererem, deinde verò, ut deorum originē traderem, qui ab iiſdem principiis, ut oſtendimus, ortum habent, veri tamen Dei religio me movit, fecitque, ut ab eo qui ante omnia eſt, hoc opus inchoare maluerim. Hoc igitur loco aliquantò rationabilius Philoſophorum de rerum primordiis ſententiàs, donec ad veritatem me ſenſim inſinuavero, percurremus. Thales itaque Mileſius unus ex ſeptem ſapientib. aquam (ſicut ſupra demonſtravimus) dixit eſſe initium rerum, Deumq; eſſe eā mentem, quæ ex aqua cuncta gigneret. Contra Hippaſus Metapontinus & Heraclitus Epheſius, qui ꝑpter obſcuritatem ſcripturæ *teſte divo Hieronymo contra Iovinianum* à Græcis σκοτεινὸς, ideſt, tenebricoſus eſt appellatus, omnia igne procreari cenſuerunt. Empedocles verò ex quatuor elementis. Hinc Lucretius,

Philoſophorū de rerū principiis opiniones

Ex imbri, terra atq; anima naſcuntur & igne.

Anaximenes principiū Aera opinatur. Metrodorus Chius ſempiternum eſſe Univerſum dicit. Epicurus autem, qui ex Democriti fontibus ſuos hortos irrigavit, ponit duo principia, Corpus & Inane: omne enim quod eſt, aut continet, aut continetur: corpus vult eſſe atomos, id eſt, quaſdam minutiſſimas partes, quæ *τομὴν*, id eſt ſectionem non recipiant. Unde atomi dictæ ſunt, quas infuſis p feneſtram ſolaribus radiis videmus. Inane verò dicit ſpatium in quo ſunt atomi. Ex his principiis quatuor, ignem, aerem, aquam, terram, vult creari, & ex illis cætera. Ex quo Maro, *in Sileno* ait,

Namq; canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumq; animaq; mariſq; fuiſſent.
Et liquidi ſimul ignis, ut his exordia primis
Omnia & ipſe tener mundi concreverit orbis.

De Philoſophorum ſenteutiis hæc dicta ſunt: ea nunc quæ ſacris continentur literis, prodamus, ne rationis, aut veritatis expertes eſſe videamur. Deus igitur ab initio, (uti Moſes teſtatur, & ex eo Joſephus *in primo Antiquitatum Iudaicarum* pleniſſimè edocet,) ex nihilo cuncta fecit. Joannes quoque Evangeliſta: Omnia per ipſum facta ſunt. Id quod Lactantius Firmianus *lib. Divinarum inſtitut. 2.* perſpicue demonſtrat ſcribens: Nemo quærat, ex quibus iſta materiis tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Et *alibi*: Deus autem facit ex eo quod non eſt. Et *in lib. de ira Dei*: Unus eſt igitur inquit, Princeps & origo rerum Deus. Et divus Hieronymus: Quis dubitat Deum omnium creatorem? Idem Plato *in Timeo* ſenſit & docuit. Atque tale rerum deniq; omnium verum principium fuit, unde geniti homines multa quæ ad uſum vitæ pertinent, deinde adinvenerunt: de quibus cum ego ſcripturus ſim, operæ pretium me feciſſe duco primum rerum originem prodidiſſe, ut intelligeretur, unde materia orta

Sacrarum literarum de Deo ſententia

Et Ovid. in 12. Metamorphoſeos,

Ille opifex rerum mundi melioris origo,

Atque reliqua. Et Plato quoque qui omnium ſapientiſſimus judicatur, unum Deum nominat, & ab eo hunc mundum eſſe factum confirmat: quem licet nobis, ut poetis, invocandi mos non ſit, hoc tamen de primis rerum inventoribus opus orſis proſperos ſucceſſus præſtet, omnibus oramus precibus, quando Deum dictum putant, quod omnia dat commoda hominibus: licet alii nominatum Deum velint ex verbo græco θεὸς, quod Deum ſignificat, ſive quod ei nihil deſit, vel ἀπὸ τοῦ θεάομαι, quod eſt video, ſpeculor: aut ἀπὸ τοῦ δέους, quod dicitur timor. Utrumq; divus Ambroſius probat ſcribens: Deus dicitur, quod ſpectet omnia & timeatur à cunctis.

Etimologia vocabuli, Deus.

CAP. II.

De initiis rerum.

ET ſi noſtri operis exordium eſſe videbatur, ut primùm de rerum initiis diſſererem, deinde verò, ut deorum originē traderem, qui ab iiſdem principiis, ut oſtendimus, ortum habent, veri tamen Dei religio me movit, fecitque, ut ab eo qui ante omnia eſt, hoc opus inchoare maluerim. Hoc igitur loco aliquantò rationabilius Philoſophorum de rerum primordiis ſententiâs, donec ad veritatem me ſenſim inſinuavero, percurremus. Thales itaque Mileſius unus ex ſeptem ſapientib. aquam (ſicut ſupra demonſtravimus) dixit eſſe initium rerum, Deumq; eſſe eã mentem, quæ ex aqua cuncta gigneret. Contra Hippaſus Metapontinus & Heraclitus Epheſius, qui ꝑpter obſcuritatem ſcripturæ *teſte divo Hieronymo contra Iovinianum* à Græcis σκοτεινὸς, id eſt, tenebricoſus eſt appellatus, omnia igne procreari cenſuerunt. Empedocles verò ex quatuor elementis. Hinc Lucretius,

Philoſophorũ de rerũ principiis opiniones

Ex imbri, terra atq; anima naſcuntur & igne.

Anaximenes principiũ Aera opinatur. Metrodorus Chius ſempiternum eſſe Univerſum dicit. Epicurus autem, qui ex Democriti fontibus ſuos hortos irrigavit, ponit duo principia, Corpus & Inane: omne enim quod eſt, aut continet, aut continetur: corpus vult eſſe atomos, id eſt, quaſdam minutiſſimas partes, quæ *τομήν*, id eſt ſectionem non recipiant. Unde atomi dictæ ſunt, quas infuſis p feneſtram ſolaribus radiis videmus. Inane verò dicit ſpatium in quo ſunt atomi. Ex his principiis quatuor, ignem, aerem, aquam, terram, vult creari, & ex illis cætera. Ex quo Maro, *in Sileno* ait,

Namq; canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumq;, animaq; mariſq; fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis, ut his exordia primis
Omnia & ipſe tener mundi concreverit orbis.

Sacrarum literarum de Deo ſententia

De Philoſophorum ſententiis hæc dicta ſint: ea nunc quæ ſacris continentur literis, prodamus, ne rationis, aut veritatis expertes eſſe videamur. Deus igitur ab initio, (uti Moſes teſtatur, & ex eo Joſephus *in primo Antiquitatum Iudaicarum* pleniſſimè edocet,) ex nihilo cuncta fecit. Joannes quoque Evangeliſta: Omnia per ipſum facta ſunt. Id quod Lactantius Firmianus *lib. Divinarum inſtitut. 2.* perſpicue demonſtrat ſcribens: Nemo quærat, ex quibus iſta materiis tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Et alibi: Deus autem facit ex eo quod non eſt. Et *in lib. de ira Dei*: Unus eſt igitur inquit, Princeps & origo rerum Deus. Et divus Hieronymus: Quis dubitat Deum omnium creatorem? Idem Plato *in Timeo* ſenſit & docuit. Atque tale rerum deniq; omnium verum principium fuit, unde geniti homines multa quæ ad uſum vitæ pertinent, deinde adinvenerunt: de quibus cum ego ſcripturus ſim, operæ pretium me feciſſe duco primum rerum originem prodidiſſe, ut intelligeretur, unde materia orta

eſſet ex qua homines, qui ex eo quod eſt faciunt, ali quid effinxerint.

CAP. III.

De primo hominum ortu, & linguarum varietatis origine: an Romanis lingua una eademq; latina communis fuerit, necne: atq; ibidem de prima gentium diviſione.

Duplex, de ortu dominũ opinio.

PRima hominum origo, ut teſtis eſt Diodorus, apud præſtantiſſimos viros, qui de natura rerum tradiderunt, duplex fertur: quidam enim ingenitum mundum & incorruptibilem, & genus hominum ſine ullo ortus principio, ab æterno fuiſſe opinati ſunt: cujus ſententiæ, teſte Cenſorino fuerunt Pythagoras Samius, Archytas Tarentinus, Plato Athenienſis, Xenocrates, Ariſtoteles Stagyrites, multiq; alii Peripatetici idem ſenſerunt, dicẽtes, Omnium quæ in ſempiterno iſto mundo fuerunt, & futura ſunt, principiũ fuiſſe nullum, ſed orbem eſſe quendam generantium naſcentiumq;, in quo uniuſcujusq; geniti initium ſimul & finis eſſe videatur. Quidam verò mundum genitum & corruptibilem arbitrati ſunt, & homines ortus initium tempore eſſe conſecutos. Quapropter Aegyptii apud ſe à principio, primos homines genitos eſſe ferunt; cum propter ſoli felicitatem, aërisq; temperiem, tum propter Nilum, qui multa ob limi ubertatem generet & ſuapte naturâ nutriat. Nam, *eodem Diodoro auctore*, in Thebaidis agro mures gignuntur, qua ex re multũ ſtupent homines, cum priorem quorundam partem pectore tenus animatam moveri in limo videant, poſteriore nondum inchoatâ, ſed informi. Verùm Pſammeticho regnum adepto cum inceſſiſſet cupiditas dignoſcendi qui revera primi hominum extitiſſent ex eo tempore didicerunt Phrygas primos fuiſſe

Mures ex limo.

fuiſſe, ſe verò ſecundos, Pſammetichus enim, *veluti libro ſecundo teſtatur Herodotus*, cum haud aliter deprehendere poſſet, duos pueros recens natos inter pecora educandos paſtori tradidit, jubens neminem coram eis vocem edere, ne alicujus ſermonem perdiſcerent, ut qualis eſſet prima vox, quæ erumperet, intelligeretur. Pueri itaque biennio pòſt paſsâ januâ (intus enim à capris nutriebantur) ambo porrectis paſtori manibus, βεκὸς, id eſt Bechus, clamitarunt: quo quidem verbo Phrygas conſtat panem appellare. Tale igitur modo, Phrygas primos omnium natos compertum eſt. Cæterum magna diu inter Aegyptios & Scythas, *auctore Iuſtino lib. ſecundo de generis antiquitate*, contentio fuit, in quo certamine ſuperatis Aegyptiis, Scythæ antiquiores viſi ſunt. Aethiopes itidem ferunt primos hominum omnium creatos eſſe, & ejus rei conjecturam faciunt, quod non aliunde homines in eam regionem acceſſerint, ſed in ipſa geniti meritò indigetes omnium conſenſu appellentur: de quibus Diodorus *libro quarto* ita diſſerit: Et equidem ſimile veri eſt, eos qui ſub meridiem habitant, primos è terra fuiſſe homines genitos: nam ſolis calore terram quæ humida eſt, arefaciente, atque omnibus vitam dante, decens fuit locum ſoli propinquiorum primò naturam animantium tuliſſe. Hinc Anaximander Mileſius ex aqua terraque calefactis homines exortos eſſe tradit. Empedocles ferè idem confirmat: ait enim, membra ſingula ex terra quaſi prægnante, paſſim edita: deinde coiſſe, & effeciſſe ſolidi hominis materiam, igni ſimul & humori permiſtam. Democritus Abderites ex aqua limoque primùm homines creatos eſſe dicit. Zeno autem Citiens principium humano generi ex novo mundo conſtitutum putavit, primoſque homines ex ſolo adminiculo divini ignis, id eſt, Dei providentiâ genitos. Poëtæ verò fingunt homines pri-

Pſammetichi factum.

Βεκός.

Indigites.

mum aut Promethei molli luto eſſe formatos, aut Deucalionis Pyrrhæque ex duris lapidibus natos. Vergilius,

—Quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem,
Unde homines nati durum genus.

Verum ne hujuſmodi ineptias referendo, probare videamur, ea quæ ſacris continentur literis ac longè veriora ſunt, aperiamus. *Hominis primus ortus* Primus hominum ortus apud Judæos fuit. Deus enim divum pater atque hominum Rex, *ut Poëta ait,* perfecto mundo (*auctore Ioſepho in primo Antiquitatum volumine, ut etiam in Veteri eſt Inſtrumento*) Adam primum omnium ex limo hominem fecit, dicente etiam Ovidio:

Natus homo eſt, ſive hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum, &c.

Et divo Hierony. *Epiſt.* 49. Fabricatur homo de limo. *Et alibi* : Deus nos ad imaginem ſui tales condidit. Quare Lactant. *in* 6. ſcienter hominem Dei ſimulachrum appellat. Item *de opificio Dei* : Vas eſt, inquit, quodammodo fictile, quo animus, id eſt, homo ipſe verus continetur, & quidem non à Prometheo fictum, ut Poëtæ loquuntur, ſed à ſummo illo rerum conditore & artifice Deo. Et Cic. hoc idem tradidit, quamvis expers cœleſtium literarum, *in primo de legibus* ſic ſcribens : Hoc animal providum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem, præclarâ quadam conditione generatum eſſe à ſummo Deo : ſolus enim eſt ex tot animantium generibus atque naturis, particeps rationis & cogitationis, cum cætera ſint omnia expertia. *Primi hominum parëtes* Adam itaque primus à Deo creatus, poſtquam illius mandatum fregit, uti divo Hieronymo placet, ductâ in matrimonium Evâ, totius futuri generis auctor fuit. Idem Hieronymus : Duos homines ab exordio fecit Deus, ex quibus totius humani generis ſylva deſcendit.

ſtendit. Ita deinceps homines tanquam omnis rei expertes, nulloque ſubſidio fulti duram agebant vitam, ſed paulatim, quemadmodum Vergilius ait, varias meditando extuderunt artes, nam multarum rerum notitiâ perceptâ, neceſſitate compulſi, brevi tempore cæteras vitæ hominum commoditates adinvenerunt. Tunc igitur variæ venere artes, quando ſicut idem poëta canit, *Artium inventio*

— Labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Cæterùm cum Deus, ut docuimus, hominem fecerit, illique in ore linguam incluſerit, quæ ſola animi interpres, vocem motibus variis in verba diſtinguit, non immeritò quiſpiam mirabitur, undè tanta homini ſermonis varietas innata ſit, ut quot orbis regiones ſunt, totidem hominum linguæ ſint: cujus rei originem non prætereundam putavi. Cum enim Nemroth filius Cham, filii Noë, poſt diluvium homines à Dei timore aquarum vim formidantes avocare conaretur, ſpem ſuam in propria virtute ponendam ratus, turrim, velut alibi appoſitè dicemus, altiſſimam ædificandam ſuadebat, quam aquæ ſuperare non poſſent. Iis itaque jam incœpto opere ita inſanientibus, Deus linguam diviſit, ut per multas abſonaſque voces intelligentiâ inter ſe carerent. Hæc igitur tot linguarum quibus etiam nunc homines utuntur, varietatis origo eſt: *auctor Ioſephus in primo Antiquitatum.* At hic non abs re videtur eſſe, ut aliquid dicatur de antiqua inter doctos controverſia, quærentes utrum Romani generatim latinè loquuti ſint, an duplicem habuerint linguam, quemadmodum nos, & Græci, ac aliæ gentes ad hodiernum diem habemus, qui alteram vulgarem & vernaculam, alteram Latinam & Atticam appellamus. Et ne in re, meo judicio, perſpicua laboremus, eam ex Cic. teſte locupletiſſimo, planam faciemus: is enim *in lib. 3. de oratore*, ait, certam fuiſſe Romani generis urbiſq; propriam vocem, idque probat ex- *Varietatis Linguarum origo* *Romana lingua an varia*

Lælia Romana.

emplo Læliæ mulieris, qua ita loqueretur, ut qui eam audiret, ſibi Plautum, aut Nævium audire videretur. Sed ut ne quiſpiam putaret, Læliam alteram linguam dediciſſe, id eſt, latinam, alteram domi ab ineunte ætate patrio ſermone imbibiſſe, paulò inferius inquit: Nemo enim unquam eſt oratorem, quod latinè loqueretur, admiratus: ſi aliter, irridebant. Item *de perfecto oratore*: In verſu quidem theatra tota exclamant, ſi fuerit vna ſyllaba aut brevior, aut longior. Et *lib. 1. Tuſcul.* Frequens enim conſeſſus theatri in quo ſunt mulierculæ & pueri, movetur audiens tam grande carmẽ. Hæc ille. Ex quo ſatis patet unam linguam, & eam quidem latinam, omnibus communem fuiſſe, quando pueri & mulierculæ latinè ſciebant. Verum ille erat literarum peritus, qui verborum delectum habere, ac eum recto aurium judicio ponderare ſciviſſet, id quod ſine literis fieri non poterat: nam omnes Romanos latinè locutos, non item literas ſciſſe, ex ejuſdem quoq; teſtimonio liquet, qui *in Bruto* T. Pomponium Atticum ita loquentem facit: Vides elocutionem emendatam latinam, cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut ſcientiæ, ſed quaſi bonæ conſuetudinis. Et ſubjicit T. Flam
qui cum Q. Metello Conſul fui di
ſtimabatur benè latinè, ſed lite
quiſquam, qui, ſi iſta conſid
tatis dicta, poſſit ſuſpicari
fuiſſe linguam ac nobis
nos illi minus
urbem viv
feris p
fecta

Nos poſteri. pr

terrarum oras velut in colonias profecti occuparint, atque ita ſecutum, ut non ſolùm gentes populiq; ,quorum conditores fuiſſent, ab eorum ſint nominibus appellati,ſed pleræque etiam urbes inde nominatæ. Cæterum Græci poſtea barbaram vocem abhorentes aut illa ex integro, ut idem ait, immutarunt, aut, magna ex parte inverſa, ut à priſca voce multum diſcreparint, effecerunt. Probat tamen adhuc quædam durare, quæ veteri opinioni cõſentiant,id eſt, in Phænicia Tyrum, Tharſum in Cilicia, Cappadoces, Paphlagonas, Pamphilios, Phryges, Palæſtinos, Cilices, Sabæos, Syros, & ad meridiem Aegyptios, Lybes & Mauros. Adjicit etiam Medos, Armenios, & Iberas quæ ſanè nomina ſunt ab ipſarum gentium conditoribus, qui iidem & Hebræi fuerunt, ab Noë prognati. Euſebius etiam docet idem, *ita Chronicorum libro ſcribens*: Filii Noë, Sem, Cham, & Japhet. Filii Sem, Elam, unde Elamitæ: Aſſur, unde Aſſyrii: Arphaxad, unde Arabi: Lud, unde Lydi, Aram, unde Syrii. Aramei autem Syriacè dicuntur filii Aram. Filii Cham, Chus, unde Æthiopes: Meſtre, unde Ægyptii: Furfur, unde Æthiopum gens, Chanaan, Chananæi. Filii au[illegible]us, Saba, unde Sabæi dicti: Evilat, gens [illegible] Japhet Gomer, filius Gomer Aſcenez, [illegible]othicæ. Hæc ille. Sicut item æquum [illegible] illis alias natio[illegible]fectas, quæ dein[illegible]n multitudi[illegible]tint.

Græci.

Gẽtes ex Noë filiis.

CAP[illegible]

[illegible]njugij, [illegible]d gentes uſu: & [illegible]opatulo [illegible]ore coirent: ac [illegible]et ante [illegible]n inire nuptam: [illegible] de di[illegible]: qui in matrimo-[illegible]um n[illegible]

[illegible]iulare [illegible]teriſque rebus ſunt [illegible]mant[illegible], ut Moſes tradit, [illegible]no [illegible] propter quem haud

Ægyptiorũ Dii.

dum eſt, quod ad ipſam veritatē veniamus. Aegyptii apud ſe deorum genus primum extitiſſe gloriantur, ut pote qui, ſicut infra oſtendemus, primi omnium, *teſte Diodoro Siculo libro ſuarum hiſtoriarum primo*, geniti, duos eſſe deos, & eos æternos arbitrati ſunt, Solam & Lunam: & illum quidem Oſirim, hāc Iſim, certâ nominis ratione appellarunt. Verum Lactantius *in primo Divinarum Inſtitu. volumine* Saturnum omnium deorum parentem vocat, quod, *auctore Ennio in ſacra hiſtoria*, ex Ope Jovem, Junone, Neptunum, Plutonem & Glaucam filios ſuſcepiſſet, qui cum de mortalibus plurimum eſſent benè meriti, dii habiti ſunt. Sed multi deniq; ſunt deorum ortus, cum ſinguli populi, ut Perſeus Zenonis auditor ait, eos à quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa, vel gentis & urbis conditores, vel fœminas caſtitate inſignes, ſeu viros fortiſſimos, etſi mortali genitos, in numero deorum habuerint, ut Aegyptii Iſim, Mauri Jubam, Afri Neptunũ, Macedones Gabyrum, Perſæ Mithrā, Rhodii & Maſſagetæ Solem, Pœni Uranium: Latini Faunum, Sabini Sabum, Romani Quirinum, Athenæ Minervam, Samos Junonem, Paphos Venerem, Delphos Apollinem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Cretenſes Jovem, Armenii Anaitidem, Babylonii & Aſſyrii Belum, Berecyntes Rheam: & alii alios denique ex hominibus: &, quod dictu poſt homines natos valdè pudendum ac importuniſſimum eſt, ex animalib⁹ deos fecerint, ſibiq; conſtituerint. Hinc Græci, *teſte Herodoto in primo*, non temerè ſentiebant deos ex hominibus eſſet ortos. Quare eſſet admodum difficile, deorum originem definire, cum dii ipſi præſertim vaniſſimi, nullumque eorum genus nō mortale fuerit, quandoquidem illi fugas, mortes, & vulnera perpeſſi ſunt. Quanto igitur rectius eſt, eò oculos & orationem tendere, ubi veri Dei ſedes eſt: quem purâ, integrâ, incorruptâ & mente & voce venerari

Saturnũ.

Gentium variarum dii varii

nerari debemus. Quanquam de Deo loqui, & vera dicere, ut ſapientes ajunt, periculoſum eſt, id quoniã oculi intueri nequeunt,cum ſiquidem acceſſu lucis & fulgore aſpectus mortalis, qui nobis divino munere tributus eſt, prorſus amittitur, neque animo, neque ullâ mentis acie concipi poteſt,ut probè admodum Simonides poëta ſapientiſſimus docuit: namq;. cum ab eo, *auctore M. Tullio*, tyrannus Hiero quæſiſſet,quid, aut qualis eſſet Deus? Deliberandi causâ ſibi unum diem poſtulavit: cum idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petivit: cum ſæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia quanto, inquit, diutius conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior. Id quod ſi feciſſent Philoſophi, qui more Andabatarum in tenebris verſantes, tot deliramenta commentati ſunt, profectò Deum Creatorẽ ſuum tam impiis ſententiis non offendiſſent. Satius enim propè eſt vera ignorare, quã falſa docere. *Simonidis procraſtinatio.* Semper itaque Deus eſt unus, qui *teſte Macrobio* vices temporum neſciens, in uno ſemper quod adeſt, conſiſtit ævo, & rerum omnium principium nominatur, qui apud Eſaiam ait: Ego ſum Deus, ante me non fuit alius, & poſt me non erit cujus, ut Cicero *libro Tuſculanarum I.* inquit, nulla eſt origo: dicente Moſe, In principio creavit Deus cœlum & terram. Et Divus Hieron. *epiſtola 4. ad Damaſum ſcribens* ait. Una eſt Dei ſola natura, quæ vera eſt: ad id enim quod ſubſiſtit, non habet aliunde, ſed ſuum eſt. Deinde & ſubdit: Deus ſolus qui æternus eſt, hoc eſt, qui exordium non habet, Eſſentiæ verè nomen tenet, &c. De quo Vergilius, tametſi longè fuit à veritate, naturâ tamẽ ducente, ita *lib ſexto Aeneidos* ceciniſſe videtur, *Deus unus.*

Principio cœlum ac terras campoſq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ, titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet.

Et Ovid. in 12. Metamorphoſeos,

Ille opifex rerum mundi melioris origo,

Atque reliqua. Et Plato quoque qui omnium ſapientiſſimus judicatur, unum Deum nominat, & ab eo hunc mundum eſſe factum confirmat: quem licet nobis, ut poetis, invocandi mos non ſit, hoc tamen de primis rerum inventoribus opus orſis proſperos ſucceſſus præſtet, omnibus oramus precibus, quando Deum dictum putant, quod omnia dat commoda hominibus: licet alii nominatum Deum velint ex verbo græco θεὸς, quod Deum ſignificat, ſive quod ei nihil deſit, vel ἀπὸ τοῦ θεάομαι, quod eſt video, ſpeculor: aut ἀπὸ τοῦ δέους, quod dicitur timor. Utrumq; divus Ambroſius probat ſcribens: Deus dicitur, quod ſpectet omnia & timeatur à cunctis.

Etimologia vocabuli, Deus.

CAP. II.

De initiis rerum.

ET ſi noſtri operis exordium eſſe videbatur, ut primùm de rerum initiis differerem, deinde verò, ut deorum originẽ traderem, qui ab iiſdem principiis, ut oſtendimus, ortum habent, veri tamen Dei religio me movit, fecitque, ut ab eo qui ante omnia eſt, hoc opus inchoare maluerim. Hoc igitur loco aliquantò rationabilius Philoſophorum de rerum primordiis ſententias, donec ad veritatem me ſenſim inſinuavero, percurremus. Thales itaque Mileſius unus ex ſeptem ſapientib. aquam (ſicut ſupra demonſtravimus) dixit eſſe initium rerum, Deumq; eſſe eã mentem, quæ ex aqua cuncta gigneret. Contra Hippaſus Metapontinus & Heraclitus Epheſius, qui ꝑpter obſcuritatem ſcripturæ *teſte divo Hieronymo contra Iovinianum* à Græcis σκοτεινὸς, ideſt, tenebricoſus eſt appellatus, omnia igne procreari cenſuerunt. Empedocles verò ex quatuor elementis. Hinc Lucretius,

Philoſophorũ de rerũ principiis opiniones

Ex imbri, terra atq; anima naſcuntur & igne.

Anaximenes principiũ Aera opinatur. Metrodorus Chius ſempiternum eſſe Univerſum dicit. Epicurus autem, qui ex Democriti fontibus ſuos hortos irrigavit, ponit duo principia, Corpus & Inane: omne enim quod eſt, aut continet, aut continetur: corpus vult eſſe atomos, id eſt, quaſdam minutiſſimas partes, quæ τομὴν, id eſt ſectionem non recipiant. Unde atomi dictæ ſunt, quas infuſis ꝑ feneſtram ſolaribus radiis videmus. Inane verò dicit ſpatium in quo ſunt atomi. Ex his principiis quatuor, ignem, aerem, aquam, terram, vult creari, & ex illis cætera. Ex quo Maro, *in Sileno* ait,

Namq; canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumq;, animaq;, mariſq; fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis, ut his exordia primis
Omnia & ipſe tener mundi concreverit orbis.

De Philoſophorum ſententiis hæc dicta ſint: ea nunc quæ ſacris continentur literis, prodamus ne rationis, aut veritatis expertes eſſe videamur. Deus igitur ab initio, (uti Moſes teſtatur, & ex eo Joſephus *in primo Antiquitatum Iudaicarum* pleniſſime edocet,) ex nihilo cuncta fecit. Joannes quoque Evangeliſta: Omnia per ipſum facta ſunt. Id quod Lactantius Firmianus *lib. Divinarum inſtitut. 2.* perſpicue demonſtrat ſcribens: Nemo quærat, ex quibus iſta materiis tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Et *alibi*: Deus autem facit ex eo quod non eſt. Et *in lib. de ira Dei*: Unus eſt igitur inquit, Princeps & origo rerum Deus. Et divus Hieronymus: Quis dubitat Deum omnium creatorem? Idem Plato *in Timæo* ſenſit & docuit. Atque tale rerum deniq; omnium verum principium fuit, unde geniti homines multa quæ ad uſum vitæ pertinent, deinde adinvenerunt: de quibus cum ego ſcripturus ſim, operæ pretium me feciſſe duco primum rerum originem prodidiſſe, ut intelligeretur, unde materia orta

Sacrarum literarum de Deo ſententia

eſſet ex qua homines, qui ex eo quod eſt faciunt, aliquid effinxerint.

CAP. III.

De primo hominum ortu, & linguarum varietatis origine: an Romanis lingua una eademq; latina communis fuerit, necne: atq; ibidem de prima gentium diviſione.

Duplex, de ortu hominũ opinio.

PRima hominum origo, ut teſtis eſt Diodorus, apud præſtantiſſimos viros, qui de natura rerum tradiderunt, duplex fertur: quidam enim ingenitum mundum & incorruptibilem, & genus hominum ſine ullo ortus principio, ab æterno fuiſſe opinati ſunt: cujus ſententiæ, teſte Cenſorino fuerunt Pythagoras Samius, Archytas Tarentinus, Plato Athenienſis, Xenocrates, Ariſtoteles Stagyrites, multiq; alii Peripatetici idem ſenſerunt, dicẽtes, Omnium quæ in ſempiterno iſto mundo fuerunt, & futura ſunt, principiũ fuiſſe nullum, ſed orbem eſſe quendam generantium naſcentiumq;, in quo uniuſcujuſq; geniti initium ſimul & finis eſſe videatur. Quidam verò mundum genitum & corruptibilem arbitrati ſunt, & homines ortus initium tempore eſſe conſecutos. Quapropter Aegyptii apud ſe à principio, primos homines genitos eſſe ferunt; tum propter ſoli felicitatem, aërisq; temperiem, tum propter Nilum, qui multa ob limi ubertatem generet & ſuapte naturâ nutriat. Nam, *eodem Diodoro auctore*, in Thebaidis agro mures gignuntur, qua ex re multũ ſtupent homines, cum priorem quorundam partem pectore tenus animatam moveri in limo videant, poſteriore nondum inchoatâ, ſed informi. Verùm Pſammeticho regnum adepto cum inceſſiſſet cupiditas dignoſcendi qui revera primi hominum extitiſſent ex eo tempore didicerunt Phrygas primos fuiſſe

Mures ex limo.

fuiſſe, ſe verò ſecundos, Pſammetichus enim, *veluti libro ſecundo teſtatur Herodotus*, cum haud aliter deprehendere poſſet, duos pueros recens natos inter pecora educandos paſtori tradidit, jubens neminem coram eis vocem edere, ne alicujus ſermonem perdiſcerent, ut qualis eſſet prima vox, quæ erumperet, intelligeretur. Pueri itaque biennio pòſt paſsâ januâ (intus enim à capris nutriebantur) ambo porrectis paſtori manibus, βεκὸς, id eſt Bechus, clamitarunt: quo quidem verbo Phrygas conſtat panem appellare. Tale igitur modo, Phrygas primos omnium natos compertum eſt. Cæterum magna diu inter Aegyptios & Scythas, *auctore Iuſtino lib. ſecundo de generis antiquitate*, contentio fuit, in quo certamine ſuperatis Aegyptiis, Scythæ antiquiores viſi ſunt. Aethiopes itidem ferunt primos hominum omnium creatos eſſe, & ejus rei conjecturam faciunt, quod non aliunde homines in eam regionem acceſſerint, ſed in ipſa geniti meritò indigetes omnium conſenſu appellentur: de quibus Diodorus *libro quarto* ita diſſerit: Et equidem ſimile veri eſt, eos qui ſub meridiem habitant, primos è terra fuiſſe homines genitos: nam ſolis calore terram quæ humida eſt, areſaciente, atque omnibus vitam dante, decens fuit locum ſoli propinquiorum primò naturam animantium tuliſſe. Hinc Anaximander Mileſius ex aqua terraque calefactis homines exortos eſſe tradit. Empedocles ferè idem confirmat: ait enim, membra ſingula ex terra quaſi prægnante, paſſim edita: deinde coiſſe, & effeciſſe ſolidi hominis materiam, igni ſimul & humori permiſtam. Democritus Abderites ex aqua limoque primùm homines creatos eſſe dicit. Zeno autem Citieus principium humano generi ex novo mundo conſtitutum putavit, primoſque homines ex ſolo adminiculo divini ignis, id eſt, Dei providentiâ genitos. Poëtæ verò fingunt homines pri-

Pſammetichi factum.

Βεκὸς.

Indigites.

mùm aut Promethei molli luto eſſe formatos, aut Deucalionis Pyrrhæque ex duris lapidibus natos. Vergilius,

—Quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem,
Vndè homines nati durum genus.

Hominis primus ortus

Verum ne hujuſmodi ineptias referendo, probare videamur, ea quæ ſacris continentur literis ac longè veriora ſunt, aperiamus. Primus hominum ortus apud Judæos fuit. Deus enim divum pater atque hominum Rex, *ut Poëta ait*, perfecto mundo (*auctore Ioſepho in primo Antiquitatum volumine, ut etiam in Veteri eſt Inſtrumento*) Adam primum omnium ex limo hominem fecit, dicente etiam Ovidio:

Natus homo eſt, ſive hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum, &c.

Et divo Hierony. *Epiſt.* 49. Fabricatur homo de limo. *Et alibi*: Deus nos ad imaginem ſui tales condidit. Quare Lactant. *in* 6. ſcienter hominem Dei ſimulachrum appellat. Item *de opificio Dei*: Vas eſt, inquit, quodammodo fictile, quo animus, id eſt, homo ipſe verus continetur, & quidem non à Prometheo fictum, ut Poëtæ loquuntur, ſed à ſummo illo rerum conditore & artifice Deo. Et Cic. hoc idem tradidit, quamvis expers cœleſtium literarum, *in primo de legibus* ſic ſcribens: Hoc animal providum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem, præclarâ quadam conditione generatum eſſe à ſummo Deo: ſolus enim eſt ex tot animantium generibus atque naturis, particeps rationis & cogitationis, cum cætera ſint omnia expertia.

Primi hominum parêtes

Adam itaque primus à Deo creatus, poſtquam illius mandatum fregit, uti divo Hieronymo placet, ductâ in matrimonium Evâ, totius futuri generis auctor fuit. Idem Hieronymus: Duos homines ab exordio fecit Deus, ex quibus totius humani generis ſylva deſcendit.

ſcendit. Ita deinceps homines tanquam omnis rei expertes, nulloque ſubſidio fulti duram agebant vitam, ſed paulatim, quemadmodum Vergilius ait, varias meditando extuderunt artes, nam multarum rerum notitiâ perceptâ, neceſſitate compulſi, brevi tempore cæteras vitæ hominum commoditates adinvenerunt. Tunc igitur variæ venere artes, quando ſicut idem poëta canit,

Artium inventio

—Labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Cæterùm cum Deus, ut docuimus, hominem fecerit, illique in ore linguam incluſerit, quæ ſola animi interpres, vocem motibus variis in verba diſtinguit, non immeritò quiſpiam mirabitur, undè tanta homini ſermonis varietas innata ſit, ut quot orbis regiones ſunt, totidem hominum linguæ ſint: cujus rei originem non prætereundam putavi. Cùm enim Nemroth filius Cham, filii Noë, poſt diluvium homines à Dei timore aquarum vim formidantes avocare conaretur, ſpem ſuam in propria virtute ponendam ratus, turrim, velut alibi appoſitè dicemus, altiſſimam ædificandam ſuadebat, quam aquæ ſuperare non poſſent. Iis itaque jam incœpto opere ita inſanientibus, Deus linguam diviſit, ut per multas abſonaſque voces intelligentiâ inter ſe carerent. Hæc igitur tot linguarum quibus etiam nunc homines utuntur, varietatis origo eſt: *auctor Ioſephus in primo Antiquitatum.* At hic non abs re videtur eſſe, ut aliquid dicatur de antiqua inter doctos controverſia, quærentes utrum Romani generatim latinè loquuti ſint, an duplicem habuerint linguam, quemadmodum nos, & Græci, ac aliæ gentes ad hodiernum diem habemus, qui alteram vulgarem & vernaculam, alteram Latinam & Atticam appellamus. Et ne in re, meo judicio, perſpicua laboremus, eam ex Cic. teſte locupletiſſimo, planam faciemus: is enim *in lib. 3. de oratore*, ait, certam fuiſſe Romani generis urbiſq; propriam vocem, idque probat ex-

Varietatis Linguarum origo

Romana lingua an varia

Lælia Romana. emplo Læliæ mulieris, qua ita loqueretur, ut qui eam audiret, ſibi Plautum, aut Nævium audire videretur. Sed ut ne quiſpiam putaret, Læliam alteram linguam dedicisſe, id eſt, latinam, alteram domi ab ineunte ætate patrio ſermone imbibiſſe, paulò inferius inquit: Nemo enim unquam eſt oratorem, quod latinè loqueretur, admiratus: ſi aliter, irridebant. Item *de perfecto oratore*: In verſu quidem theatra tota exclamant, ſi fuerit vna ſyllaba aut brevior, aut longior. Et *lib. 1. Tuſcul.* Frequens enim conſeſſus theatri in quo ſunt mulierculæ & pueri, movetur audiens tam grande carmē. Hæc ille. Ex quo ſatis patet unam linguam, & eam quidem latinam, omnibus communem fuiſſe, quando pueri & mulierculæ latinè ſciebant. Verum ille erat literarum peritus, qui verborum delectum habere, ac eum recto aurium judicio ponderare ſciviſſet, id quod ſine literis fieri non poterat: nam omnes Romanos latinè locutos, non item literas ſciſſe, ex ejuſdem quoq; teſtimonio liquet, qui *in Bruto* T. Pomponium Atticum ita loquentem facit: Vides elocutionem emendatam latinam, cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut ſcientiæ, ſed quaſi bonæ conſuetudinis. Et ſubjicit: T. Flaminium qui cum Q. Metello Conſul fuit, pueri vidimus, exiſtimabatur benè latinè, ſed literas neſciebat. Eſt igitur quiſquam, qui, ſi iſta conſideraverit à principe latinitatis dicta, poſſit ſuſpicari perinde Romanis non unam fuiſſe linguam ac nobis eſt? Namque ut apud Romanos illi minus purè & ornatè loquebantur, qui extra urbem vixiſſent, ita apud Latinos, partim barbaries à feris populis qui Italiam aliquando occuparant, profecta, partim vetuſtas ſermonem domeſticum *Nos poſteri.* jampridem infuſcaverat. Ad prima redeo. Idem Joſephus inde quoque factum prodit, ut poſt ejuſmodi linguarum diſcrimen, ex Noë pronepotibus, & ex iis, qui ab illis orti ſunt, inter ſe quam primùm diviſi, alium alias

terrarum

terrarum oras velut in colonias profecti occuparint, atque ita ſecutum, ut non ſolùm gentes populiq; ,quorum conditores fuiſſent, ab eorum ſint nominibus appellati, ſed pleræque etiam urbes inde nominatæ. Cæterum Græci poſtea barbaram vocem abhorentes aut illa ex integro, ut idem ait, immutarunt, aut, magna ex parte inverſa, ut à priſca voce multum diſcreparint, effecerunt. Probat tamen adhuc quædam durare, quæ veteri opinioni cõſentiant, id eſt, in Phænicia Tyrum, Tharſum in Cilicia, Cappadoces, Paphlagonas, Pamphilios, Phryges, Palæſtinos, Cilices, Sabæos, Syros, & ad meridiem Aegyptios, Lybes & Mauros. Adijcit etiam Medos, Armenios, & Iberas quæ ſanè nomina ſunt ab ipſarum gentium conditoribus, qui iidem & Hebræi fuerunt, ab Noë prognati. Euſebius etiam docet idem, *ita Chronicorum libro ſcribens*: Filii Noë, Sem, Cham, & Japhet. Filii Sem, Elam, unde Elamitæ: Aſſur, unde Aſſyrii: Arphaxad, unde Arabi: Lud, unde Lydi, Aram, unde Syrii. Aramei autem Syriacè dicuntur filii Aram. Filii Cham, Chus, unde Æthiopes: Meſtre, unde Ægyptii: Furfur, unde Æthiopum gens, Chanaan, Chananæi. Filii autem Chus, Saba, unde Sabæi dicti: Evilat, gens Evilea. Filius Japhet Gomer, filius Gomer Aſcenez, unde gentes Gothicæ. Hæc ille. Sicut item æquum eſt credere, ab illis alias nationes profectas, quæ deinde orbem ipſum multitudine oppleverint.

Græci.

Gẽtes ex Noa filiis.

CAPUT. IV.

De origine conjugij, & vario apud gentes uſu: & qui in propatulo pecudum more coirent: ac queis liceret ante virum, novam inire nuptam: & ibidem de divortij initio, ac qui in matrimonio veterum ritus.

DEus ſimulatque mundo cæteriſque rebus ſummam manum impoſuerat, ut Moſes tradit, poſtremò hominem finxit, propter quem haud

dubiè ipſum mundum, ſicut M. Tullius *in 2. de natura Deorum* probè docet, cunctaque animalia fecerat. Utrumque etiam teſtatur Ovidius *in primo Metamorphoſeos* dicens:

Hominis formatio, eiusq; dominium.

Sanctius his animal, mentiſque capacius alta
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet,
Natus homo eſt.

Et Cicero *in primo libro de Legibus* ait: Nunc quoniam hominē: quod principium reliquarum rerū eſſe voluit, generavit & ornavit Deus. Et Joſephus, Deus hominem omnium dominum fecit. Plinius quoq;: Principium jure tribuatur homini, cujus cauſa videtur cuncta alia genuiſſe natura. Etenim, uti eleganter idem Cicero inquit, Quis Cælum ſuſpicit, niſi homo? quis ſolē, quis aſtra, quis opera Dei miratur, niſi homo? terrenorum item cōmodorum in quo eſt dominatus, niſi in homine? nam nos terram colimus, ex ea fructum capimus, nos navigamus mare, nos piſces, nos volatilia, nos quadrupedes in poteſtate habemus. Cuncta igitur propter hominem Deus fecit, cum uſui hominum omnia ceſſerint. Proinde ad propagandū humanum genus, ut una non interiret ætate, neceſſum erat & fæminam formare & eam deinde viro, ne more ferarum degerent, ſacris quibuſdam connubii vinculis adjungere. Quare Deus (quæ finxerint fabulę poſtea ſubjiciam) Adam, *auctore Ioſepho in primo Antiquitatum*, quem primum fecerat hominem, antequam (ſicut quidam volunt) peccaret, confeſtim Evam ad ipſius hominis exemplar confictam matrimonio copulavit, ut inter ſe permiſti ſexus propagare ſobolem poſſent, & omnem terram multitudine opplere. Divus autem Hieronymus *in Epiſtola ad Euſtochium, de virginitate ſervanda*, id à Deo factum tradit, poſtquam Adam & Eva ejus mandatum ſunt transgreſſi, ſic ſcribens: Eva in paradiſo virgo fuit, poſt pelliceas tunicas initium ſumpſit nuptiarum. Item in *libro contra Iovinianum*, Ac, inquit, de Adam quidē

Fæminæ creatio & matrimonii inſtitutio

& Eva illud dicendum, quod in Paradiſo ante offenſam virgines fuerint, poſt peccatū & extra paradiſum ſtatim nuptiæ. Atque hæc vera conjugii origo. Cæterum antiquitas, *auctore Trogo*, tradidit Cecropem Athenienſium regem ante Deucalionis tempora matrimonium conſtituiſſe, propter quod hunc bifrontem prodidere. Verumenim verò haud unum omnes matrimonii fœdus faciebant. Porrò Numidæ, Mauri, Aegyptii, Indi, Hæbræi, Perſæ, Garamantes, Parthi, Taxili, Naſamones, & Thraces, atque omnes penè barbari ſinguli pro opibus, quisque quàm plurimas uxores, alii denas, alii plures habebant. Scythæ, Agathyrſi, Britanni, Attici, promiſcuas uxores & liberos ex Platonis republica communes habere, & more pecudum laſcivè coire. Maſſagetæ ſinguli ſingulas ducebant uxores, ſed communiter utebantur, uti apud Britannos etiam, *teſte Cæſare*, fieri conſuevit. Apud Arabes, qui felicem incolunt Arabiam, conſuetudo erat, ut una omnibus conſanguineis uxor eſſet: ex iis enim, *teſte Strabone libro 16. Geographiæ*, qui primus ingrediebatur, poſito pro foribus baculo (nam baculum ex more quiſque gerebat) cum ea coibat, ipſa tamen cum natu grandiore noctes agebat. Quapropter omnes omnium erant fratres. Adulter apud eos capite damnabatur, qui ex eo deprehendebatur, quòd alius generis eſſet. Hoc memoriâ dignum aliquando accidit. Erat enim cujuſdam regis filia mirâ quidem pulchritudine, cui quindecim erant fratres, qui ejus omnes æquè amore flagrabant, propterea alius ſub alium continenter ad eam ingrediebatur. Illa autem aſſiduo coitu jam defeſſa, rem hujuſmodi commentata eſt: fecit enim ſurculos, non utique fratrum ſurculis abſimiles, ac ſtatim ut quiſpiam exibat, ſurculum aliquem ſimilem ante januam ponebat, quò fratres, qui deinceps ſequebantur, ſurculum pro foribus fixum cernentes, eorum q; aliquem intus eſſe arbitrates,

Matrimonii ineundi varia ratio.

Aſtutiæ fœmineæ exemplum.

tes, ab ingreſſu arcerentur. Verùm cum aliquando omnes in foro eſſent, unus ad fores acceſſit, & cum baculum vidiſſet, ſuſpicatus adulterũ intus eſſe (ſciebat enim, ſe omnes fratres in foro reliquiſſe) currens ad patrem ſororem ſtupri accuſavit, ſed cognitâ re, eam falsò criminari convictus eſt. Babylonii & Aſſyrii uxores ex publica auctione emebant, quod hodie apud Arabes ac Saracenos ſervatur. Cantabri uxoribus dotes dabant. Alii cum ſanguine conjunctis coibant, præſertim cum matribus, & ſororibus, quas etiam in matrimonium ducebant, ut Anthropophagi, Medi, Magi, & Æthiopum quidam atque Arabes. Apud Naſamones & Augylas Lybiæ populos moris erat, cũ quis primum duxiſſet uxorem, ut ſponſa primâ nocte cum ſingulis convivis coiret, Veneris gratiâ, poſt perpetuò caſtitatem ſervaret. Adyrmachidæ Pœnorum populi, qui ad Ægyptum pertinent, *teſte Herodoto lib. IX.* ſoliti erant virgines nupturas regi exhibere, qui quam vellet, primus vitiaret. Fuit idem mos apud Scotos, ut novam nuptam dominus loci ante virum comprimeret. Quod nempe inſtitutum poſt homines Chriſtianos natos turpiſſimum, Malcolmus tertius eorũ Rex, Princeps optimus, ſuſtulit circiter annum ſalutis humanæ M. X C. conſtituitq; ut nubentes pudicitiæ redimendæ cauſâ locorũ dominis nummum aureum penderent, idquod hodie etiam ſervatur. Lydorum filiæ eatenus vulgato corpore quæſtum faciebant, quoad ſibi dotem comparaſſent, deinde nubebant. Alii demum ſine conjugibus degere, ut quidam Thraces, qui Criſtæ, id eſt, creatores vocantur: & Eſſeni tertium apud Judæos Philoſophorum genus. Ex his autem in propatulo pecudum more concumbebant Indi, Maſſagetæ, Naſamones, & Anthropophagi. Sanè hinc videre licet, quàm turpiter iſti omnes libidini fræna laxarent. Sed quid mirum eſt, gentes hujuſmodi, quæ lumine carebant, hoc eſt, Deum

Vxores venales.

Inceſtus

Regis privilegium

Scotorũ mos

Deum ignorabant, libidine flagrantes in omne nefas ruiſſe: nulloq; diſcrimine, omne facinus factu, dictúve pudendum, ac fœdum edidiſſe? Nos igitur multò profectò iis fœliciores ſumus, quibus ipſe Deus, *teſte Hieronymo contra Iovinianum, & ad Euſtochium de virginitate ſervanda* illud magnum matrimonii fœd⁹ conſtituit, quod nunc homines Chriſtiana religione imbuti, una duntaxat uxore cõtenti longe me hercule! ſanctius ſervant, atque venerantur quàm olim Hebræi, qui tametſi primi à Deo id acceperunt, uxorum tamen multitudine (plures enim, ut diximus, habebant) fœdè turpificabant: Id tamen qua ratione apud illos factum aliquando fuerit, docebimus in quinto hujus operis volumine, cum de re Chriſtiana agetur: ibidemque declarabitur, quotus olim, ac nunc, propinquitatis gradus ſit nubentibus interdictus. Sed domum revertamur. Romanorum quoque inviolatum prorſus matrimonium fuiſſet, ſi divortium non habuiſſet, qui licet in cauſa eſſet, quamobrem matronæ cõſtantius pudicitiam tuerentur, id tamen non tam facile religio ſancta concedit. Primus enim Spurius Carvilius (*Dionyſio Halicarnaſſeo libro ſecundo, & Plutarcho in vita Romuli; auctoribus*) anno urbis cõditæ DXXIII. M. Põponio II. C. Papyrio COSS. cum uxore ſterilitatis cauſa divortium fecit. Hinc ſanè cognoſcere licet, jam inde ab initio apud Romanos fœdus matrimonii ſanctiſſimum fuiſſe, quando tandiu inviolatum permanſit, & Sp. Carvilius, qui nunquam coram Cenſoribus juratus ſe matrimonium liberorum tãtum cauſâ colere, illud violarat, poſtea ob id facinus ſemper à populo male audivit. Quod ex Moſis decretis tralatitium eſſe conſtat qui primus divortii auctor fuit, *ut extat in Deuter. cap. 24.* Moſes n. videns, *auctore Hier.* Judæorum alios avaritiâ, alios moleſtiâ domeſticâ, alios libidine commotos, ſuas uxores injuriâ, & aliquando morte afficere, quo ſibi

Divortium apud Romanos.

Carvilius.

Divortii autor.

tes, ab ingreſſu arcerentur. Verùm cum aliquando omnes in foro eſſent, unus ad fores acceſſit, & cum baculum vidiſſet, ſuſpicatus adulterũ intus eſſe (ſciebat enim, ſe omnes fratres in foro reliquiſſe) currens ad patrem ſororem ſtupri accuſavit, ſed cognitâ re, eam falsò criminari convictus eſt. Babylonii & Aſſyrii uxores ex publica auctione emebant, quod hodie apud Arabes ac Saracenos ſervatur. Cantabri uxoribus dotes dabant. Alii cum ſanguine conjunctis coibant, præſertim cum matribus, & ſororibus, quas etiam in matrimonium ducebant, ut Anthropophagi, Medi, Magi, & Æthiopum quidam atque Arabes. Apud Naſamones & Augylas Lybiæ populos moris erat, cũ quis primum duxiſſet uxorem, ut ſponſa primâ nocte cum ſingulis convivis coiret, Veneris gratiâ, poſt perpetuò caſtitatem ſervaret. Adyrmachidæ Pœnorum populi, qui ad Ægyptum pertinent, *teſte Herodoto lib. IX.* ſoliti erant virgines nupturas regi exhibere, qui quam vellet, primus vitiaret. Fuit idem mos apud Scotos, ut novam nuptam dominus loci ante virum comprimeret. Quod nempe inſtitutum poſt homines Chriſtianos natos turpiſſimum, Malcolmus tertius eorũ Rex, Princeps optimus, ſuſtulit circiter annum ſalutis humanæ M. X C. conſtituitq; ut nubentes pudicitiæ redimendæ causâ locorũ dominis nummum aureum penderent, idquod hodie etiam ſervatur. Lydorum filiæ eatenus vulgato corpore quæſtum faciebant, quoad ſibi dotem comparaſſent, deinde nubebant. Alii demum ſine conjugibus degere, ut quidam Thraces, qui Criſtæ, id eſt, creatores vocantur; & Eſſeni tertium apud Judæos Philoſophorum genus. Ex his autem in propatulo pecudum more concumbebant Indi, Maſſagetæ, Naſamones, & Anthropophagi. Sanè hinc videre licet, quàm turpiter iſti omnes libidini fræna laxarent. Sed quid mirum eſt, gentes hujuſmodi, quæ lumine carebant, hoc eſt,

Uxores venales.

Inceſtus

Regis privilegium

Scotorũ mos

Deum ignorabant, libidine flagrantes in omne nefas ruiſſe: nulloq; diſcrimine, omne facinus factu, dictúve pudendum, ac fœdum edidiſſe? Nos igitur multò profectò iis fœliciores ſumus, quibus ipſe Deus, *teſte Hieronymò contra Iovinianum, & ad Euſtochium de virginitate ſervanda* illud magnum matrimonii fœd⁹ conſtituit, quod nunc homines Chriſtiana religione imbuti, una duntaxat uxore cõtenti longè me hercule! ſanctius ſervant, atque venerantur quàm olim Hebræi, qui tametſi primi à Deo id acceperunt, uxorum tamen multitudine (plures enim; ut diximus, habebant) fœdè turpificabant: Id tamen qua ratione apud illos factum aliquando fuerit, docebimus in quinto hujus operis volumine, cum de re Chriſtiana agetur: ibidemque declarabitur; quotus olim, ac nunc, propinquitatis gradus ſit nubentibus interdictus. Sed domum revertamur. Romanorum quoque inviolatum prorſus matrimonium fuiſſet, ſi divortium non habuiſſet, qui licet in cauſa eſſet, quamobrem matronæ conſtantius pudicitiam tuerentur, id tamen non tam facile religio ſancta concedit. Primus enim Spurius Carvilius (*Dionyſio Halicarnaſſeo libro ſecundo, & Plutarcho in vita Romuli; auctoribus*) anno urbis cõditæ DXXIII. M. Põponio II. C. Papyrio COSS. cum uxore ſterilitatis cauſa divortium fecit. Hinc ſanè cognoſcere licet, jam inde ab initio apud Romanos fœdus matrimonii ſanctiſſimum fuiſſe, quando tandiu inviolatum permanſit, & Sp. Carvilius, qui nunquam coram Cenſoribus juratus ſe matrimonium liberorum tãtum cauſâ colere, illud violarat, poſtea ob id facinus ſemper à populo malè audivit. Quod ex Moſis decretis tralatitium eſſe conſtat qui primus divortii auctor fuit, *ut extat in Deuter. cap. 24.* Moſes nam videns, *auctore Hier.* Judæorum alios avaritiâ, alios moleſtiâ domeſticâ, alios libidine commotos, ſuas uxores injuriâ, & aliquando morte afficere, quo ſibi

Divortium apud Romanos.

Carvilius.

Divortii autor.

integrum foret novas ducere uxores, aut ditiores, pulchriores, junioreſvè, ut domeſticæ quieti conſuleret, facultatem illis dedit divortii faciendi cum prioribus uxoribus: ſed voluit, ut vir daret uxori ita rejectæ libellum divortii, in quo *teſte Ioſepho lib. Iudaica antiquit.* 4. in hanc fermè ſententiam ſcriptum eſſet, Promitto me non repetiturum te: quo ſic mulier poſſet cuivis rurſum nubere. Nec de ea re aliter eſt lege ſancitum, ne fieret contra illud, Quod Deus copulavit homo non ſeparet. Ac ita permiſſu Moſis, non juſſu, divortium primùm apud Judæos factum cõſtat Teſtatur utrumque Chriſtus *apud Matth. cap.* 19. Quod Deus copulavit, homo non ſeparet: & ſubjicit, Moſes ad duritiam cordis veſtri, permiſit vobis repudiare uxores veſtras: cæterum ab initio non fuit ſic. Ad duritiam dixit, quod ſævitiam exercuerint in uxores, quas nimis ferum ac durum ſit non diligere. Iſtuc exin divortium minimè reſpuendum Chriſtus ſanxit, ſi ſtupri tantum causâ factum eſſet. Atque hæc de divortii Judæorum Romanorumque primordio dicere habui. Sed differebant tamen quod apud Hebræos nõ erat mutuũ divortiis, ſed ſoli marito fas erat ab uxore diſcedere: contrà apud Romanos utriquè licebat id facere. Sed age jam dicamus, qui in matrimonio fuerint veterum ritus, quique adhuc durent. Apud Romanos, *teſte teſto* patrimi & matrimi pueri tres, id eſt qui patrem & matrem haberent, nubentem ducebant, unus qui facem ex alba ſpina præferret, (nam noctu *ut ait Plutarchus in Problematis*, nubebant) duo qui ſponſam tenerent: & ea fax vel Cereris honore præferebatur, ut quemadmodum Ceres mortales alit, quæ terræ mater, ac cunctarum frugum creatrix habetur ita nova nupta materfamilias pòſt facta, filios nutriret. Quod quum hodie, cum præcipue in Anglia ſervatur, ut duo pueri velut paranymphi, id eſt, auſpices, qui olim pro nuptiis celebrandis auſpicia capiebant,

Divortii formula.

Hebræorum & Romanorũ divortii differentia.

Ritus in matrimonio cõfirmando.

bant, nubentem ad templum, ubi ei & marito ſacerdos benedicat, & inde domum duo viri deducant, & tertius loco facis, vaſculum aureum, vel argenteum præferat. Spicea item corona ſponſa redimita caput, præſertim ruri, ducitur, vel manu gerit ipſam coronã, ſeu dum ingreditur domum, boni omnis cauſâ ſuper ejus caput jacitur triticum, quaſi inde conſecutura ſit fœcunditas. Interim autem Talaſſii nomen ſæpè invocabatur, velut virginitatis aſſertoris, quòd ei in raptu Sabinarum virgo obtigiſſet, aut quòd matresfamilias ſic operum & lanificii admonerentur, per Talaſſii vocem, qui dicitur Calathus ad id aptus. Inde factum quoque eſt *auctore Plutarcho & Plinio*, ut ſponſæ colum lana comptam cum fuſo ſecum ferrent, quod in Venetia regione Italiæ adhuc durat. Dabantur præterea ante viri congreſſum, ignis & aqua attingenda, quòd iis elementis purgatio fieret, ſicut alio loco dicetur, per hoc ſignificando caſtam ac puram futuram. Item ſponſæ introductæ porio factitia porrigebatur deguſtanda. Ovid. in Faſtis: *Talaſſius.* *Potio ſponſalis.*

Nec pigeat tritum niveo cum lacte papaver
Sumere, & expreſſis mella liquata favis.
Cum primùm cupido Venus eſt deducta marito,
Hoc bibat, ex illo tempore nupta fuit.

Pro his omnibus nunc Romę mel tantum deguſtandũ tradunt. Sic ſponſa apud Anglos, poſtquàm benedixerit ſacerdos; in templo incipit bibere, ſponſo & reliquis aſtantibus idem mox facientibus. Tum ſuprà caput haſtam de gladiatoris corpore eductam ponebant, tanquam promptum violati thori ſupplicium, vel quòd matronæ Junonis Curetis in tutela ſint, quæ ita appellabatur à ferrenda haſta, quæ Sabinorum lingua Curis dicitur: vel quod nuptiali jure nubens viri imperio ſubjiciatur, quia haſta armorum & imperii ſumma eſt. Germani hunc morẽ nunc retinent cũ primis. Fuerat inſuper tã græcis quàm Romanis virginib' *Haſta in nuptiis.* *Curis.*

conſuetudo faſcia genitalia ſuccingere uſque ad diem matrimonii. Quod Homer' *in Odyſſea*, de Tyro virgine à Neptuno compreſſa teſtatur: & Catullus, Quod Zonã ſolvit diu ligatam. Nova præterea nupta cinnilgio præcingebat, id vir in lecto ſolvebat, factũ ex lana ovis, ut cũ illa in domũ ſublata, ſic vir vinctus cinctusq́ue eſſet. Itẽ Romæ auctore Feſto, nubentes ſolebãt aſſes treis ferre, atque unũ quem in manu tenerent, tanquam virum ementes, marito dare: alterum quem in pede haberent, in foco larium familiarium ponere, quod hodie nonnullis in Italiæ locis ſervatur: tertium in ſacciperio (ita Non. Mar. appellat hoc marſupii genus) in compito vicinali reſonare certo tempore ſolere. Sed longè alia erat coemptio, quæ fiebat cum convenirent in manum, quam Boetius ſuper Topicis Ciceronis, refert his ceremoniis conſueviſſe peragi: ſeſe enim in coemendo in vicem interrogabant: vir ita, an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet? illa reſpondebat velle: item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet? ille reſpondebat velle. Ita mulier viri conveniebat in manum. Quo facto inter ſe junctis dextris, oſculabantur ac poſtremò vir ſponſæ digitum annulo aureo ornabat, quaſi eam ſibi devinciens tali inſigni pignore. Utrumque teſtatur Tertullianus *lib. de Virginibus velandis, & in Apologetico cap. 6.* De hac coemptione rei uxoriæ meminit Vergilius in illo verſiculo:

Tribus aſſibus nubere.

Coemptio matrimonij

Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.

Sponſa rurſus domus conjugalis poſtes ungebat adipe ſuillo, quod ſic ab ea mala depulſum iri ducerent: unde ab ungendo uxor. Item non permittebat, tranſcendere limẽ, ſed tranſportabatur, perinde quaſi coacta pudicitiã amitteret. Ac non parũ multa ſuperſtitionis plena alia alibi ſervabantur, quę otioſum omninò duximus comemorare.

Poſtes ungere.

CAP.

CAPUT. V.

De religionis origine, & qui colendorum deorum primi auctores fuerint, & Deo vero ſacrificaverint.

NOn dubium eſt, quin homines, qui antea agreſtem vitam ſine ullo rectore vivebant, primos ſuos reges laudibus ac novis honoribus uſque eò ad cœlum ferre cœperint, ut etiam dæmonum præſtigiis adducti, veluti docuimus, deos appellarent ſive ob miraculum virtutis, ſive (ut ſolet) ad adulationem præſentis fortunæ ſive ob beneficia in ſe collata. Ita cũ ipſi reges chari eſſent, magnum ſui poſteris deſideriũ relinquebant, Ex quo homines eorum ſimulachra fingebant, ut ex imaginum contemplatione voluptatem caperent: inde & honores illis habere tanquam diis cœperunt, virtutis præſertim acuendæ cauſa: nam libentius Reipublicæ periculum optimus quiſque adibat: ſciens virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratum iri. Hac igitur ratione, *ut divus docet Cyprianus in libello de Idolis*, paulatim vana religio eſſe cœpit: cum primi parentes eo ritu ſuos liberos, & illi ſuos, ac deinde omnes poſteros imbuerent. Quare Jovis temporibus, *auctore Lactantio, lib. 2. cap* 11. primò templa conſtitui, & novi deorum cultus eſſe cœperunt, vel paulò ante: quippe fieri poteſt *ſicut idem ait*, vel ut ante, vel adhuc puero Jove, Meliſſus Jovis nutritor à quo, ut infra dicemus colendorum deorum ritus effluxit, colere inſtituerit alumni ſui matrem, & aviam Tellurem & patrem Saturnum, Sed ut ad unguem origo conſtet, faciamus initium hujus rei fuiſſe tempore Beli patris Nini, qui anno ab orbe cõdito circiter ter milleſimo CLXXX. apud Aſſyrios primus regnavit. Hunc Belum ſibi Deũ nominatum Babylonii & Aſſyrii colebant. Idcirco errant qui deorum cultus ab exordio rerum fuiſſe con-

Reges prodiis habiti.

Deorum cultus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Religio vera. tendunt. Veri autem Dei religio non equidem aliunde manavit, niſi ab ipſo Deo: etenim Deus, *teſte Lactantio in libro de ira Dei*, religionis cauſâ nos fecit, ut ſibi nos ſtatim geniti, juſtos & debitos honores haberemus, ipſum ſolum veneraremur, ipſum ſequeremur, in ipſo denique acquieſceremus, *uti eſt in Deuternomii caput.* 6. ita jubente Domino: Deum tuum adorabis & illum ſolum coles. Ex quo hoc vinculo pietatis obſtricti & religati Deo ſumus; undè, ut eidē placet, religio nomen accipit. At Cic. *in ſecundo de Natura deorum*, à relegendo fluxiſſe opinatur, ſcribens: Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter tractarent, & tanquam relegerent, hi dicti ſunt religioſi ex relegendo: &c. Sed ad deorū cultores revertamur, de quibus magna apud auctores eſt quæſtio: nam primi omnium Ægyptii, *auctore Herodoto lib. 2. & Strabone lib. Geogrphia 17.* diis & aras, & ſimulachra & delubra ſtatuêre, ſacrificiaq; curarūt, rituſq; eos deinde peregrinis cōmonſtrarunt. Quidam verò volunt Mercurium primum inſtituiſſe quibus ſacris dii colerentur. At alii Mennam regem, *auctor Diodoro lib.* 1 . Sed idem in quarto. Æthiopes primos Deos coluiſſe autumat, ita ſcribens: Aſſerunt autem deorum apud eos cultum primitus adinventū, ſacra inſuper pompas, celebritates, aliaque quibus diis honores impenduntur ab eis fuiſſe reperta. Qua ex re ipſorum in deos pietate religioneq; inter omnes vulgatâ, videntur Æthiopum ſacra, diis admodum grata eſſe. Hujus rei teſtimonium afferunt antiquiſſimi ac ferè celeberrimi apud Græcos poëtarum, qui in ſua Iliade, Jovem reliquoſque unà deos introducit in Æthiopiam, tùm ad ſacra quæ eis de more fierent, tùm ad odorum ſuavitatem cōmigrantes. Æthiopes etiam dicuntur ſuę erga deos pietatis premium tuliſſe, quod nunquam ab externis regib⁹ ſubacti ſint, ſemper enim liberi permanſerunt. Verùm Lactantius *lib. Inſtitut.* prime.

Religioſi unde dicti.

Deorum cultus.

primo, tradit Meliſſum Cretenſium Regem primùm diis ſacrificaſſe, ac ritus novos ſacrorumque pompas introduxiſſe. Hujus Amalthea & Meliſſa filiæ fuerunt, quæ Jovem puerũ caprino lacte ac melle nutrierant. Quamobrem poetæ tradiderunt advolaſſe apes atque os pueri melle compleſſe. Alii præterea alia id genus ſacra apud gẽtes adinvenerũt: veluti Faunus in Latio, qui *eodem Lactantio autore*, Saturno avo ſacra conſtituit. Quidam ſcribunt ante Faunum imperaſſe Janum, ac deorum cultũ demonſtraſſe apud Romanos. Numa Pompilius novę religionis auctor fuit, ſicut Orpheus ſacra liberi patris primus in Græciam introduxit, quæ Orgia vocabantur, quo nomine, *teſte Servio ſuper 4. Æneid.* olim apud Græcos omnia ſacra dicebãtur, quemadmodum apud Latinos Ceremoniæ. Item initiandi morem, atque alia myſteria intulit, *Diodorus & Lactant. Auctores.* At Euſebius non planè hoc ſentit *in 10. de Evangelica præparatione*, ſic ſcribens: Primus enim omnium ex Phœnicia, Cadmus Agenoris filius myſteria & ſolennitates deorum Græcis tradidit, ſimulachrorum conſecrationes etiam & hymnos, deinde ex Thracia Orpheus, Herodotus *vero lib. 2.* Græcos omninò religionem deorum partim ab Ægyptiis, partim à Pelaſgis accepiſſe affirmat, & Athenienſes ante omnes quãdo in Græcia Dodonęum oraculum omniũ vetuſtiſſimum conditum erat. Sed apud Græcos, ſicut idem ait, Heſiodus & Homerus deorum opifices inprimis extiterunt: Cum Herodoto cõſentit Euſebius, qui *in præfatione* in Chronicon ſuũ ita dicit: Cecrops Diphyes primus omniũ Jovem appellavit, ſimulachra reperit, aram ſtatuit, victimas immolavit, nequaquam iſtiuſmodi rebus in Græcia uſquam viſis. Siquidem Cecrops primus Atticæ Rex fuit & æqualis Moſis. Item Orgia Thracibus, *teſte eodem Euſebio*, Ætiq adinvenit. Ac talis fuit apud gentes religionis origo. Deo autem omnipotenti, quem nos Chriſtiani

Orgia ſacra.

colimus, cujus nutu omnia geruntur, Cain & Abel Adam filii, *auctore Ioſepho in primo Antiquitatum*, primi ſacrificarunt. Enos verò primus, *ut teſtatur Hieronym. contra Iovinianum, & Euſebius*, invocavit nomen Domini, & ſic deinceps eorum poſteri nullis ſacris initiati ſacrificium fecere, quoad Deus ſacerdotiū conſtituit, quod primò, *teſte Ioſepho in 3. Antiquitatū*, Aaron Moſis fratri detulit. Ex quo ſolenne apud Hebræos fuit, ut nemo divinum pontificatum gereret, niſi Aaron genere ortus foret; iis enim ſacerdotibus tantùm rem divinam facere licebat, ſicuti nunc apud nos, ſacerdotes illi duntaxat illud idem factitant, qui per Epiſcopos ſacris initiantur. Sed de veræ religionis ac ſacerdotii initio, in quarto operis huius volumine diffuſius tradetur.

Pontificatus Iudæorum.

CAPUT. VI.

Quis primus literas invenerit: vel in Latium attulerit, & de earum numero aucto, varietate, vi, atque ſono.

QUoniam ſolo literarum uſu memoriæ fulcitur æternitas, ab omniq; oblivionis injuria res memoriâ dignæ vindicantur, has ante omnia eſſe tractandas ducimus, cùm earum inventio planè demonſtret valdè admirabilem fuiſſe vim juxta ingenii atq; memoriæ in eo homine qui primus ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis ejuſmodi literarum notis terminaverit: cujus nomen antiquitate obrutū non proditur, tametſi honore maximo dignatur. Mercurium itaq; literas in Ægypto omniū primū reperiſſe teſtatur Diodorus *lib.* 1. Cicero *libro de natura Deorū tertio*, hunc quintum Mercurium fuiſſe tradit, qui literas Ægyptiis dederit. At idē Diodorus *paulò inferiꝰ* (de primo enim earum inventore magnum apud idoneos auctores certamen eſſe video) Ægyptiis literarū inventionem attribuere videtur, ita ſcribens: Aſſerunt Ægyptii, literas, aſtrorum curſus, Geometriam, artesque

Literarum inventio.

que plurimas ab ſe fuiſſe inventas. Nonnulli has in Ægypto inveniſſe quendam nomine Menona affirmant. Sed apud eos, quod non eſt ſilentio prætereundum animalium effigies loco literarum erant quippe quæ ſenſus mentis (ſicut docebimus cum de obeliſcis meminerimus) repræſentabant. Plinius autem *lib. Naturalis hiſtor. 7. circa finem*, ait ſe literas ſemper arbitratum eſſe, Aſſyrias fuiſſe. Cadmum verò à Phœnicia primũ in Græciam attuliſſe 16. numero, A B C D E G I L M N O P R S T V: quibus Trojano bello Palamedẽ adjeciſſe quatuor hac figurâ, θ Ξ Φ Υ. Totidẽ poſt cũ Simonidem Melicum, Ψ Z N Ω, quarum vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles decem & octo priſcos fuiſſe comemorat Α Β Γ Δ Ε Ζ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ & duas ab Epicharmo nõ à Palamede additas, hoc eſt, θ & Ρ, vel Ψ, ut Hermolaus prodit. Quidã verò aut nõ Cadmũ literas in Græciam, ſed Phœnices, qui cum eo venerãt: aut omnino non primò Cadmum, ſed multis poſt ſeculis advexiſſe contendunt: nam Herodotus Halicarnaſſeus hiſtoriarum pater, ut aiunt Græci, *lib. quinto de Phœnicib.* ita loquitur. Phœnices iſti q cum Cadmo advenerunt, quorũ Zephyrei fuere, dum hanc regionẽ incolunt, cum alias multas doctrinas in Græciã introduxere, tum verò literas, quæ apud Græcos ut mihi videtur, antea non fuerunt, & primæ illæ quidẽ extiterunt è quibus omnes Phœnices utuntur. Affirmat itidem Diodorus *libro ſexto*: Nam qui dicunt Phœnices à Muſis perceptas literas tradidiſſe poſtmodũ Græcis, hi ſunt qui cum Cadmo in Europã navigarunt. Ex quo à Græcis literę Phœniceæ appellatæ ſunt. Hinc Lucan⁹,

Hieroglyphica ſcriptura.

Græca literæ.

Phœnices.

Phœnices primi famæ ſi credimus auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

At omnino Cadmum non primum ad Græcos literas portaſſe: ſed longo pòſt tempore, Diodorus perſpicuè demõſtrat, qui ait: cum Actinus Solis filius in Ægyptũ tranſiens Aſtrologiam Ægyptios docuiſſet, demum

Diluvium in Græcia.

Græciâ diluvio oppreſsâ, plurimos homines periiſſe literarumq; monimenta deleta fuiſſe: & eam ob cauſam, pòſt multa ſecula, exiſtimatum eſſe Cadmum Agenoris filium primùm literas in Græciam adduxiſſe, atq; ideò Græcos quadam communi ignorantiâ ductos, literarum inventionem illi acceptam retuliſſe. Cæterum Joſephus *in primo Antiquitatis contra Appionem*, Græcos omninò ante Homeri ætatem literis caruiſſe affirmat: cum inquit: Poſtea multa quæſtio atque contentio facta eſt, utrum literis uſi ſint? & magis veritas obtinuit, eò quod uſus recentium literarũ illis fuiſſet incognitus: conſtat autem, quoniam apud Græcos nulla invenitur abſolutè conſcriptio poëmate

Homeri poëma.

Homeri vetuſtior, & hunc etiam pòſt bella Trojana fuiſſe manifeſtum eſt. Atqui Cicero *in Bruto* ſec⁹ tradit, ajens: Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum poëtæ, quod ex eis carminib⁹ intelligi poteſt, quæ apud illum & in Phæacum, & in Procorum epulis canuntur. Item Euſebius *in 10. de Evang. præp.* oſtendit ſcripſiſſe apud Græcos ante Homerum, Linũ,

Græci Scriptores.

Philamonem, Thamyram, Amphionem, Orpheum, Muſæum, Demodocum, Epimenidem, Ariſtæum, & pleroſque alios. Alii, *teſte Diodoro in 4.* aſſerunt, Aethiopes literas primùm reperiſſe, ab iiſq; Aegyptios eorum colonos exin illas accepiſſe, & ab his deinde reliquos. Verùm Eupolemus, ut Euſebius opinatur,

Vera literarũ Origo

proculdubio veram literarum originem reddit, affirmans Moſen, qui *teſte eodem Euſebio de temporib. & in 10. de Præpara. Evang.* longè ante Cadmum fuit, Literas Judæis primùm tradidiſſe, & à Judæis Phœnices accepiſſe, Græcos verò poſtremo à Phœnicibus. Idẽ etiã Euſebi⁹ *lib. 8. & 10.* pulcherrimè ꝓbat. Cui opinioni congruit illud quod ex Plinio ante retulim⁹, apud

Syria Judæa.

Syros literas reptas eſſe, quãdo Syri ipſi quoq;, *teſte Euſebio*, Hebræi ſunt, atq; adeo Judæa Syria eſt, ita Plinio *lib. 5.* dicente: Syria quondam terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus: namque Palæſtina

vocabatur qua contingit Arabas, & Judæa, & Cœle, dein Phœnice, &c. Sed reperimus ante diluviũ Noë, apud eos omninò uſum fuiſſe literarum: Joſephus enim *in* 1. *Antiq.* tradit liberos Seth Adam filii, in duabus columnis, uti cum de aſtrologia tractabitur, ſubtilius dicemus, diſciplinã rerum cœleſtium à ſe primò inventam conſcripſiſſe. Quo apparet jam tum literas fuiſſe, quas, fieri potuit, vi aquarũ deletas, Moſen dein adinveniſſe: quamvis ex his columnis alteram, id eſt, lapideam Joſephus uſq; ad ætatem ſuam in Syria duraſſe affirmet. Quapropter rectius, meâ quidem ſententiâ, Philo primam literarum inventionem Abrahã aſſignat, qui Moſe antiquior eſt, niſi hoc ſit potius filiis Seth attribuendum, qui ipſum Abraham multis annis præceſſerant. Hebræorum autem literæ *ut idem Euſebius ait*, numero viginti duæ ſunt, quotidem noſtræ latinæ, quæ, ſi divo Hieronymo credimus, novæ ſunt, & ab Eſdra inventæ. Ille enim *in præfatione in libros Regum* ita ſcribit: Certumq; eſt Eſdram ſcribam legiſque doctorem, poſt captam Hieroſolymam & inſtauratione templi, ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe: quib⁹ nunc utimur, cum ad illud uſque tempus, iidẽ Samaritanorum & Hebręorũ characteres fuerint, &c. Græcas verò veteres literas fuiſſe eaſdem penè quæ nunc latinæ ſunt, indicio eſt Delphica tabula ænea, quæ Romæ in palatio Minervæ dicata, in Bibliotheca conſpiciebatur, Plinii (ut ipſe teſtatur) temporibus. In Latium eas, *teſte Plinio & Solino* intulere Pelaſgi. Quidam volunt Nicoſtratam Evandri Arcadis matrẽ Latinis primum dediſſe. Dionyſius *in primo* ait, ipſos Arcades primos attuliſſe in Italiã, q poſt Pelaſgos venerãt. Livi⁹ Evandrũ auctorẽ vocat, *libro ab urbe cond. primo* ita ſcribẽs: Evander tũ ea profug⁹ ex Peloponeſo auctoritate magis quã imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo literarũ, rei novę inter rudes artiũ homines; Sẽtit idẽ Cornel. Tacit⁹ q tradit, Aborigines

Antiquitas literarum.

Columna antiqua.

Hebræorum literæ.

Græcorum characteres.

Plinius refutatus. ab Evandro Arcade didiciſſe literas. Quod autem Plinius *in ſeptimo*, Epigenis auctoritate probare conatur æternum literarum eſſe uſum, qui, veluti ex Joſephi teſtimonio probavimus, omnino antiquiſſimus eſt, non id planè ſentit Herodotus, qui ut ſupra demonſtratum eſt nullas literas ante Phœnices, in Græcia fuiſſe autumat: neque Eupolemus aut Euſebius, qui Moſi primam literarũ inventionem, ſicut oſtendimus aſſignant: neque demum Diodorus, qui *in primo* inquit: *Reges primi.* qui primi fuerint in orbe reges, nequaquam cõpertum habemus, cum nulli hiſtorici eos tradant: fieri quippe non poteſt literas æquè, ac primos reges, vetuſtas extitiſſe. Hæc ille. Serò etiam in Latium venére, quod teſtatur Livius ita ſcribens *in ſ onte libri ſexti, ab urbe condita*: Tum quod parvæ & raræ per eadem tempora literæ fuere, una cuſtodia fidelis memoriæ rerum geſtarum. Quapropter idem *libro nono* ait, Romanos deinde pueros non modo Græcis, ſed Hetruſcis quoque literis erudiri ſolitos. Ex quo ſcire *Hetruſca litera.* licet, Hetruſcos etiam ſuas olim habuiſſe literas, quas, ut noſtra denique cætera omnia, ita tempus conſumpſit, ut nunc ne nota quidem illarum cognita extet. Has autem literas Cornelius Tacitus *libro Auguſtæ hiſtoriæ. 11.* auctor eſt, Demaratum Corinthium Hetruſcos primùm docuiſſe. Phrygibus quoque proprias fuiſſe literas, teſtatur Cicero *de Nat. deorum* ſic ſcribens: *Phrygia litera.* Alter Hercules traditur Nilo natus Aegyptius, quem ajunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Atqui cũ Græci ita ſuarum literarum numerum paulatim auxiſſent, ſicut ſupra demonſtravimus: Latini quoque idem ſtudentes, poſt ea literas ſex ad ſuas priſcas ſex- *Latina litera.* decim addiderunt, F K Q X Y Z & H. Hæc tamen non eſt litera, ſed tantum aſpirationis nota. F digammon ab Aeolibus acceperunt, quod *teſte Priſciano*, apud antiquiſſimos Latinorum eandem vim atque apud ipſos Aeoles habuit: eum enim propè ſonum quem nũc habet F. ſignificabat P. cũ aſpiratione

quò nos in verbis Græcis utimur, ut Orpheus. Deinde Claudius Cæſar, prout Tacitus prodit F loco V conſonãtis recipiendum conſtituit, ut Fulgus pro vulgus, Fixit, pro vixit. Quintiliãnus: Nec inutiliter, inquit, Claudius Aeolicam illam id hos uſus F literã adjecerat. Ita Germanum vulgus latinè loquendo etiamnum pronuntiat. Poſtremò in latinis vocibus pro P & H; poni F. cœptum eſt, ut fama, facio. K etiam litera à Græcis accepta, in nullis verbis apud nos boni auctores utendum putant. Q adjecta eſt, quod pinguiorem ſonum edere viſa eſt, quam C. X de Græcis quæſivimus; qua tamẽ carere potuimus, ut ait Quintil. nam pro ea C & S vel G & S. utebamur, ut apecs & gregs, pro apex & grex. Y & Z. ex Græco ſimiliter fonte manarunt, & id quidem, ut iſtarum literarum uſus in Græcis foret duntaxat verbis.

CAP. VII.

De origine Grammaticæ & quantum valeat.

CONſentaneũm videtur, ut proditâ literarum origine, antequam ad alia explicanda aggrediar, de Grammatices origine diſſeram, ut pote quæ pluris eſt, quàm omnium liberalium artium ſcientia, quia reliquarum unicum eſt fundamentum: nomenq; à literis accepit nam γράμμα græcè litera dicit' Grammatica ipſa apud nos, teſte Fabio, lireratura nuncupat' & gramatici literatores, aut literati: quãvis nonnulli *auctore Tranquillo de Grammatica*, literatores vocent mediocriter doctos, ſicut Græci gramatiſtas. Eſt autẽ gramatica ars quę in emendatè loquendo ſcribẽdoque conſiſtit, ut literæ ſuas cuſtodiant voces & velut depoſitũ reddant legẽtibus, & auctore Quintiliano *libro primo*, in duas partes dividitur, in rectè loquendi ſcientiam, & poëtarum enarrationem. Cicero *de Oratore*: In grammaticis poëtarũ pertractatio, hiſtoriarũ cognitio, verborũ interpretatio, & pronunciandi quidam ſonus. Ejus autẽ initiũ, ut teſtiſeſt Suetonius *in libro de*

Grammatices præſtantia ejusq; Etymologia.

Definitio.

Diviſio

Origo Grãmatices.

grammatica, tale fermè fuit, quale habuit Rhetorice: ex obſervatione enim eorumq; in loquendo apta aut inepta erant, homines ea ipſa ad imitandum vitandũque notantes, hanc artem fecerunt, veluti oratoriam: nam gramãtici pariter ac oratoris ſcientia eſt, quomodo loqui deceat, ut ex Cicerone colligere licet, cum *lib. 3. de Oratore* ait: Atque ut latinè loquamur, non ſolùm videndum eſt, ut & verba efferamus ea; quæ nemo jure reprehendat; & ea ſic & caſibus, & temporib', & genere & numero conſervemus, ut ne quid perturbatũ, ac diſcrepans, aut præpoſterum ſit, ſed etiã vocis ſonus ipſe moderandus. Iſta omnia Grammatica ſola docet. Hanc autem, *ut Laërtius libro decimo ait*: Hermippus auctor eſt Epicurum primum docuiſſe, cujus vim Plato primus ſpeculatus eſt. Roma verò, *auctore Sueto.* olim ne in uſu quidem, nedum in ullo honore fuit: inde in urbem ejus ſtudium intulit Crates Mallotes miſſus ad Senatũ ab Attalo rege, inter ſecundũ & tertium bellum Punicum, ſub ipſam Ennii mortem. Cæterum hæc omnium artium præclariſſima eſt: præbet enim iter ad cæteras capeſſendas. *Fabius*: Nec ad ullius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis perveniri poteſt. *Et alibi* Quo minus, inquit, ſunt ferendi qui hanc artem ut tenuem ac jejunam cavillant, quæ niſi oratoris futuri fundamenta fideliter jeceris, quicquid ſuperſtruxeris corruet, neceſſaria pueris, jucunda ſenibus dulcis ſecretorum comes, & quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis, quàm oſtẽtationis. Hæc ille. Illud prætcrea, quamobrem magnifieri debeat, facilè docet: quia ex hujuſmodi artis negligentia, in Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis, in arte Medicinæ, in Jure civili cæteriſque diſciplinis quotidie ſexcenti errores exiſtunt inéptiſſimęque interpretationes, id quod non accideret, ſi Grammaticam primùm diſcerent, qui aliquando eſſent ſeſe ad ſcribẽdum daturi, illivè non ignorarent grammatici partes eſſe,

Orator Grãmaticus.

Crates Mallotes.

Grammatices commendatio.

Grãmatici officium.

eſſe, ut cunctas ferè calleat artes, quando apud antiquos ſoli grammatici omnium ſcriptorum cenſores & judices fuere, qui idcirco Critici ἀπὸ τοῦ κρίνω appellati ſunt. Igitur cum quis pingue quiddam latinè ſonare incipit, non debet ad opus aliquod ſcribendum aggredi prius, quàm Grammaticam didicerit. In hac autem olim præcelluerunt Didymus, quem Macrobius omnibus grammaticis præponit: Antonius Enipho, cujus ſcholam M. Tullius poſt forenſia negotia frequentabat: Nigidius Figulus, M. ille Varro omnium doctiſſimus. M. Valerius Probus: Palæmon illi arrogantiſſimus, multique deinde alii. Apud Græcos Ariſtarchus, Ariſtoteles, Theodotes. *Critici.* *Grāmatici illuſtres.*

CAP. VIII.

De Poëticæ artis origine, & ejus præſtantia: ibiq; locus Ciceronis in Catone emendatus.

POëtica ars multis mehercle de cauſis, reliquas antecedit diſciplinas, vel quia homines nullam penè artem aſſequi poſſunt, niſi in illam diu incubuerint, vel quod ſcientias ferè, ut Strabo *in primo Geographia adverſus Eratoſthenē* pulchrè demonſtrat, in ſe continet omnes: vel demū quod ex omnibus artib⁹ quæ ab humani ingenii excellentia proficiſcuntur ſola poëtica divino furore percipit. Nā poëtæ furore afflati res omni admiratione & ſtupore dignas canunt, ſine quo, *teſte Cicerone in primo de divinatione*, Democritus negabat magnos eſſe poëtas, quippe qui, *ut idem quoque Democritus & Plato aiebant*, non arte ſed naturâ conſtant tuncque veri vates ſunt, cum inſaniunt. Horatius in Poëtica arte, *Artis Poëticæ laus.* *Poetæ.*

Ingenium miſera quia fortunatius arte
Credit & excludit ſanos Helicone poëtas
Democritus.

Et alibi:

Natura

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt.

Non fiunt igitur Poëtæ, ſed naſcuntur. Undè in Bucolicis Vergilius:

Paſtores hedera creſcentem ornate poëtam.

Quare Ovidius in 3. de Arte amandi dicit:

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli.

Et Maro divinum vocat poëtam:

Tale tuum carmen nobis divine poëta, &c.

Cũ vatẽ eſſe, Dei mun' ſit. Sed Cicero *pro Archia poëta*, multo luculentiſſimè illud quo fiat pacto, docet dicens: atqui ſic à ſummis hominibus, eruditiſſimiſque accepimus cæterarum rerum ſtudia & doctrinâ & præceptis, & arte conſtare: poëtam naturâ ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi divino quodã ſpiritu afflari. Quare ſuo jure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas, quod quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur.

Origo artis poeticæ. Origo autem hujus artis admodum vetuſta eſt, & teſte Euſebio *in lib.* 11. *de præparat. Evangel.* apud antiquiſſimos Hebræorum, qui multo ante Græcorum poëtas fuere, primum floruit. *Poëta Hebræi.* Nam Moſes magnus Hebræorum imperator, cum ex Aegypto eos in patriam reduceret, ſtatim atque mare rubrum divinitus cedentibus aquis, transgreſſus eſt, divino Numine afflatus, *auctore Ioſepho in 2. de Antiquitatibus Iudæorũ*, hexametrum carmen, quo Deo grâtias ageret, edidit. Deinde David ille divinus Dei vates vario metro hymnos compoſuit. Idem Joſephus *lib. 7. Antiquitatum*: Expeditus itaque David à præliis & periculis, cum pace jam altiſſimâ frueretur, cantica in Deum hymnoſque vario metro compoſuit, alios quidem trimetros, alios quidem quinquemetros. Hæc ille. Divus quoque Hieronymus *in præfatione in Chronicon Euſebij*, longè ſcienter id demonſtrat ſcribens. Deniq; quid pſalterio canorius? *Pſalteriũ Davidis.* quod in morem noſtri Flacci & Græ-

Græci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur. Quid Deuteronomii & Eſaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone gravius? Quid perfectius Job? quæ omnia hexametris & pentametris verſibus apud ſuos compoſita decurrunt. Non immeritò igitur hujus artis initium Hebræis acceptum referre debemus, veluti reliquarum propemodum diſciplinarum. Oracula quoq; aliorum vatum verſib. edita ſunt, quod Horatius *in poëtica* teſtatur: *Poemata ſacra.* *Oracula.*

Dicta per carmina ſortes.

Verùm Orpheus, *auctore Porphyrione*, primũ poëticã illuſtravit, deinde Homerus & Heſiodus. Nos autem ſerius illam accepim⁹: nam Livius Andronicus, ut M. Tullius *in primo Tuſculanarum*, & Fabius Quintilian⁹ *in* 10. prodiderunt, fabulam primus dedit, Appio Claudio Cæci filio, M. Turitano COSS. anno ante natum Ennium, q fuit ann⁹ ab urbe condita quingenteſimus tertiuſdecim⁹. Cæterum ex ratione temporis inita à Livio, ac teſtimonio ejuſdẽ Ciceronis in Catone, cum LIVII ANDRONICI meminit, ſatis conſtat Marci Sempronii Tuditani id temporis collegam fuiſſe Cajum Claudium Centonem, licet exemplariã in Catone perperam habeant pro Centone Cethego; nõ Appium Claudium. Ac ſic ratio temporis, cujus rei cauſâ hoc loco conſulum mentio facta eſt, conveniet, ſi ita legas: ſin minus, non item. Antea enim, velut idem M. Cicero ait, nullus honos erat poëticæ artis: quinetiam uſq; adeò probro habebatur, ut ſi quis, quẽadmodum Gellius ex Catone, *libro Noctium Atticarũ undecimo, capite ſecundo* teſtatur, eam rem ſtuderet, Graſſator vocaretur. *Ciceronis locus illuſtratus.*

CAP. IX.

De origine Metri: & Metrorum plura eſſe genera.

Quanquam nonnullis fortaſſe haud injuriâ accuſandus videbor, quod antea de poëticæ artis

colimus, cujus nutu omnia geruntur, Cain & Abel Adam filii, *auctore Ioſepho in primo Antiquitatum*, primi ſacrificarunt. Enos verò primus, *ut teſtatur Hieronym. contra Iovinianum, & Euſebius*, invocavit nomen Domini, & ſic deinceps eorum poſteri nullis ſacris initiati ſacrificium fecere, quoad Deus ſacerdotiũ conſtituit, quod primò, *teſte Ioſepho in 3. Antiquitatũ*, Aaron Moſis fratri detulit. Ex quo ſolenne apud Hebræos fuit, ut nemo divinum pontificatum gereret, niſi Aaron genere ortus foret; iis enim ſacerdotibus tantùm rem divinam facere licebat, ſicuti nunc apud nos, ſacerdotes illi duntaxat illud idem factitant, qui per Epiſcopos ſacris initiantur. Sed de veræ religionis ac ſacerdotii initio, in quarto operis huius volumine diffuſius tradetur.

Pontificatus Iudæorum.

CAPUT. VI.

Quis primus literas invenerit: vel in Latium attulerit, & de earum numero aucto, varietate, vi, atque ſono.

QUoniam ſolo literarum uſu memoriæ fulcitur æternitas, ab omniq; oblivionis injuria res memoriâ dignæ vindicantur, has ante omnia eſſe tractandas ducimus, cum earum inventio planè demonſtret valdè admirabilem fuiſſe vim juxta ingenii atq; memoriæ in eo homine qui primus ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis ejuſmodi literarum notis terminaverit: cujus nomen antiquitate obrutũ non proditur, tametſi honore maximo dignatur. Mercurium itaq; literas in Ægypto omniũ primũ reperiſſe teſtatur Diodorus *lib.* 1. Cicero *libro de natura Deorũ tertio*, hunc quintum Mercurium fuiſſe tradit, qui literas Ægyptiis dederit. At idẽ Diodorus *paulò inferi⁹* (de primo enim earum inventore magnum apud idoneos auctores certamen eſſe video) Ægyptiis literarũ inventionem attribuere videtur, ita ſcribens: Aſſerunt Ægyptii, literas, aſtrorum curſus, Geometriam, artesque

Literarum inventio.

que

quæ plurimas ab ſe fuiſſe inventas. Nonnulli has in Ægypto inveniſſe quendam nomine Menona affirmant. Sed apud eos, quod non eſt ſilentio prætereundum animalium effigies loco literarum erant quippe quæ ſenſus mentis (ſicut docebimus cum de obeliſcis meminerimus) repræſentabant. Plinius autem *lib. Naturalis hiſtor. 7. circa finem*, ait ſe literas ſemper arbitratum eſſe, Aſſyrias fuiſſe. Cadmum verò à Phœnicia primũ in Græciam attuliſſe 16. numero, A B C D E G I L M N O P R S T V: quibus Trojano bello Palamedẽ adjeciſſe quatuor hac figurâ, θ Ξ Φ Υ. Totidẽ poſt cũ Simonidem Melicum, Ψ Ζ Ν Ω, quarum vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles decem & octo priſcos fuiſſe cõmemorat Α Β Γ Δ Ε Ζ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ & duas ab Epicharmo nõ à Palamede additas, hoc eſt, θ & Ρ, vel Ψ, ut Hermolaus prodit. Quidã verò aut nõ Cadmũ literas in Græciam, ſed Phœnices, qui cum eo venerũt: aut omnino non primò Cadmum, ſed multis poſt ſeculis advexiſſe contendunt: nam Herodotus Halicarnaſſeus hiſtoriarum pater, ut aiunt Græci, *lib. quinto de Phœnicib.* ita loquitur. Phœnices iſti q cum Cadmo advenerunt, quorũ Zephyrei fuere, dum hanc regionẽ incolunt, cum alias multas doctrinas in Græciã introduxere, tum verò literas, quæ apud Græcos ut mihi videtur, antea non fuerunt, & primæ illæ quidẽ extiterunt è quibus omnes Phœnices utuntur. Affirmat itidem Diodorus *libro ſexto*: Nam qui dicunt Phœnices à Muſis perceptas literas tradidiſſe poſtmodũ Græcis, hi ſunt qui cum Cadmo in Europã navigarunt. Ex quo à Græcis literę Phœniceæ appellatæ ſunt. Hinc Lucan',

Phœnices primi famæ ſi credimus auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

At omnino Cadmum non primum ad Græcos literas portaſſe: ſed longo pòſt tempore, Diodorus perſpicuè demõſtrat, qui ait: cum Actinus Solis filius in Ægyptũ tranſiens Aſtrologiam Ægyptios docuiſſet, demum

Hieroglyphica ſcriptura.

Græca literæ.

Phœnices.

Diluvium in Græcia. Græciâ diluvio oppreſsâ, plurimos homines periiſſe literarumq; monimenta deleta fuiſſe: & eam ob cauſam, pòſt multa ſecula, exiſtimatum eſſe Cadmum Agenoris filium primùm literas in Græciam adduxiſſe, atq; ideò Græcos quadam communi ignorantiâ ductos, literarum inventionem illi acceptam retuliſſe. Cæterum Joſephus *in primo Antiquitatis contra Appionem*, Græcos omninò ante Homeri ætatem literis caruiſſe affirmat: cum inquit: Poſtea multa quæſtio atque contentio facta eſt, utrum literis uſi ſint? & magis veritas obtinuit, eò quod uſus recentium literarū illis fuiſſet incognitus: conſtat autem, quoniam apud Græcos nulla invenitur abſolutè conſcriptio poëmate *Homeri poëma.* Homeri vetuſtior, & hunc etiam pòſt bella Trojana fuiſſe manifeſtum eſt. Atqui Cicero *in Bruto* ſec' tradit, ajens: Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum poëtæ, quod ex eis carminib' intelligi poteſt, quæ apud illum & in Phæacum, & in Procorum epulis canuntur. Item Euſebius *in* 10. *de Evang. pr ap.* oſtendit ſcripſiſſe apud Græcos ante Homerum, Linū, *Græci Scriptores.* Philamonem, Thamyram, Amphionem, Orpheum, Muſæum, Demodotum, Epimenidem, Ariſtæum, & pleroſque alios. Alii, *teſte Diodoro in* 4. aſſerunt, Aethiopes literas primùm reperiſſe, ab iiſq; Aegyptios eorum colonos exin illas accepiſſe, & ab his deinde reliquos. Verùm Eupolemus, ut Euſebius opinatur, *Vera literarū Origo* proculdubio veram literarum originem reddit, affirmans Moſen, qui *teſte eodem Euſebio de temporib. & in* 10. *de Prapara Evang.* longè ante Cadmum fuit, Literas Judæis primùm tradidiſſe, & à Judæis Phœnices accepiſſe, Græcos verò poſtremò à Phœnicibus. Idē etiā Euſebi' *lib.* 8. & 10. pulcherrimè ꝓbat. Cui opinioni congruit illud quod ex Plinio ante retulim', apud *Syria Judæa.* Syros literas repertas eſſe, quādo Syri ipſi quoq;, *teſte Euſebio*, Hebræi ſunt, atq; adeo Judæa Syria eſt, ita Plinio *lib.* 5. dicēnte: Syria quondam terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus: namque Palæſtina

vocabatur qua contingit Arabas, & Judæa, & Cœle, dein Phœnice, &c. Sed reperimus ante diluviū Noë, apud eos omninò uſum fuiſſe literarum: Joſephus enim *in* 1. *Antiq.* tradit liberos Seth Adam filii, in duabus columnis, uti cum de aſtrologia tractabitur, ſubtilius dicemus, diſciplinā rerum cœleſtium à ſe primò inventam conſcripſiſſe. Quo apparet jam tum literas fuiſſe, quas, fieri potuit, vi aquarū deletas, Moſen dein adinveniſſe: quamvis ex his columnis alteram, id eſt, lapideam Joſephus uſq; ad ætatem ſuam in Syria duraſſe affirmet. Quapropter rectius, meâ quidem ſententiâ, Philo primam literarum inventionem Abrahā aſſignat, qui Moſe antiquior eſt, niſi hoc ſit potius filiis Seth attribuendum, qui ipſum Abraham multis annis præceſſerant. Hebræorum autem literæ *ut idem Euſebius ait*, numero viginti duæ ſunt, quotidem noſtræ latinæ, quæ, ſi divo Hieronymo credimus, novæ ſunt, & ab Eſdra inventæ. Ille enim *in præfatione in libros Regum* ita ſcribit: Certumq; eſt Eſdram ſcribam legiſque doctorem, póſt captam Hieroſolymam & inſtauratione templi, ſub Zorobábel, alias literas repéríſſe: quib⁹ nunc utimur, cum ad illud uſque tempus, iidē Samaritanorum & Hebręorū characteres fuerint, &c. Græcas verò veteres literas fuiſſe eaſdem penè quæ nunc latinæ ſunt, indicio eſt Delphica tabula ænea, quæ Romæ in palatio Minervæ dicata, in Bibliotheca conſpiciebatur, Plinii (ut ipſe teſtatur) temporibus. In Latium eas, *teſte Plinio & Solino* intulere Pelaſgi. Quidam volunt Nicoſtratam Evandri Arcadis matrē Latinis primum dediſſe. Dionyſius *in primo* ait, ipſos Arcades primos attuliſſe in Italiā, q poſt Pelaſgos venerāt. Livi⁹ Evandrū auctorē vocat, *libro ab urbe cond. primo* ita ſcribēs: Evander tū ea profug⁹ ex Peloponēſo auctoritate magis quā imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo literarū, rei novę inter rudes artiū homines; Sētit idē Cornel. Tacit⁹ q tradit, Aborigines

Antiquitas literarum.

Columna antiqua.

Hebræorum literæ.

Græcorum charactêr.

ab

Plinius refutatus. ab Evandro Arcade didiciſſe literas. Quod autem Plinius *in ſeptimo*, Epigenis auctoritate probare conatur æternum literarum eſſe uſum, qui, veluti ex Joſephi teſtimonio probavimus, omnino antiquiſſimus eſt, non id planè ſentit Herodotus, qui ut ſupra demonſtratum eſt nullas literas ante Phœnices, in Græcia fuiſſe autumat: neque Eupolemus aut Euſebius, qui Moſi primam literarū inventionem, ſicut oſtendimus aſſignant: neque demum Diodorus, qui *in primo* inquit: qui primi fuerint in orbe reges, nequaquam cōpertum habemus, cum nulli hiſtorici eos tradant: fieri quippe non poteſt literas æquè, ac primos reges, vetuſtas extitiſſe. Hæc ille. Serò etiam in Latium venére, quod teſtatur Livius ita ſcribens *in fronte libri ſexti, ab urbe condita*: Tum quod parvæ & raræ per eadem tempora literæ fuere, una cuſtodia fidelis memoriæ rerum geſtarum. Quapropter idem *libro nono* ait, Romanos deinde pueros non modo Græcis, ſed Hetruſcis quoque literis erudiri ſolitos. Ex quo ſcire licet, Hetruſcos etiam ſuas olim habuiſſe literas, quas, ut noſtra denique cætera omnia, ita tempus conſumpſit, ut nunc ne nota quidem illarum cognita extet. Has autem literas Cornelius Tacitus *libro Auguſtæ hiſtoriæ. 11.* auctor eſt, Demaratum Corinthium Hetruſcos primùm docuiſſe. Phrygibus quoque proprias fuiſſe literas, teſtatur Cicero *de Nat. deorum* ſic ſcribens: Alter Hercules traditur Nilo natus Aegyptius, quem ajunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Atqui cū Græci ita ſuarum literarum numerum paulatim auxiſſent, ſicut ſupra demonſtravimus: Latini quoque idem ſtudentes, poſt ea literas ſex ad ſuas priſcas ſexdecim addiderunt, F K Q X Y Z & H. Hæc tamen non eſt litera, ſed tantum aſpirationis nota. F digammon ab Aeolibus acceperunt, quod *teſte Priſciano*, apud antiquiſſimos Latinorum eandem vim atque apud ipſos Aeoles habuit: eum enim propè ſonum quem nūc habet F. ſignificabat P. cū aſpiratione

Reges primi.

Hetruſca litera.

Phrygia litera.

Latina litera.

quò nos in verbis Græcis utimur, ut Orpheus. Deinde Claudius Cæſar, prout Tacitus prodit F loco V conſonãtis recipiendum conſtituit, ut Fulgus pro vulgus, Fixit, pro vixit. Quintiliànus: Nec inutiliter, inquit, Claudius Aeolicam illam id hos uſus F literã adjecerat. Ita Germanum vulgus latinè loquendo etiamnum pronuntiat. Poſtremò in latinis vocibus pro P & H, poni F: cœptum eſt, ut fama, facio. K etiam litera à Græcis accepta, in nullis verbis apud nos boni auctores utendum putant. Q adjecta eſt, quod pinguiorem ſonum edere viſa eſt, quam C. X de Græcis quæſivimus, qua tamẽ carere potuimus, ut ait Quintil. nam pro ea C & S vel G & S. utebamur, ut apecs & gregs, pro apex & grex. Y & Z. ex Græco ſimiliter fonte manarunt, & id quidem, ut iſtarum literarum uſus in Græcis foret duntaxat verbis.

CAP. VII.

De origine Grammaticæ & quantum valeat.

CОnſentaneum videtur, ut proditâ literarum origine, antequam ad alia explicanda aggrediar, de Grammatices origine diſſeram, ut pote quæ pluris eſt, quàm omnium liberalium artium ſcientia, quia reliquarum unicum eſt fundamentum: nomenq; à literis accepit nam γράμμα græcè litera dicit Grammatica ipſa apud nos, teſte Fabio, literatura nuncupat & gramatici literatores, aut literati: quãvis nonnulli *auctore Tranquillo de Grammatica,* literatores vocent mediocriter doctos, ſicut Græci gramatiſtas. Eſt autẽ gramatica ars quę in emendatè loquendo ſcribẽdoque conſiſtit, ut literæ ſuas cuſtodiant voces & velut depoſitũ reddant legẽtibus, & auctore Quintiliano *libro primo,* in duas partes dividitur, in rectè loquendi ſcientiam, & poëtarum enarrationem. Cicero *de Oratore*: In grammaticis poëtarũ pertractatio, hiſtoriarũ cognitio, verborũ interpretatio, & pronuntiandi quidam ſonus. Ejus autẽ initiũ, ut teſtiſcſt Suetonius *in libro de*

Grammatices præſtantia ejusq; Etymologia.

Definitio.

Diviſio

Origo Grãmatices.

grammatica, tale fermè fuit, quale habuit Rhetorice: ex obſervatione enim eorumq; in loquendo apta aut inepta erant, homines ea ipſa ad imitandum vitandũque notantes, hanc artem fecerunt, veluti oratoriam: nam gramatici pariter ac oratoris ſcientia eſt, quomodo loqui deceat, ut ex Cicerone colligere licet, cum *lib. 3. de Oratore* ait: Atque ut latinè loquamur, non ſolùm videndum eſt, ut & verba efferamus ea; quæ nemo jure reprehendat, & ea ſic & caſibus, & temporib⁹, & genere & numero conſervemus, ut ne quid perturbatũ, ac diſcrepans, aut præpoſterum ſit, ſed etiã vocis ſonus ipſe moderandus. Iſta omnia Grammatica ſola docet. Hanc autem, *ut Laërtius libro decimo ait*: Hermippus auctor eſt Epicurum primum docuiſſe, cujus vim Plato primus ſpeculatus eſt. Roma verò, *auctore Sueto.* olim ne in uſu quidem, nedum in ullo honore fuit: inde in urbem ejus ſtudium intulit Crates Malotes miſſus ad Senatũ ab Attalo rege, inter ſecundũ & tertium bellum Punicum, ſub ipſam Ennii mortem. Cæterum hæc omnium artium præclariſſima eſt: præbet enim iter ad cæteras capeſſendas. *Fabius*: Nec ad ullius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis perveniri poteſt. *Et alibi* Quo minus, inquit, ſunt ferendi qui hanc artem ut tenuem ac jejunam cavillant, quæ niſi oratoris futuri fundamenta fideliter jeceris, quicquid ſuperſtruxeris corruet, neceſſaria pueris, jucunda ſenibus dulcis ſecretorum comes, & quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis, quàm oſtẽtationis. Hæc ille. Illud præterea, quamobrem magnifieri debeat, facilè docet: quia ex hujuſmodi artis negligentia, in Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis, in arte Medicinæ, in Jure civili cæteriſque diſciplinis quotidie ſexcenti errores exiſtunt ineptiſſimęque interpretationes, id quod non accideret, ſi Grammaticam primùm diſcerent, qui aliquando eſſent ſeſe ad ſcribẽdum daturi, illivè non ignorarent grammatici partes eſſe,

Orator Grammaticus.

Crates Malotes.

Grammatices commendatio.

Grammatici officium.

eſſe, ut cunctas ferè calleat artes, quando apud antiquos ſoli grammatici omnium ſcriptorum cenſores & judices fuere, qui idcirco Critici ἀπὸ τοῦ κρίνω appellati ſunt. Igitur cum quis pingue quiddam latinè ſonare incipit, non debet ad opus aliquod ſcribendum aggredi prius, quàm Grammaticam didicerit. In hac autem olim præcelluerunt Didymus, quem Macrobius omnibus grammaticis præponit: Antonius Enipho, cujus ſcholam M. Tullius poſt forenſia negotia frequentabat: Nigidius Figulus, M. ille Varro omnium doctiſſimus. M. Valerius Probus: Palæmon illi arrogantiſſimus, multique deinde alii. Apud Græcos Ariſtarchus, Ariſtoteles, Theodotes.

Critici.

Grāmatici illuſtres.

CAP. VIII.

De Poëticæ artis origine, & ejus præſtantia: ibiq; locus Ciceronis in Catone emendatus.

Poëtica ars multis me hercle de cauſis, reliquas antecedit diſciplinas, vel quia homines nullam penè artem aſſequi poſſunt, niſi in illam diu incubuerint, vel quod ſcientias ferè, ut Strabo *in primo Geographiæ adverſus Eratoſthenē* pulchrè demonſtrat, in ſe continet omnes: vel demū quod ex omnibus artib⁹ quæ ab humani ingenii excellentia proficiſcuntur ſola poëtica divino furore percipit. Nā poëtæ furore afflati res omni admiratione & ſtupore dignas canunt, ſine quo, *teſte Cicerone in primo de divinatione*, Democritus negabat magnos eſſe poëtas, quippe qui, *ut idem quoque Democritus & Plato aiebant*, non arte ſed naturâ conſtant tuncque veri vates ſunt, cum inſaniunt. Horatius in Poëtica arte,

Artis Poëticæ laus.

Poetæ.

Ingenium miſera quia fortunatius arte
Credit & excludit ſanos Helicone poetas
Democritus.

Et alibi:

Græci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur. Quid Deuteronomii & Eſaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone gravius? Quid perfectius Job? quæ omnia hexametris & pentametris verſibus apud ſuos compoſita decurrunt. Non immeritò igitur hujus artis initium Hebræis acceptum referre debemus, veluti reliquarum propemodum diſciplinarum. Oracula quoq; aliorum vatum verſib. edita ſunt, quod Horatius *in poëtica* teſtatur: *Poemata ſacra.* *Oracula.*

Dicta per carmina ſortes.

Verùm Orpheus, *auctore Porphyrione*, primū poëticā illuſtravit, deinde Homerus & Heſiodus. Nos autem ſerius illam accepim⁹: nam Livius Andronicus, ut M. Tullius *in primo Tuſculanarum*, & Fabius Quintilian⁹ *in* 10. prodiderunt, fabulam primus dedit, Appio Claudio Cæci filio, M. Tuditano C O S S. anno ante natum Ennium, q̄ fuit ann⁹ ab urbe condita quingenteſimus teriuſdecim⁹. Cæterum ex ratione temporis inita à Livio, ac teſtimonio ejuſdē Ciceronis in Catone, cum LIVII ANDRONICI meminit, ſatis conſtat Marci Sempronii Tuditani id temporis collegam fuiſſe Cajum Claudium Centonem, licet exemplaria in Catone perperam habeant pro Centone Cethego; nō Appium Claudium. Ac ſic ratio temporis; cujus rei cauſâ hoc loco conſulum mentio facta eſt; conveniet, ſi ita legas: ſin minus; non item. Antea enim, velut idem M. Cicero ait; nullus honos erat poëticæ artis: quinetiam uſq; adeò probro habebatur, ut ſi quis, quēadmodum Gellius ex Catone, *libro Noctium Atticarū undecimo, capite ſecundo* teſtatur, eam rem ſtuderet, Graſſator vocaretur. *Ciceronis locus illuſtratus.*

CAP. IX.

De origine Metri: & Metrorum plura eſſe genera.

QUanquam nonnullis fortaſſe haud injuriâ accuſandus videbor, quod antea de poëticæ artis

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

Vel à numero pedum, ut Hexametrum & Pentametrum, quæ & Elegiaca dicuntur, quorum repertor, ut ajunt ignoratur. Horatius:

Quis tamen exiguos elegos immiſerit auctor,
Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

Bucolicum carmẽ, *auctore Diodoro in 5.* Daphnis Mercurii filius excogitavit: & ſic alii alia metra adinvenerunt, quæ nos in præſentia ſtudio brevitatis omittim⁹, metri tantùm originem prodidiſſe contenti.

CAPUT X.

De Tragœdiæ atque Comœdiæ initiis.

INitium Tragœdiæ & Comœdiæ, teſte Donato, à rebus divinis eſt factum, quibus antiqui pro fructibus vota ſolventes operam dabant: nam olim incẽſis altaribus & admoto hirco, id genus carminis quod ſacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur: auctoribus enim tragicis hircus præmium cantus proponebatur, (Horatius:

Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum.)

qui Libero patri immolabatur: quia: ut ait Varro, noxium eſt vitibus animal. Unde tragœdia ἀπὸ τοῦ τράγου hoc eſt ab hirco nominata eſt: vel, ut quibuſdam placet, quòd hirco donabatur ejus carminis poeta: vel quòd uter ex hircina pelle vini plen⁹ pro præmio erat: vel à fæce quia ante uſum perſonarum ab Æſchylo repertum, mimi peruncti ora olei fæcibus fabulas agebant. Horatius in poëtica: *Tragœdia etymologia.*

Ignotum tragicæ genus inveniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canerent, agerentq; peruncti fæcibus ora.
Poſt hunc perſonæ pallæq; repertor honeſtæ Aeſchylus.

Tragœdias *auctore Fabio in* 10. primus in lucem protulit Aeſchylus, ſed longè clarius illuſtrarunt Sophocles atq; Euripides. Apud nos, *auctore Donato*, Livius Andronicus tragœdiam primus invenit in qua floruit *Tragœdiarum ſcriptores.*

Accius, Pacuvius, Ovidius, & Seneca. At verò nondũ coactis in urbē Athenienſib. cũ *ut teſtatur Varro*, juventus Attica circum vicos, villas, pagos, & compita feſtum carmen ſolenniter quæſtus gratiâ cantaret, orta eſt comœdia ἀπὸ τοῦ κωμάζειν quod eſt laſcivè agere, vel κώμων hoc eſt à comeſſatione, ſeu κώμης qui vicus eſt, & ᾠδὴ cantus, quam tamen apud Græcos, uti Donatus ſentit, dubium eſt quis invenerit primus, apud quos, ſicut infrà dicemus, duplex erat, antiqua & nova. Præcipui autem eius auctores fuerunt Ariſtophanes, Eupolis & Cratin⁹. Apud Latinos eam primus omniũ, ut Livius *ab urbe condita*, & Donatus teſtantur, reperit Livius Andronicus. In tragœdia autem heroes, duces, reges introducuntur, & eſt ſermo grandiloquus, Ovidius:

Comœdia etymon.

Comici.

Differentia tragœdia & comœdia.

Omne genus ſcripti gravitate tragœdia vincit.

In comœdia vero am[ores] res ferè & virginum raptus. Triſtitia tragœdiæ peculiaris eſt: propter quod Euripides, petente Archelao rege ut de ſe tragœdiam ſcriberet abnuit, & precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdiâ dignum, quoniam ſemper infœlices exitus habet, contra comœdia fœlices.

CAPUT. XI.

De origine Satyræ novaque Comœdiæ.

SAtyrarum genera duo eſſe manifeſtum eſt, alterũ antiquius, tam à Græcis, quàm à Latinis uſurpatũ, quod ſolâ carminum varietate conſtabat, comœdiæ penè par, niſi plus habuiſſet laſciviæ. Hujus ſatyræ ſcriptores fuerunt Demetrius ex Tharſo poeta ſatyricus, *ut au[ct]or eſt Laërtius*, & Menippus ſervus, *ſicut Apuleius & Gellius oſtendunt*, cujus libros M. Varro in Satyris imitatus, eas latinè Menippeas appellavit. Alterum ſatyrarum genus recentius maledicum, & ad carpenda hominum vitia compoſitum, quod ſoli Latini excogitaverunt, teſte Fabio Quintiliano. Satyra quidem

Satyrici ſcriptores.

quidem tota noſtra eſt, quæ auctore Donato hinc exordiũ ſumpſit. Nã cum in veteri comœdia per priſcos poëtas non penitus ficta argumenta, ſed res geſtæ à civibus palàm tum eorum crebrò qui geſſiſſent nomine decantarentur: quod tunc nequaquam morib. hominum obfuit, cum pro ſe quiſque caveret, culpâ aut domeſtico probro ne ſpectaculo cæteris eſſet & inde ipſi poëtæ abuti licentius ſtylo & paſſim ex libidine lædere cæpiſſent plures bonos idpropter, Ne quiſpiam hominum vitia amplius nominatim carperet, lege ſanxerunt. Ex hujus igitur hoc pacto veteris comœdię interitu, Satyra quam noſtri condiderunt initium habuit. Tunc autem poëtæ novam comediam invenerũt, quæ generatim ad omnes homines, qui mediocribus agũt fortunis, pertineret, & minus amaritudinis, & eadem operâ multum delectationis ſpectatoribus afferret: cujus Menãder & Philemon auctores fuere, qui omnẽ prioris comœdiæ acerbitatem mitigarunt. Ab illis noſtri poëtæ latini, Cæcilius, Nævius, Licinius, Plautus, Terentius, atque alii antiquiſſimi Comici modũ componendæ comœdiæ jucundæ pariter ac gratæ ſumpſerunt. Verùm ii, ſi Quintiliano credimus, vix levẽ Græcorum umbram conſecuti ſunt, quòd ſermo Roman' non videatur poſſe recipere illam dicendi Venerem ſolis Atticis in hoc genere linguæ conceſſam. Satyra verò à Satyris, ut Donato placet, qui illoti ſemper & petulantes dii ſunt, nomen traxit: vel à ſatyra cibi genere, quod auctore Feſto, ex variis rebus conditum erat. In hac ſatyra, *teſte Quintiliano in 10.* primus inſignem laudem adeptus Lucillius: ſed ejuſdem judicio, purus magis ac terſior fuit Horatius. Perſius juxtà, quàmvis uno libro, multum gloriæ promeruit. Sed in primis Juvenalis lepidus fuit, de quo Quintilianum, cum in 10. dixit: Sunt clari hodie quoque, & qui olim nominabuntur, intellexiſſe ferunt.

Satyræ origo.

Comici antiqui.

Satyra unde dicta.

Satyrici poetæ.

Accius, Pacuvius, Ovidius, & Seneca. At verò nondū coactis in urbē Athenienſib. cū *ut teſtatur Varro*, juventus Attica circum vicos, villas. pagos, & compita feſtum carmen ſolenniter quæſtus gratiâ cantaret, orta eſt comœdia ἀπὸ τοῦ κωμάζειν quod eſt laſcivè agere, vel κώμων hoc eſt à comeſſatione, ſeu κώμης qui vicus eſt, & ᾠδῆ cantus, quam tamen apud Græcos, uti Donatus ſentit, dubium eſt quis invenerit primus, apud quos, ſicut infrà dicemus, duplex erat, antiqua & nova. Præcipui autem ejus auctores fuerunt Ariſtophanes, Eupolis & Cratin⁹. Apud Latinos eam primus omniū, ut Livius *ab urbe condita*, & Donatus teſtantur, reperit Livius Andronicus. In tragœdia autem heroes, duces, reges introducuntur, & eſt ſermo grandiloquus. Ovidius:

Comœdia etymon.

Comici.

Differentia tragœdiæ & comœdiæ.

Omne genus ſcripti gravitate tragœdia vincit.

In comœdia vero am res fere & virginum raptus. Triſtitia tragœdiæ peculiaris eſt: propter quod Euripides, petente Archelao rege ut de ſe tragœdiam ſcriberet abnuit, & precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdiâ dignum, quoniam ſemper infœlices exitus habet, contra comœdia fœlices.

CAPUT. XI.

De origine Satyræ novæque Comœdiæ.

SAtyrarum genera duo eſſe manifeſtum eſt, alterū antiquius, tam à Græcis, quàm à Latinis uſurpatū, quod ſolâ carminum varietate conſtabat, comœdiæ penè par, niſi plus habuiſſet laſciviæ. Hujus ſatyræ ſcriptores fuerunt Demetrius ex Tharſo poeta ſatyricus, *ut auctor eſt Laërtius*, & Menippus ſervus, *ſicut Apuleius & Gellius oſtendunt*, cujus libros M. Varro in Satyris imitatus, eas latinè Menippeas appellavit. Alterum ſatyrarum genus recentius maledicum, & ad carpenda hominum vitia compoſitum, quod ſoli Latini excogitaverunt, teſte Fabio Quintiliano. Satyra quidem

Satyrici ſcriptores.

quidem tota noſtra eſt, quæ auctore Donato hinc exordiũ ſumpſit. Nã cum in veteri comœdia per priſcos poëtas non penitus ficta argumenta, ſed res geſtæ à civibus palàm tum eorum crebrò qui geſſiſſent nomine decantarentur: quod tunc nequaquam morib. hominum obfuit, cum pro ſe quiſque caveret, culpâ aut domeſtico probro ne ſpectaculo cæteris eſſet & inde ipſi poëtæ abuti licentius ſtylo & paſſim ex libidine lædere cæpiſſent plures bonos id propter, Ne quiſpiam hominum vitia amplius nominatim carperet, lege ſanxerunt. Ex hujus igitur hoc pacto veteris comœdię interitu, Satyra quam noſtri condiderunt initium habuit. Tunc autem poëtæ novam comediam invenerũt, quæ generatim ad omnes homines, qui mediocribus agũt fortunis, pertineret, & minus amaritudinis, & eadem operâ multum delectationis ſpectatoribus afferret: cujus Menãder & Philemon auctores fuere, qui omnẽ prioris comœdiæ acerbitatem mitigarunt. Ab illis noſtri poëtæ latini, Cæcilius, Nævius, Licinius, Plautus, Terentius, atque alii antiquiſſimi Comici modũ componendæ comœdiæ jucundæ pariter ac gratæ ſumpſerunt. Verùm ii, ſi Quintiliano credimus, vix levẽ Græcorum umbram conſecuti ſunt, quòd ſermo Roman° non videatur poſſe recipere illam dicendi Venerem ſolis Atticis in hoc genere linguæ conceſſam. Satyra verò à Satyris, ut Donato placet, qui illoti ſemper & petulantes dii ſunt, nomen traxit: vel à ſatyra cibi genere, quod auctore Feſto, ex variis rebus conditum erat. In hac ſatyra, *teſte Quintiliano in 10.* primus inſignem laudem adeptus Lucillius: ſed ejuſdem judicio, purus magis ac terſior fuit Horatius. Perſius juxtà, quàmvis uno libro, multum gloriæ promeruit. Sed in primis Juvenalis lepidus fuit, de quo Quintilianum, cum in 10. dixit: Sunt clari hodie quoque, & qui olim nominabuntur, intellexiſſe ferunt.

Satyræ origo.

Comici antiqui.

Satyra unde dicta.

Satyrici poetæ.

CAPUT XII.

Qui primus Hiſtoriam condiderit, de ejus utilitate: aut ſolutam orationẽ invenerit, deq; texendæ ipſius Hiſtoriæ regula.

Hiſtoria laus & utilitas.

HIſtoria, quæ tantò cæteris ſcriptis antecellit, quanto plura exempla rerũ complectitur diuturnitas temporis, quàm hominis ætas, ad vitæ inſtitutionem utiliſſima cenſenda eſt, quod, ut Cicero *de Oratore* præclarè ait, ſola ſit Teſtis temporum, Lux veritatis, Vita memoriæ, & Magiſtra vitæ: multarum enim rerum exemplis privatos viros imperio dignos reddit, Imperatores ob immortalem gloriam, ad præclara facinora impellit, milites propter laudẽ, quæ eos qui vitam egregie profuderint, comitatur, promptiores efficit ad pericula pro patria adeunda, improbos infamiæ metu à vitiis deterret. Hanc, *ut Plin. lib. 7. ait*, Cadmus Mileſius omniũ primus condidit:

Hiſtoriarũ inventores.

ſed Joſephus *in primo Antiq. volumine* rectius omninò ſentiens, cum apud Græcos duntaxat primum hiſtorias ſcripſiſſe tradit, nam Græci cum, *ut idem inquit* heri & nudiuſtertius fuerint, veriſimilius eſt, antiquiſſimos Hebræorum qui ſacros libros ſcripſerant, (Cadmus enim Mileſius, ut apud Euſebiũ colligimus, *in 10. de Præparatione Evangel.* longè poſt Moſen fuit) hiſtorias primò condidiſſe: vel Aegyptiorum aut Babyloniorum ſacerdotes ſicut ipſe Joſephus *in primo contra Appionem* ſentire videtur, ajens: Quoniam vero apud Ægyptios & Babylonios, ex longiſſimis olim temporibus, circa conſcriptiones diligẽtia fuit, quando ſacerdotibus erat injunctum, & circa eas ipſi philoſophabantur. Et deinde infert: De noſtris vero progenitoribus, quia eandem quam prædicti habuerunt in conſcriptionibus diligentiam, deſino dicere,

Hiſtoria antiquiſs.

etiam potiorem, pontificibus & prophetis hoc imperantes. Ex quo Euſebius veriſſime, ut mea fert opinio, hoc potius Moſi aſſignare videtur, *in 11. de præparat. Evãg.*

dicens: Undè ſapientiſſimus ille Moſes, qui primus cujuſq; hominis vetuſtiſſimi vitas Hebræorum conſcripſit, civilem atque in actione poſitum vivendi modum narratione hiſtoricâ docuit. Verùm nec illud profectò probabile videtur, quod idem Plinius *in ſeptimo*, & Apulejus *in Floridis* tradit, Pherecydem Syrum primū ſolutam orationem condere inſtituiſſe, tempore Cyri regis: namque quis non videt hoc potius eſſe illis tribuendum, qui primi hiſtorias ſcripſerint? quæ, uti luce clarius eſt, ſolutâ oratione conſcribuntur: quando etiam Pherecydes, ut de Ægyptiorum & Babyloniorū ſacerdotibus ſileam, qui & ipſi longe ante Græcos hiſtorias ſcriptitarunt, multò poſt Moſen fuit quē ex teſtimonio Euſebii, primū omnium hiſtoriā condidiſſe diximꝰ. Pherecydes n. Syrus, *auctore Euſebio de præparat. Evangel. volumine* 10. circiter primæ Olympiadis tempora floruit. A Moſe autem, quemadmodū ex eodem collegimus, ad Joathan Judeorum principē, cujus temporibus Olympiades cœperunt, interfuerunt anni DCC. & circiter LXXXVIII. At Strabo *in primo Geog.* nō ſolùm Pherecydi, ſed Cadmo ac Hecatæo pariter aſſignat, qui & ipſi Moſe, uti liquidò conſtat, poſteriores fuerunt. Ex philoſophis autem, *Laertio Diogene auctore*, hiſtorias primus compoſuit Xenophon de quo Quintilianus cum de hiſtoricis loquitꝛ, ait: Xenophon nō excidit mihi, ſed inter philoſophos reddendus eſt. In ea apud Græcos floruit Thucydides, Herodotus, Theopompus. Apud nos T. Livius, Criſpus Saluſtius, & pleriq; alii. A principio Romani veluti Fabius teſtatur, pro hiſtoriis, annales pontificum habebant, in quo res geſtæ per annū referebantur. De hiſtoriæ initio hæc dicere habui: nunc de componēdæ regula aliquid ſubjiciendum duximus. Prima eſt lex hiſtorico data, *teſte Cicerone de Oratore*, ne quid falſi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. ipſa autem hiſtoriæ ædificatio poſita eſt in rebus, &

Solutæ orationis initi.

Xenophon.

Græci hiſt.

Leges hiſtoriæ.

verbis: rerum enim ratio tàm temporis ordinē quàm locorum diſcriptionem poſcit: item hominum mores, vitas, conſilia, cauſas, dicta, facta, caſus, & exitus. Verborum verò ratio, orationis genus deſiderat lene, fuſum, ac purâ illuſtrique brevitate ornatum.

CAP. XIII.

De origine Rhetorices, & quibus rebus ejus ratio contineatur.

NOn dubium eſt, quin geniti protinus homines, ab ipſa rerum Natura, hoc eſt, à Deo, à quo primùm creati ſunt, ſermonem acceperint: qui mox, ut Fabius ait, ſicut in medicina cum viderent alia ſalubria, alia inſalubria ex obſervatione eorum effecerunt artē: ita cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, Rhetoricen conſtituerunt, cujus, ut Diodorus *in primo*, & poëtæ volunt, Mercurius auctor fuit, Flaccus Horatius in carmine:

Rhetorices autores

Mercuri facunde nepos Atlantis.
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti, &c.

Quàmvis *in ſexto* idem Diodor. ſibi repugnare videatur, dicens: Undè interpretis nomen aſſumpſit, non quod nominū, aut orationis, ut quidā tradunt, fuerit inventor, ſed quia diligentius, quàm cæteri, mandata referebat, niſi intelligat, ut ſui moris eſt, alibi fabulas, alibi veritatē eſſe ſecut'. Verùm Ariſt. primum Empedoclē artis inventorē fuiſſe ait. Et Quintilianus idē ferè ſentit *in tertio* ſic ſcribens: Nam primus poſt eos, quos poëtæ tradiderūt noviſſe aliqua circa Rethoricē, Empedocles dicit. Hanc, *auctore Suetonio de Claris oratoribus*, conſtat nonnunquam Romæ prohibitā eſſe exerceri: ſed cùm paulatim deinde ipſa utilis & honeſta apparuiſſet, adeò multi eam præſidii cauſâ gloriæ expetivere, ut nonnulli ex infima fortuna, in ordinem ſenatorium atq; ad ſummos honores aſpirarint.

Mercurius cur interpres dictus.

Artis

Artis autem hujus ſcriptores antiquiſſimi fuerunt Corax & Thyſias Siculi, quos Gorgias Leontinus eiuſdẽ inſulæ inſecutus eſt. Sed inter cæteros, apud Græcos longè princeps fuit ille Demoſthenes, ſicut apud nos M. Tullius Cicero lux doctrinarum fulgentiſſima, ac Romanæ eloquẽtiæ fons uberrimus. De initio Rhetorices hactenus: ſed & ejus vis atq; facultas dicatur. Ea, *auctore Cicerone de Oratore*, in quinq; dividitur partes: ut orator debeat primùm reperire quæ dicat: deinde inventa ordine diſpenſare: tum ea denique ornate orationc: poſt memoriæ mandare: & ad extremum cũ dignitate æquè ut venuſtate agere, & agendo illud, *teſte Quintiliano*, præſtare, ut delectet, doceat, moveat. Bonus enim orator delectat audientiũ animos, cùm aptè dicit: nam quod decet, ferè prodeſt atq; delectat. Deinde docet, cum exponit negotiũ, quod in controverſiam venit, & quales ſint perſonæ, inter quas illud ſit. Poſtremò movet, cum judicum affectus excitat ad favendum miſerendumvè, aut triſtes ſolvit digna riſu tempeſtivè interponẽdo, ſi id opus eſſe perſpicit. Atq; in reb. & verbis omnis fermè Rhetorices ratio continetur. Quod autem Græci oratores cauſarũ ῥήτορας, id eſt, Rhetores vocant, nos tamẽ ita diſtinguimus, ut Orator ſit, qui cauſas agit: Rhetor, qui rhetoricem profitetur: Declamator verò qui ſive alios docendi, ſive ſe exercendi gratiâ, fictam cauſam orat.

Rhetorices artis ſcriptores.

Rhetorices partes.

Vſus & finis.

Oratoris & Rhetoris differentia.

CAPUT. XIV.

Quis primus Muſicam repererit: & quantum ea valeat ad tolerandos humanæ vitæ labores.

MUſicen antiquiſſimam eſſe, poëtæ clariſſimi teſtimonio ſunt: nam Orpheus & Linus ambo diis geniti, Muſici inſignes fuerunt, cum alter eorum rudes atque agreſtes hominum animos demulceret, cantuſq; ſuavitate non feras modò, ſed ſaxa etiam, ut fabulæ tradunt ſylvaſque duceret. Horatius in poëtica arte:

Muſices antiquitas.

grammatica, tale fermè fuit, quale habuit Rhetoricè: ex obſervatione enim eorumq; in loquendo apta aut inepta erant, homines ea ipſa ad imitandum vitandũque notantes, hanc artem fecerunt, veluti oratoriam: nam grammatici pariter ac oratoris ſcientia eſt, quomodo loqui deceat, ut ex Cicerone colligere licet, cum *lib. 3. de Oratore* ait: Atque ut latinè loquamur, non ſolùm videndum eſt, ut & verba efferamus ea; quæ nemo jure reprehendat; & ea ſic & caſibus, & temporib', & genere & numero conſervemus, ut ne quid perturbatũ, ac diſcrepans, aut præpoſterum ſit, ſed etiã vocis ſonus ipſe moderandus. Iſta omnia Grammatica ſola docet. Hanc autem, *ut Laërtius libro decimo ait*: Hermippus auctor eſt Epicurum primum docuiſſe, cujus vim Plato primus ſpeculatus eſt. Roma verò, *auctore Sueto.* olim ne in uſu quidem, nedum in ullo honore fuit: inde in urbem ejus ſtudium intulit Crates Mallotes miſſus ad Senatũ ab Attalo rege, inter ſecundũ & tertium bellum Punicum, ſub ipſam Ennii mortem. Cæterum hæc omnium artium præclariſſima eſt: præbet enim iter ad cæteras capeſſendas. *Fabius*: Nec ad ullius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis perveniri poteſt. *Et alibi* Quo minus, inquit, ſunt ferendi qui hanc artem ut tenuem ac jejunam cavillant, quæ niſi oratoris futuri fundamenta fideliter jeceris, quicquid ſuperſtruxeris corruet, neceſſaria pueris, jucunda ſenibus dulcis ſecretorum comes, & quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis, quàm oſtẽtationis. Hæc ille. Illud præterea, quamobrem magnifieri debeat, facilè docet: quia ex hujuſmodi artis negligentia, in Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis, in arte Medicinæ, in Jure civili cæteriſque diſciplinis quotidie ſexcenti errores exiſtunt ineptiſſimæque interpretationes, id quod non accideret, ſi Grammaticam primùm diſcerent, qui aliquando eſſent ſeſe ad ſcribẽdum daturi, illive non ignorarent grammatici partes eſſe,

Orator Grãmaticus.

Crates Malotes.

Grammatices commendatio.

Grãmatici officium.

eſſe, ut cunctas ferè calleat artes, quando apud antiquos ſoli grammatici omnium ſcriptorum cenſores & judices fuere, qui idcirco Critici ἀπὸ τοῦ κρίνειν appellati ſunt. Igitur cum quis pingue quiddam latinè ſonare incipit, non debet ad opus aliquod ſcribendum aggredi prius, quàm Grammaticam didicerit. In hac autem olim præcelluerunt Didymus, quem Macrobius omnibus grammaticis præponit: Antonius Enipho, cujus ſcholam M. Tullius poſt forenſia negotia frequentabat: Nigidius Figulus, M. ille Varro omnium doctiſſimus: M. Valerius Probus: Palæmon illi arrogantiſſimus, multique deinde alii. Apud Græcos Ariſtarchus, Ariſtoteles, Theodotes. *Critici.* *Grāmatici illuſtres.*

CAP. VIII.

De Poëticæ artis origine, & ejus præſtantia: ibiq; locus Ciceronis in Catone emendatus.

POëtica ars multis me hercle de cauſis, reliquas antecedit diſciplinas, vel quia homines nullam penè artem aſſequi poſſunt, niſi in illam diu incubuerint, vel quod ſcientias ferè, ut Strabo *in primo Geographiæ adverſus Eratoſthenē* pulchrè demonſtrat, in ſe continet omnes: vel demū quod ex omnibus artib' quæ ab humani ingenii excellentia proficiſcuntur ſola poëtica divino furore percipič. Nā poëtæ furore afflati res omni admiratione & ſtupore dignas canunt, ſine quo, *teſte Cicerone in primo de divinatione*, Democritus negabat magnos eſſe poëtas, quippe qui, *ut idem quoque Democritus & Plato aiebant*, non arte ſed naturâ conſtant tuncque veri vates ſunt, cum inſaniunt. Horatius in Poëtica arte, *Artis Poëticæ laus.* *Poetæ.*

Ingenium miſera quia fortunat ius arte
Credit & excludit ſanos Helicone poëtas
Democritus.

Et alibi:

Natura

Græci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur. Quid Deuteronomii & Eſaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone gravius? Quid perfectius Job? quæ omnia hexametris & pentametris verſibus apud ſuos compoſita decurrunt. Non immeritò igitur hujus artis initium Hebræis acceptum referre debemus, veluti reliquarum propemodum diſciplinarum. Oracula quoq; aliorum vatum verſib. edita ſunt, quod Horatius *in poëtica* teſtatur: *Poemata ſacra.* *Oracula.*

Dicta per carmina ſortes.

Verùm Orpheus, *auctore Porphyrione*, primū poëticā illuſtravit, deinde Homerus & Heſiodus. Nos autem ſerius illam accepim⁹: nam Livius Andronicus, ut M. Tullius *in primo Tuſculanarum*, & Fabius Quintilian⁹ *in* 10. prodiderunt, fabulam primus dedit, Appio Claudio Cæci filio, M. Tuditano COSS. anno ante natum Ennium, q̃ fuit ann⁹ ab urbe condita quingenteſimus tertiuſdecim⁹. Cæterum ex ratione temporis inita à Livio, ac teſtimonio ejuſdē Ciceronis in Catone, cum LIVII ANDRONICI meminit, ſatis conſtat Marci Sempronii Tuditani id temporis collegam fuiſſe Cajum Claudium Centonem, licet exemplaria in Catone perperam habeant pro Centone Cethego, nō Appium Claudium. Ac ſic ratio temporis, cujus rei cauſâ hoc loco conſulum mentio facta eſt, conveniet, ſi ita legas; ſin minus, non item. Antea enim, velut idem M. Cicero ait, nullus honos erat poëticæ artis: quinetiam uſq; adeò probro habebatur, ut ſi quis, quēadmodum Gellius ex Catone, *libro Noctium Atticarū undecimo, capite ſecundo* teſtatur, eam rem ſtuderet, Graſſator vocaretur. *Ciceronis locus illuſtratus.*

CAP. IX.

De origine Metri: & Metrorum plura eſſe genera.

Quanquam nonnullis fortaſſe haud injuriâ accuſandus videbor, quod antea de poëticæ artis

Archilochum proprio rabies armavit iambo.
Vel à numero pedum, ut Hexametrum & Pentametrum, quæ & Elegiaca dicuntur, quorum repertor, ut ajunt ignoratur. Horatius:

Quis tamen exiguos elegos immiſerit auctor,
Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

Bucolicum carmẽ, *auctore Diodoro in 5.* Daphnis Mercurii filius excogitavit: & ſic alii alia metra adinvenerunt, quæ nos in præſentia ſtudio brevitatis omittim⁹, metri tantùm originem prodidiſſe contenti.

CAPUT X.

De Tragœdiæ atque Comœdiæ initiis.

INitium Tragœdiæ & Comœdiæ, teſte Donato, à rebus divinis eſt factum, quibus antiqui pro fructibus vota ſolventes operam dabant: nam olim incẽſis altaribus & admoto hirco, id genus carminis quod ſacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur: auctoribus enim tragicis hircus præmium cantus proponebatur, (Horatius:

Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum.)

qui Libero patri immolabatur: quia: ut ait Varro, noxium eſt viribus animal. Unde tragœdia ἀπὸ τοῦ τράγου hoc eſt ab hirco nominata eſt: vel, ut quibuſdam placet, quòd hirco donabatur ejus carminis poeta: vel quòd uter ex hircina pelle vini plen⁹ pro præmio erat: vel à fæce quia ante uſum perſonarum ab Æſchylo repertum, mimi peruncti ora olei fæcibus fabulas agebant. Horatius in poëtica: *Tragœdia etymologia.*

Ignotum tragicæ genus inveniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canerent, agerentq́; peruncti fæcibus ora.
Poſt hunc perſonæ pallæq́; repertor honeſtæ Aeſchylus.

Tragœdias *auctore Fabio in* 10. primus in lucem protulit Aeſchylus, ſed longè clarius illuſtrarunt Sophocles atq; Euripides. Apud nos, *auctore Donato*, Livius Andronicus tragœdiam primus invenit in qua floruit *Tragœdiarum ſcriptores.*

Accius, Pacuvius, Ovidius, & Seneca. At verò nondũ coactis in urbẽ Athenienſib. cũ *ut teſtatur Varro*, juventus Attica circum vicos, villas. pagos, & compita feſtum carmen ſolenniter quæſtus gratiâ cantaret, orta eſt comœdia ἀπὸ τοῦ κωμάζειν quod eſt laſcivè agere, vel κώμων hoc eſt à comeſſatione, ſeu κώμης qui vicus eſt, & ᾠδὴ cantus, quam tamen apud Græcos, uti Donatus ſentit, dubium eſt quis invenerit primus, apud quos, ſicut infrà dicemus, duplex erat, antiqua & nova. Præcipui autem eius auctores fuerunt Ariſtophanes, Eupolis & Cratin⁹. Apud Latinos eam primus omniũ, ut Livius *ab urbe condita*, & Donatus teſtantur, reperit Livius Andronicus. In tragœdia autem heroes, duces, reges introducuntur, & eſt ſermo grandiloquus, Ovidius:

Comœdiæ etymon.

Comici.

Differentia tragœdiæ & comœdiæ.

Omne genus ſcripti gravitate tragœdia vincit.

In comœdia vero am res ferè & virginum raptus. Triſtitia tragœdiæ peculiaris eſt: propter quod Euripides, petente Archelao rege ut de ſe tragœdiam ſcriberet abnuit, & precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdiâ dignum, quoniam ſemper infœlices exitus habet, contra comœdia fœlices.

CAPUT. XI.

De origine Satyræ novæque Comœdiæ.

SAtyrarum genera duo eſſe manifeſtum eſt, alterũ antiquius, tam à Græcis, quàm à Latinis uſurpatũ, quod ſolâ carminum varietate conſtabat, comœdiæ penè par, niſi plus habuiſſet laſciviæ. Hujus ſatyræ ſcriptores fuerunt Demetrius ex Tharſo poeta ſatyricus, *ut auctor eſt Laërtius*, & Menippus ſervus, *ſicut Apuleius & Gellius oſtendunt*, cujus libros M. Varro in Satyris imitatus, eas latinè Menippeas appellavit. Alterum ſatyrarum genus recentius maledicum, & ad carpenda hominum vitia compoſitum, quod ſoli Latini excogitaverunt, teſte Fabio Quintiliano. Satyra quidem

Satyrici ſcriptores.

quidem tota noſtra eſt, quæ auctore Donato hinc exordiũ ſumpſit. Nã cum in veteri comœdia per priſcos poëtas non penitus ficta argumenta, ſed res geſtæ à civibus palàm tum eorum crebrò qui geſſiſſent nomine decantarentur: quod tunc nequaquam morib. hominum obfuit, cum pro ſe quiſque caveret, culpâ aut domeſtico probro ne ſpectaculo cæteris eſſet & inde ipſi poëtæ abuti licentius ſtylo & paſſim ex libidine lædere cæpiſſent plures bonos id propter, Ne quiſpiam hominum vitia amplius nominatim carperet, lege ſanxerunt. Ex hujus igitur hoc pacto veteris comœdię interitu, Satyra quam noſtri condiderunt initium habuit. Tunc autem poëtæ novam comediam invenerũt, quæ generatim ad omnes homines, qui mediocribus agũt fortunis, pertineret, & minus amaritudinis, & eadem operâ multum delectationis ſpectatoribus afferret: cujus Menãder & Philemon auctores fuere, qui omnẽ prioris comœdiæ acerbitatem mitigarunt. Ab illis noſtri poëtæ latini, Cæcilius, Nævius, Licinius, Plautus, Terentius, atque alii antiquiſſimi Comici modũ componendæ comœdiæ jucundæ pariter ac gratæ ſumpſerunt. Verùm ii, ſi Quintiliano credimus, vix levẽ Græcorum umbram conſecuti ſunt, quòd ſermo Roman' non videatur poſſe recipere illam dicendi Venerem ſolis Atticis in hoc genere linguæ conceſſam. Satyra verò à Satyris, ut Donato placet, qui illoti ſemper & petulantes dii ſunt, nomen traxit: vel à ſatyra cibi genere, quod auctore Feſto, ex variis rebus conditum erat. In hac ſatyra, *teſte Quintiliano in 10.* primus inſignem laudem adeptus Lucillius: ſed ejuſdem judicio, purus magis ac terſior fuit Horatius. Perſius juxtà, quàmvis uno libro, multum gloriæ promeruit. Sed inprimis Juvenalis lepidus fuit, de quo Quintilianum, cum in 10. dixit: Sunt clari hodie quoque, & qui olim nominabuntur, intellexiſſe ferunt.

Satyræ origo.

Comici antiqui.

Satyra unde dicta.

Satyrici poetæ.

CAPUT XII.

Qui primus Hiſtoriam condiderit, de ejus utilitate: aut ſolutam orationẽ invenerit, deq; texendæ ipſius Hiſtoriæ regula.

Hiſtoriæ laus & utilitas.

HIſtoria, quæ tantò cæteris ſcriptis antecellit, quanto plura exempla rerũ complectitur diuturnitas temporis, quàm hominis ætas, ad vitæ inſtitutionem utiliſſima cenſenda eſt, quod, ut Cicero *de Oratore* præclarè ait, ſola ſit Teſtis temporum, Lux veritatis, Vita memoriæ, & Magiſtra vitæ: multarum enim rerum exemplis privatos viros imperio dignos reddit, Imperatores ob immortalem gloriam, ad præclara facinora impellit, milites propter laudẽ, quæ eos qui vitam egregie profuderint, comitatur, promptiores efficit ad pericula pro patria adeunda, improbos infamiæ metu à vitiis deterret. Hanc, *ut Plin. lib. 7. ait*, Cadmus Mileſius omniũ primus condidit; ſed Joſephus *in primo Antiq. volumine* rectius omninò ſentiens, cum apud Græcos duntaxat primum hiſtorias ſcripſiſſe tradit, nam Græci cum, *ut idem inquit* heri & nudiuſtertius fuerint, veriſimilius eſt, antiquiſſimos Hebræorum qui ſacros libros ſcripſerant, (Cadmus enim Mileſius, ut apud Euſebiũ colligimus, *in 10. de Præparatione Evangel.* longè poſt Moſen fuit) hiſtorias primò condidiſſe: vel Aegyptiorum aut Babyloniorum ſacerdotes ſicut ipſe Joſephus *in primo contra Appionem* ſentire videtur, ajens: Quoniam vero apud Ægyptios & Babylonios, ex longiſſimis olim temporibus, circa conſcriptiones diligentia fuit, quando ſacerdotibus erat injunctum, & circa eas ipſi philoſophabantur. Et deinde infert: De noſtris verò progenitoribus, quia eandem quam prædicti habuerunt in conſcriptionibus diligentiam, deſino dicere, etiam potiorem, pontificibus & prophetis hoc imperantes. Ex quo Euſebius veriſſime, ut mea fert opinio, hoc potius Moſi aſſignare videtur, *in 11. de præparat. Evag.*

Hiſtoriarũ inventores.

Hiſtoria antiquiſſ.

dicens: Undè ſapientiſſimus ille Moſes, qui primus cujuſq; hominis vetuſtiſſimi vitas Hebræorum conſcripſit, civilem atque in actione poſitum vivendi modum narratione hiſtoricâ docuit. Verùm nec illud profectò probabile videtur, quod idem Plinius *in ſeptimo*, & Apulejus *in Floridis* tradit, Pherecydem Syrum primũ ſolutam orationem condere inſtituiſſe, tempore Cyri regis: namque quis non videt hoc potius eſſe illis tribuendum, qui primi hiſtorias ſcripſerint? quæ, uti luce clarius eſt, ſolutâ oratione conſcribuntur: quando etiam Pherecydes, ut de Ægyptiorum & Babyloniorũ ſacerdotibus ſileam, qui & ipſi longè ante Græcos hiſtorias ſcriptitarunt, multò poſt Moſen fuit quẽ ex teſtimonio Euſebii, primũ omnium hiſtoriã condidiſſe diximus. Pherecydes n. Syrus, *auctore Euſebio de præparat. Evangel. volumine* 10. circiter primæ Olympiadis tempora floruit. A Moſe autem, quemadmodũ ex eodem collegimus, ad Joathan Judæorum principẽ, cujus temporibus Olympiades cœperunt, interfuerunt anni DCC. & circiter LXXXVIII. At Strabo *in primo Geog.* nõ ſolùm Pherecydi, ſed Cadmo ac Hecatæo pariter aſſignat, qui & ipſi Moſe, uti liquidò conſtat, poſteriores fuerunt. Ex philoſophis autem, *Laertio Diogene auctore*, hiſtorias primus compoſuit Xenophon de quo Quintilianus cum de hiſtoricis loquitur, ait: Xenophon nõ excidit mihi, ſed inter philoſophos reddendus eſt. In ea apud Græcos floruit Thucydides, Herodotus, Theopompus. Apud nos T. Livius, Criſpus Saluſtius, & pleriq; alii. A principio Romani veluti Fabius teſtatur, pro hiſtoriis annales pontificum habebant, in quo res geſtæ per annũ referebantur. De hiſtoriæ initio hæc dicere habui: nunc de componendæ regula aliquid ſubjiciendum duximus. Prima eſt lex hiſtorico data, *teſte Cicerone de Oratore*, ne quid falſi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. ipſa autem hiſtoriæ ædificatio poſita eſt in rebus, &

Solutæ orationis initi.

Xenophon.

Græci.

Leges hiſtor.

verbis: rerum enim ratio tàm temporis ordinẽ quàm locorum diſcriptionem poſcit: item hominum mores, vitas, conſilia, cauſas, dicta, facta, caſus, & exitus. Verborum verò ratio, orationis genus deſiderat lene, fuſum, ac purâ illuſtrique brevitate ornatum.

CAP. XIII.

De origine Rhetorices, & quibus rebus ejus ratio contineatur.

NOn dubium eſt, quin geniti protinus homines, ab ipſa rerum Natura, hoc eſt, à Deo, à quo primùm creati ſunt, ſermonem acceperint: qui mox, ut Fabius ait, ſicut in medicina cum viderent alia ſalubria, alia inſalubria ex obſervatione eorum effecerunt artẽ: ita cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, Rhetoricen conſtituerunt, cujus, ut Diodorus *in primo*, & poëtæ volunt, Mercurius au- ctor fuit, Flaccus Horatius in carmine:

Rhetorices autores

Mercuri facunde nepos Atlantis.
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti, &c.

Quàmvis *in ſexto* idem Diodor. ſibi repugnare videatur, dicens: Undè interpretis nomen aſſumpſit, non quod nominũ, aut orationis, ut quidã tradunt, fuerit inventor, ſed quia diligentius, quàm cæteri, mandata referebat, niſi intelligat, ut ſui moris eſt, alibi fabulas, alibi veritatẽ eſſe ſecut⁹. Verùm Ariſt. primum Empedoclẽ artis inventorẽ fuiſſe ait. Et Quintilianus idẽ ferè ſentit *in tertio* ſic ſcribens: Nam primus poſt eos, quos poëtæ tradiderũt noviſſe aliqua circa Rethoricẽ, Empedocles dicit. Hanc, *auctore Suetonio de Claris oratoribus*, conſtat nonnunquam Romæ prohibitã eſſe exerceri: ſed cùm paulatim deinde ipſa utilis & honeſta apparuiſſet, adeò multi eam præſidii cauſâ gloriæ expetivere, ut nonnulli ex infima fortuna, in ordinem ſenatorium atq; ad ſummos honores aſpirarint.

Mercurius cur interpres dictus.

Artis

Artis autem hujus ſcriptores antiquiſſimi fuerunt Corax & Thyſias Siculi, quos Gorgias Leontinus eiuſdẽ inſulæ inſecutus eſt. Sed inter cæteros, apud Græcos longè princeps fuit ille Demoſthenes, ſicut apud nos M. Tullius Cicero lux doctrinarum fulgentiſſima, ac Romanæ eloquẽtiæ fons uberrimus. De initio Rhetorices hactenus: ſed & ejus vis atq; facultas dicatur. Ea, *auctore Cicerone de Oratore*, in quinq; dividitur partes: ut orator debeat primùm reperire quæ dicat: deinde inventa ordine diſpenſare: tum ea denique ornare orationẽ: poſt memoriæ mandare: & ad extremum cũ dignitate æquè ut venuſtate agere, & agendo illud, *teſte Quintiliano*, præſtare, ut delectet, doceat, moveat. Bonus enim orator delectat audientiũ animos, cum aptè dicit: nam quod decet, ferè prodeſt atq; delectat. Deinde docet, cum exponit negotiũ, quod in controverſiam venit, & quales ſint perſonæ, inter quas illud ſit. Poſtremò movet, cum judicum affectus excitat ad favendum miſerendumvè, aut triſtes ſolvit digna riſu tempeſtivè interponẽdo, ſi id opus eſſe perſpicit. Atq; in reb. & verbis omnis fermè Rhetorices ratio continetur. Quod autem Græci oratores cauſarũ *ῥήτορας*, id eſt, Rhetores vocant, nos tamẽ ita diſtinguimus, ut Orator ſit, qui cauſas agit: Rhetor, qui rhetoricem profitetur: Declamator verò qui ſive alios docendi, ſive ſe exercendi gratiâ, fictam cauſam orat.

Rhetorices artis ſcriptores.

Rhetorices partes.

Vſus & finis.

Oratoris & Rhetoris differentia.

CAPUT. XIV.

Quis primus Muſicam repererit: & quantum ea valeat ad tolerandos humanæ vitæ labores.

MUſicen antiquiſſimam eſſe, poëtæ clariſſimi teſtimonio ſunt: nam Orpheus & Linus ambo diis geniti, Muſici inſignes fuerunt, cum alter eorum rudes atque agreſtes hominum animos demulceret, cantuſq; ſuavitate non feras modò, ſed ſaxa etiam, ut fabulæ tradunt ſylvaſque duceret. Horatius in poëtica arte:

Muſices antiquitas.

Sylveſtres homines ſacer interpreſque deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tygres, rapidoſque leones.

Virgilius in Ecloga quarta:

Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamvis, atque huic pater adſit,
Orphei Calliopeja, Lino formoſus Apollo.

Apud quoque eoſdem auctores, inter regalia convivia, laudes deorum atq; heroum ad citharam canuntur, ut Jopas ille Vergilianus canit, errantē Lunam, Soliſq; labores. Muſices a. repertor, *teſte Plin. lib.* 7. Amphion ex Antiopa, Jovis filius fuiſſe dicitur, propter quod poëta in Bucolicis ait:

Muſices inventio.

Canto, quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Ipſe quoq; ſaxa moviſſe fertur. Horatius in poëtica:

Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis
Saxa movêre ſono teſtudinis.

Et Statius in primo Thebaidos:

Penituſque ſequar quo carmine muris
Juſſerit Amphion Tyrios accedere montes.

Sed Græci *teſte Euſebio, de præparat. Evangel. lib.* 2. Muſicæ harmoniæ inventionem Dionyſio attribuunt. Ipſe verò *in* 10. *ejuſdem operis* Zethum & Amphionem fratres, qui Cadmi temporib. fuerunt, Muſicæ repertores vocat. At Solinus hujus artis ſtudiū ex Creta manaſſe ſentit, qui inq̄t, Studium muſicum inde cœptum, cū Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehenſos in verſificum ordinem tranſtuliſſent. Polybius tamē *in* 4. hoc Arcadum majorib. aſſignat, qppe q̄ hujus rei ſemp ſtudioſi fuerint. Vocum harmonias Mercuriū adinveniſſe, Diodor' eſt auctor in primo. ἁρμονία Græci vocant, quàm nos diſſimiliū concordiam appellam'. Verū Amphionē & cæteros poſt hac huj9 rei auctores fuiſſe ratio poſcit, cū Jubal Hebræū Lamech

Harmonia.

Jubal.

filius

ſilium, qui multis ætatibus præceſſerat omnes illos qui Muſicæ inventores produntur, Joſephus *in primo antiquitatum* dicat muſicam ſtudioſè, coluiſſe & pſalterio citharáq; ceciniſſe. Hæc hactenus. Sed artis origo nihilomin⁹ in dubio verſari videt: igitur expedit, ut quæſtio ejuſmodi tandem aliquando plana fiat. Itaque natura jã inde à principio mortalibus muſicã velut muneri dediſſe videtur, quando id ad tolerandos humanæ vitæ labores plurimum valet. Siquidem homo ſtatim natus cum in cunabulis vagire incipit continuò nutriculæ cantitantis voce ſopitus dormitat: quippe infantes ſtatim plorant, quod crurum brachiorumque rectè producendorum causâ, faſciis colligantur ac ita à ſupplicio miſeram vitam vivere incipiunt. Deinde in omnibus fermè operibus modulatio aliqua rudis hominum defatigationem ſemper conſolatur, Vergilius: *Muſica naturalis.* *Muſica in le ...*

Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras.

Sic remiges incitantur, ſic arator auriga, mulio, longo inter laborem viamque ſibilo reficitur. Quid, quod non modo ii, verùmetiam eorum ſarcinaria jumenta eo cantu ſimul labore levantur? Nam aſſiduo uſu cõpertum eſt, mulos valdè delectari tintiñabulorum ſonitu: quapropter muliones multijugia tintinnabula ad illorum colla ſuſpendere ſolent, quo facilius ſarcinarum labores perferant. Eandem vim in cætera ſimiliter animalia Muſicã habere inter omnes conſtat: ita equi in bello tubarum clangore arrecti ſtare loco neſciunt, ac jam jam in certamẽ ruere ardent: ita leones ſtridore ferri maximè territant. Sed quæſo, undè ille avium concentus, quo omnis ager ſuo tempore reſonat? ecquis docuit luſciniam varios canendi modos? hæc enim avicula ſonum edit perfectâ muſicæ ſcientiâ modulatum, qui nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur, revocatur, infuſcatur ex inopinato: interdum *Muſica luſciniæ.*

dum & ſecum ipſa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus: & breviter, audire licet omnia tàm parvulis in faucibus concini, quæ tot exquiſitis tibiarũ tormentis, ut ait Plinius: ars hominum excogitavit. Hujus harmoniæ natura magiſtra eſt, quæ vel ab initio alias animantes, quibus ad ſonum quempiam vox apta eſt, muſicam docuit, quemadmodũ oſtendimus. Atque hæc vera artis origo. Cæterùm Muſicã, quàm Ægyptii, *ut Diodorus teſtis eſt*, tanquam virorum effœminatricem prohibebant juvenes perdiſcere, & Ephorus, auctore Polybio in proœmio ſuarum hiſtoriarum ad deludendos ac fallendos homines inventam tradidit, magno olim pretio æſtimatam teſtatur Fabius, qui dicit Socratem jam ſenem inſtitui lyrâ non erubuiſſe: & Cicero, qui *libro Tuſculanarum primo* ait Themiſtoclem, quòd in epulis recuſaſſet lyram, eſſe habitũ indoctiorem: & Salii, apud Romanos, qui per urbẽ verſus canebant: ſed in primis David ille magnus vates, qui divino carmine Dei myſteria canit: illud quoq; Græcorũ adagium, Indoctos à Muſis atq; Gratiis abeſſe, quod in noſtris proverbiis explanavi. Tria præterea genera ſunt ex quibus muſica conſtat: unum genus eſt, quod inſtrumentis agitur, de quo infrà dicetur: alterum, quod fingit carmina, ex quo ut poëſis pars ſit muſices, neceſſe eſt; tertium, quod inſtrumentorum opus carmenque dijudicat. Ex quo rectè ait Cicero *de Oratore, lib.* 1, Muſicam verſari in numeris, & vocibus, & modis.

Muſica prohibita. *Muſica honorata.* *Muſica triplex.*

CAPUT. XV.

Qui primùm inſtrumenta diverſi generis invenerint, & ea in Latiũ attulerint: ac quod ſit Organum & de antiquiſſimo tibiarum uſu in prœliis.

Lyra inventio.

MErcurius Majæ filius lyram omnium primus ex teſtudine feciſſe dicitur: tradunt enim cum aliquan-

aliquando Nilus ſuum egreſſus alveum totam inundaſſet Ægyptum,& poſteà intra ſuos limites regreſſus eſſet, varias animantes in campis relictas,inter eaſque remanſiſſe teſtudinem. & hanc cum ille inveniſſet,cõſumptâ jam carne,ſed ſuperſtitib⁹ nervis,& percuſſione ſonum excitaſſet, ad exemplum illius lyram compoſuiſſe. Horatius in primo Carminum.

Te canam magni Iovis, & deorum
Nuntium, curvaque lyra parentem.

Cui ex nervis trium chordarum, inſtar trium anni temporum, *auctore Diodoro Siculo*, tres inſtituit voces, Acutam, Gravem & Mediam ; acutam ab æſtate, gravẽ ab hyeme, mediam à vere ſumens: qua, *teſte Servio ſuper quarto Aeneidos*, donavit Apollinem accepto ab eo caduceo,de quo Virgilius: *Tres voces.*

Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

Quidam eam non Apollini ſed Orpheo primùm tradidiſſe ferunt: alii verò ab Apolline poſt Orpheo conceſſam volunt. Ad eam qui decantandos faciebãt verſus, Lyrici poëtæ nuncupati ſunt. Reperio inſuper (ut nihil quod attinet ad hanc rem, omittatur) ſeptem in ea chordas appoſitas, juxta numerum ſeptem Atlantidum, quòd Maja Mercurii mater ex illarum numero fuiſſet: deinde ſuperadditas duas, ut repræſentaretur unum nomen Muſarum. Hæc autẽ tantæ ſuavitatis fuiſſe perhibetur ut arbores, ſaxa, feras, veluti ſuprà dictum eſt, traxiſſe Orpheus dicatur. Mercurius præterea, *teſte Plinio libro ſeptimo*, monaulum, id eſt ſimplicem tibiam invenit. Primus autem tibias *auctore Diodoro & Euſebio*, Marſias adinvenit. Plinius verò geminas illum reperiſſe tradit. Alij hoc Apollini aſſignant,ſicut lyræ & fiſtulæ inventionem: nam ſimulachrum ejus, quod erat in Delo, habuiſſe dicitur in dexterà quidem arcum, in læva Gratias quæ ſingulæ ſingula muſicæ inſtrumenta manib. gerebant: una lyram, *Lyrici poëtæ.* *Monaulũ.* *Tibia.*

ram, altera tibias, quæ autem media erat, fiſtulam tenebat. Obliquæ tibiæ Midas in Phrygia auctor fuit. Tibiæ primò ex gruum tibiis, unde nomen habent, tum ex arundinibus factæ ſunt, cum quibus voce canere Trœzenius Dardanus inſtituit. Lydios modulos Amphion excogitavit, Dorios Thamiras Thrax, Phrygios Marſias Phryx, plures alios Terpander. Fiſtulam ut Plinius & Servius ajunt, Pan deus ruſticus invenit: nam cum Syringam Arcadiæ Nympham, *auctore Ovidio, in primo Metamor.* ardenter amaret, & illa fugiens ad Ladonem fluvium perveniſſet, & fluvio impedita non amplius fugere poſſet, imploraro aliarum Nympharum auxilio in paluſtres cannas mutata eſt: quas cum Pan excidiſſet: ex iis ad amoris ſolatium, prim⁹ ſibi fiſtulam confecit: Maro in Corydone:

Modi. *Fiſtula.*

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit.

Sunt tamen, qui hoc Appollini attribuant. Venarum pulſum in muſices pedes Herophilus primus diſcrevit, per ætatis gradus. Fiſtulam vero, quàm Græci ſyringa vocant, *teſte Euſebio in 2. de Præpar. Evang.* Cybele invenit. Citharæ, ut Plinio placet, repertor fuit Amphiō: ut aliis Orpheus: ut aliis Linus: ut verò Diodoro, Apollo, *qui libro quinto inquit*; Apollo primum citharâ ſimplici uſus eſt, Marſias verò tibiis. Sentit idem Hyginius. Septem chordas addidit Terpander. Vergilius in ſexto:

Syringa. *Cithara.*

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Octavam appoſuit Simonides, nonā Timotheus. Citharâ ſine voce primus cecinit Thamiras, cum cantu Amphion: ut alii, Linus. *Hæc ex Plinio.* At citharâ tamen longe ante, uti ſuperiore capite oſtendimus, Tubal Hebræus uſus eſt, quam omninò ab ea diſſimilem fuiſſe, quā illi invenerūt, quos commemoravimus teſtatur divus Hieronym⁹ *in epiſt. de inſtrumētis muſicis, ad Dardanum, aut quiſquis illius auctor eſt, quia de ea re am-*

Tuba.

re ambigitur, ſcribens citharam apud Hebræos viginti quatuor chordas habuiſſe factam ad formam Δ literę. David etiam ille magnus Dei vates varia inſtrumenta invenit, teſte Joſepho *in ſeptimo Antiquitatum*, qui ait: Diverſaque faciens organa docuit, ut Levitæ ſecundum ea Deo hymnos edicerent per ſabbathorũ dies, aliaſque ſolennitates. Organorum autem ſpecies hujuſmodi eſt: Canora cithara quidem decem chordis coaptata, & hæc cum plectro percutitur. Nabla verò duodecim ſonos habens, digitis tangitur, & reliqua. Hinc perſpicere licet, iſtiuſcemodi organa à Davide confecta diverſa fuiſſe à noſtris, quorum nunc uſus in templis eſt perquam frequens: quãdo illa plectro pulſabant, noſtra verò inflantur follib. undè multis meatib, quaſi cientis imparib' vox erumpit, concentumq; efficit. Quanquam Joſephus hoc loco dicens, Diverſaq; faciens organa, videtur organum pro inſtrumento quocunq; muſico ponere. Id ipſum ſentit Auguſtinus, qui inſtrumenta muſicorum cuncta, ſpeciatim excellentiora, etiam organa vocat. At auctor noſtri organi tam concinni non proditur, cum magna ejus nominis jactura, ſicut in extremo tertio libro dicetur. Sambucam item muſicũ inſtrumentum, *auctore Clemente*, Troglodytæ Africæ, *ut Solino placet*, populi invenerunt. Tubam æneam. *teſte Plinio*, Piſeus Tyrrhenus reperit: quod Diodorus *libro ſexto*, nõ Piſeo tantùm, ſed Tyrrhenis omnibus tribuit, ita ſcribens: Tyrrheni pedeſtri quoq; exercitu prævalidi tubam primã adinvenerunt, bello admodum utilem. Non eo tamẽ inficias, Diodorum in Plinii ſententiam ire: quandoquidem jure à Græcis dicitur victus Hector, quamvis à ſolo Achille interemptus fuerit. Sentit idem Vergilius *in octavo Aeneidos*, dicens:

David. *Cithara.* *Nabla.* *Organa ſacris adhibita.* *Sambuca.* *Tuba.*

Tyrrhenúſque tubâ mugire per æthera clangor.

Verùm Acron ſuper hoc Horatianum in poëtica arte,

Poſt hos, inſignis Homerus,
Dircæuſque mares animos in martia bella
Verſibus exacuit.

tradit

tradit Dircæum poëtam primùm tubam comperiſſe, quoniam is, *ut Porphyrio dicit*, primus tubæ modulos dedit, hac de cauſa. Nam cum Lacedæmonii, *auctore Iuſtino lib. 3.* bellum adverſus Meſſenios gererent, diuque extraherent dubium Martis eventum, reſponſum acceperunt ab Apolline, ſi vellent vincere, Athenienſe duce uterentur: à quibus rogati Athenienſes contumeliæ causâ ipſis Dircæum quendam claudum, luſcum, omnique ex parte corporis deformem dederunt. Uſi ſunt auxilio ejus Lacedæmonii, quibus ille cantum monſtravit tubarum, quarum inaudito territi ſono Meſſenii fugam fecerunt, adeptique ſunt victoriam Lacones. Sed in codicibus Juſtini invenio Tyrtæum per t, & t in antepenultima, ut in alterutris mendum ſit. Quidam etiam tubæ auctorem volunt Maletum, ſive Maleum dictum. Verùm quid multa? cum tubæ Inventor fuerit Moſes ille divinus Hebræorum dux, dicente Joſepho *in tertio antiquitatum*: Adinvenit autem modum tubæ ex argento factæ: quæ eſt hujuſmodi, longitudinem habens penè cubiti, eſt autem anguſta fiſtula calamo capacior, præbens latitudinem quæ conveniat ori, ad ſuſceptionem ſpiritus, & claſſico ſono vicina, quæ Hebraica lingua vocatur Aſoſtra. Hac ille. Sed haud ſcio undè de primis tubæ inventoribus tanta diſſenſio inter ſcriptores orta ſit; niſi intelligamus alios aliud tubarum genus, ſunt enim plura genera, & alibi inveniſſe. In Latium inſtrumenta muſica, *teſte Dionyſio Halicar.* Arcades primi omnium attulerunt, cum anteà fiſtulis paſtoralibus tantùm uterentur. Placet inſuper antiquum uſum tibiarum in prœliis ponere. Thucydides itaque auctor graviſſimus, tradit Lacedæmonios tibiarũ modulis in prœliis eſſe uſos: etenim cum paratæ eſſent claſſes inſtructæ acies, cœptumque iri in hoſtem, tibicines inter exercitum poſiti canere incœptabant, non voluptatis causâ, ſed ut æquali modulatoque ſenſim ingreſſu

Tuba uſus in bello.

Dircæus.

Moſes tuba Inventor.

Tuba forma.

Tibiarum uſus in prœliis.

convenientes, pugnam capeſſerent: cujus rei Polybius *libro quarto*, & Fabius *in primo*, & Plutarchus *in vite Lycurgi* meminit. Hunc morem, additis tympanis, etiam nunc noſter peditatus ſervat. Alyates quoque Lydorum rex, *auctore Herodoto libro primo*, in bello adverſus Mileſios, fiſtulatores & fidicines concinentes habuit: ſicuti memoriæ proditum eſt, Cretenſes prælia ingredi ſolitos, præcinente ac præmoderante citharâ greſſus: *auctor Gellius*. At Parthos conſueviſſe tympanorum ſonitu pugnam inire teſtatur Plutharchus *in vita Craſſi*, & Appianus Alexandrinus *in libro Parthico*. Reliqui ferè omnes, ut hodie fit, tubis in prælio utebātur. Unde Vergil. de Miſeno tubicine inquit: *Tympanũ.* *Cithara militaris.*

——Quo non praſtantior alter
Ære ciere viros: Martemque accendere cantu.

CAPUT XVI.

De origine Philoſophiæ, & de duobus ejus principiis, & quis primus invenerit Ethicē & Dialecticen, ac Dialogos introduxerit.

PHiloſophiam, quam Cicero *in Officiorum libris* ſtudium ſapientiæ vocat & *in Tuſculanis* virtutis indagatricem, atque vitiorum expultricem, à barbaris ad Græcos fluxiſſe plerique volunt, nam apud Perſas primùm Magos eorum ſapientes claruiſſe dicũt: apud Babylonios & Aſſyrios, Chaldæos: apud Indos gymnoſophiſtas, quorum ſectæ princeps, *teſte Hieronymo contra Jovinianum*, Buddas nuncupabatur: apud Britannos & Celtas, ſive Gallos, Druides: apud Phænices, Orchum: apud Thraces, Zamolſim & Orpheum: apud Libycos, Atlantem: quos omnes, *auctore Laertio*, pro ſapientibus habuerunt. Aegyptii verò Nili filium Vulcanum fuiſſe dicunt, eumq; phi- *Philoſophiæ propagatio.* *Sapientes philoſophi variarum gentium.*

loſophiæ aperuiſſe principia. Sed idem Laërtius à Græcis philoſophiam manaſſe affirmat, quoniam apud eos Muſæum & Linum primos fuiſſe ſapientes ferunt. Verùm *teſte Euſebio* primùm philoſophia ſicuti reliquæ ferè omnes diſciplinæ ab Hebræis originem duxit. Ex quo philoſophos Græcorum, qui Porphyrionis teſtimonio, amplius mille annis poſt Moſen fuere, Euſebius *in* 11. *de Præparatione Evang.* Philoſophiam à Judæis accepiſſe pleniſſimè demonſtrat, quando nec ipſius nomen philoſophiæ apud eos primùm fuit, ſed deinde: nam Pythagoras omnium primus, *Lactantio auctore in tertio* Philoſophiam, id eſt, amorem ſapientiæ, & ſe philoſophum, id eſt, amatorem ſapientiæ nominavit, dicens, ſolùm Deum ſapientem eſſe: antea enim ſophia, hoc eſt, ſapientia dicta eſt, quæ nunc Philoſophia vocatur: & qui hanc profitebantur, Sophi, id eſt, ſapientes vocitati ſunt. Philoſophiæ autem duo fuere principia: alterum, quod ab Anaximãdro Jonicum eſt appellatum, eo quòd Thales Mileſius fuerit ex Jonia, & hic Anaximandrum inſtituerit: alterum verò ex Pythagora Italicum eſt dictum: quoniam ejus auctor Pythagoras valdè multum in Italia Philoſophiæ operam dedit: Euſebius *in* 10. *de Præparatione Evang.* tertium addit, id eſt, Cleaticum, cujus Xenophanes Coloſophonius auctor dicitur. Dividunt inſuper Philoſophiam, *auctore Cicerone de Oratore*, in tres partes, in Naturæ obſcuritatem, in Differendi ſubtilitatem, in Vitam atque Mores: & primam Phyſicam, alteram Dialecticam, tertiam Ethicam Græci vocant: Quam etiam diviſionem Plato, *ut ait Euſebius*, ab Hebræis ſumpſit ſicuti ſingula ipſius Philoſophiæ præcepta. Phyſicæ proprium eſt de mundo & de his quæ ſunt in eo, diſſerere, quam ex Jonia Athenas Ar-

Philoſophia ortus.

Philoſophiæ nomen.

Principia philoſophiæ.

Partitio philoſophiæ.

Phyſica.

nas Archelaus primus importavit. Ethicæ verò, de vita moribuſque tractare, quam Socrates compe- rit: Cicero *libro quinto Tuſculanarum:* Socrates autem primus philoſophiam devocavit è cœlo, & in urbib. collocavit, & in domos etiam introduxit, & coegit de vita & morib. rebuſque bonis & malis quærere. Dialectica autem ambarum partium affert rationes, quæ à Zenone Eleate initium ſumpſit. Quā-vis, ſecundum alios, in quinque partes dividatur, in Phyſicam, Methaphyſicā, Ethicam, Mathematicam, & Logicam. Verùm nos jam fines noſtros egreſſi ſumus, non enim res definire & de ſingulis planum facere, ſed de earum initiis docere noſtri tantummodo eſt muneris: proinde ad inſtitutum opus redeamus; Dialogos, uti apud Laërtium diſcimus, Plato omnium primus introduxit, vel potius maximè omnium illuſtravit: nam Ariſtoteles *libro de poëtis primo*, illud ſcribendi genus inventum tradit ab Alexameno Scyreo, Tejóve.

Ethica.

Dialectica.

Dialogi inventio.

CAPUT XVII.

Qui primi Aſtrologiam adinvenerint, aut quorundam ſyderum curſus, & ſphæram, ventorumque rationem: atque quot illi ſint: & obſervationes ſyderum in navigando.

TErra potiſſimū ex ſyderum temperatione fructº fert uberiores, ut nos in eo proverbio demōſtravimº. Annus fructificat, nō tellus: hominūq; natura, ſi Julii Firmici, ut ita dicam, ſomniis credimus, maximè ſyderibus ſubjecta eſt: ait enim: Qui habebit horoſcopum in quarta parte Mercurii, erit ratiocinator: qui in equo, auriga: qui in ſeptima parte a-

Syderum ἐνέργεια.

rietis, gibber aut gibberoſus. Et alibi: Luna, inquit, candidos, Saturnus nigros, Mars rubicundos gignit. Et hoc ab Ægyptiis profectum dixerim: nam Herodotus de hac religione ita ſcribit: Alia inſuper ſunt ab Aegyptiis excogitata, quis menſis dieſvè, cujus deorum ſit, & quo quis die genitus, qualia ſortietur, & quam mortem obibit, & qualis exiſtet. Chaldæi verò, *teſte Diodoro libro tertio*, dicebant Planetas plurimum conferre ad bona vel mala conſequenda. Undè Hermione *apud Ovidium* ita conqueritur:

Quæ mea cæleſtes injuria fecit iniquos?
Quodq; mihi miſeræ ſydus obeſſe querar?

Hinc igitur ab hominibus ex obſervatione cœleſti inventa eſt Aſtrologia, in qua cœli converſio, ortus, obitus, motuſque ſyderum, arte quadam concluſus eſt. Hanc Aegyptii, *ut auctor eſt Diodorus*, à ſe primũ repertam aſſerunt: alii verò à Mercurio. Sed idem *libro quinto* Actinum Solis filium ad eos Aſtrologiæ notitiã traduxiſſe docet, id quod Clemens primum Chaldæis, dein ipſis Ægyptiis aſſignat. At Joſephus *in primo Antiquitatum* perſpicuè demonſtrat, Abraham primum Ægyptiis Aſtrologiam inventam à ſuis majoribus *ut infra dicemus*, tradidiſſe, cum in Aegyptum ille aufugerat, & ab his eam inde ſimulque Chaldæis, qui hujus quoque diſciplinæ auctores feruntur, ob jugem operam, quam obſervandis ſyderibus impendebant, ad Græcos fluxiſſe tradit, *in primo contra Appionẽ* dicens: Sed eos etiam qui de cœleſtibus & divinis primitus apud Græcos philoſophari, id eſt, Pherecydem Syrum & Pythagoram, & Thaletem omnes concorditer confitentur Ægyptiorum & Chaldæorum fuiſſe diſcipulos. Cæterum Plinius *libro ſeptimo* Atlantem Lybię filium Aſtrologiam inveniſſe dicit. Quapropter Poëtæ tradiderunt hunc ſuſtinere cœlum humeris. Vergilius in ſexto:

Aſtrologiã inventa.

Abraham Aſtrologus.

Chaldæi.

Atlas.

—Ubi

—Vbi cœlifer Atlas.

Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Sed idem Plinius *lib.* 6. Jovi Belo hoc adſcribit: dicens: Durat adhuc ibi Jovis Beli, templum, inventor hic fuit ſyderalis ſcientiæ. Et *in* 5. *lib.* aliter ſcribens: Ipſa gens: Phœnicum in gloria magna literarum inventionis & ſyderum. Alii volunt Aſſyrios reperiſſe: quibus tamen Servius *ſuper ſexta Ecloga Bucolicorum* ait, Prometheũ prius Aſtrologiam indicaſſe. Verùm enimverò horũ quos prodidimus, poſtea alios alibi hujus rei auctores fuiſſe ducimus, quando à primordio ſtatim Orbis, liberi Seth, Adam primi hominis filii, *teſte Joſepho auctore ſanè graviſſimo, in primo Antiquitatum*, diſciplinam rerum cœleſtium primùm invenerunt, qui ut ne dilaberentur quæ reperiſſent, neve antequàm venirent ad cognitionem deperirent, cùm prædixiſſet Adam rerum omnium futurum interitũ, duas columnas fecerunt, ex quibus una ex lateribus conſtructa erat, altera ex lapidib⁹: ut ſi lateritia ab imbribus deſtrueretur, lapidea permanens integram ſcripturam legentibus præberet. His igitur in columnis ea quæ ad obſervationem ſyderum pertinerent, inſcripſerunt. Proinde ab Hebræis ad Aegyptios & Chaldæos & deinde ad reliquos Aſtrologiam manaſſe, credere par eſt. Ac tale fuit Aſtrologiæ artis, nempe ad ſanatum mentium delirationem duntaxat excogitatæ initium. Defectus Solis & Lunæ prim⁹ Romani generis, *teſte Plinio lib.* 2. Sulpitius Gallus, apud Græcos Thales Mileſius deprehendit: Lunæ curſum, *ut idem ait*, Endymion. Sed defectum Lunæ Plutarchus Anaxagoram primum monſtraſſe dicit, *in vita Niciæ* dicens: Primus autem qui lunaris luminis atque umbræ cauſam deprehenderit, ac literis mandare auſus ſit, Anaxagoras fuit, etenim quod is antea ignotus eſſet, ex eo probat, quod cum Nicias malè geſtis rebus Siciliam deſere decreviſſet &

Columnæ liberorum Seth.

Eclipſium ob[ſervatio].

Anaxagoras.

noctu fortè Luna defeciſſet omnes milites propter rei ignorationem quanquam paulò ante Anaxagoras claruerat, turbati, malum aliquod ſibi portẽdi arbitrati ſunt. Veneris ſyderis naturã Pythagoras Samius investigavit: quod idem eſſe, quem Luciferum vocam⁹, qui ante matutinum tempus oritur & veſperum, quia poſt Solis occaſum refulget, Parmenides primus animadvertiſſe dicitur auctor Laërtius *in nono*. Sphærę *teſte Cicerone lib. Tuſculan. primo*, Archimedes Syracuſanus repertor fuit, quod Diogenes Muſæo adſcribit: Plinius verò *in 7.* Anaximandro, vel potius *ut eſt in ſecundo volumine, c. 8* Atlanti. Ventorum rationẽ Aeolus reperiſſe fertur: quod ideò proditũ eſſe duco, quia, *auctore Strabone lib. 6. & Plinio in tertio*, ex fumo inſularum propè Siciliam, in quibus ipſe Aeolus regnavit, incolæ quinam flaturi eſſent venti, triduo prædicabant: unde etiam Aeolo ventos parére exiſtimatum eſt. Ventos autẽ nonnullis placuit eſſe quatuor: ab oriente æquinoctiali Solanum, à meridie Auſtrum, ab occidente æquinoctiali Favonium, à ſeptentrione Septentrionem: ut unaquæque cœli regio ſuũ haberet ventum: ſunt enim totidem regiones, Ortus, Occaſus, Meridies, Septentrio. Ortus & occaſus mobilia atque varia, meridies verò ſeptentrioque ſtatu perpetuo permanent. Sed qui diligentius rem hãc pertractarunt, tradiderunt ventos eſſe numero octo, reliquoſque quatuor poſuerunt Eurum, Africum, Corum ſive Caurum, Aquilonẽ: & id in primis Andronicus Cyrrheſtes is Athenis, *teſte Vitruvio*, locavit turrim, & in ſingulis lateribus imagines ipſorum ventorum exſculptas, contra cujuſque flatus ſupraque metam marmoream poſuit, ac in ea Tritonem æreum dexterã manu virgam porrigentem, quem ita fabricatus eſt, ut vento circumageretur, ſtaretque ſemper contra venti flatum, virgâ interim ad ejus venti imaginẽ versâ: Eſt itaque Eurus ab oriente hyberno col-

Veneris ſydus.

Sphæra.

Ventorum ratio.

Numerus Ventorum.

Turris Andronici.

Ventorum ſitus.

locatus inter Solanum & Auſtrum: inter Auſtrum & Favonium ab occidente hyberno Africus: inter Favoniũ & Septentrionem Corus: inter Septentrionem & Solanum, Aquilo, à vehementi aquilæ volatu dictus, Græcè Boreas vocatur, ἀπὸ τοῦ βοᾶν, quod eſt clamare, quia ſonoro flatu eſt. Igitur orientales venti tres ſunt, id eſt, ut ab hyberno orientali incipiamus, Eurus, Solanus, quem quidam Vulturnum nuncupant, & Aquilo: ac totitem occidentales, Africus, Favonius, Corus. Atque ita Eurus flat adverſus Africum, Solanus adverſus *Favoniũ* Aquilo contra Corũ. Verũ Favonius clar⁹ & ſaluberrim⁹ eſt, quẽ nos à fovẽdo nominam⁹ quod genitalem habeat ſpiritũ: à Græcis Zephyr⁹ vocatur, quaſi ζωὴν φέρων, hoc eſt, vitam afferens: quemadmodũ Auſter nebuloſus & peſtifer præſertim Romæ, qui à Græcis Notus dicit̃, quibus νοτὶ humor eſt. Per hunc modum Andronicus Cyrrheſtes oſtendit, undè certi ventorum flatus ſpirarent, quem nunc ubique gentium ſervant, poſitis in ſummitate locorum pinnis æneis, per quas ventorum flatus indicentur. At quoniam ventus nihil aliud eſt, niſi aëris fluctus, & idem fluctus pro locorum natura, ali⁹ alibi concitatur, idcirco factũ eſt, ut incolę in ſuis quiſq; regionibus nomina aliquot ventis dederint, eoſque ſuos proprios habuerint, ut Scyron Athenienſium, ut Circius Narbonenſis provinciæ ut Japyx Apuliæ ventus eſt, & alii aliarum regionum. Obſervationes autem ſyderum in navigando Phœnices adinveniſſe auctor eſt Plin. *in 7. Natur. hiſtoria.*

Aquilo unde dictus.

Favonij nomen.

Zephyri etymologia.

Notus.

Ventus quid.

CAPUT XVIII.
Qui primi Geometriam, & Arithmeticam invenerint.

Nilus totius orbis fluviorum celeberrimus, à ſolſtitio æſtivo, uſque ad autumnale ęquinoctium,

Nili inũdatio.

ut Herodotus *libro 2.* & Diodorus *in 1.* teſtatur, immenſâ aquarum mole quotannis totam Aegyptum exundat: ex cujus incremento, Aegyptii vim aut penuriam futurarum frugum prævident, Aegyptus enim cũ Nilus in 12. cubitos excreſcit, famẽ ſentit: in 13, etiam non eſurit: 14. cubiti hilaritatem afferunt, 15. ſecuritatem, 16. delitias: quod juſtum fertur eſſe incrementum: maximum autem, ætate Claudii principis, fuit cubitorum 18. ſicut minimum Pharſalico bello, veluti cædem magni Pompeji prodigio quodã averſante: *auctores Plin. lib. 5. & Strab. 17.* Cùm hujuſmodi itaq; Nili inundationes agrorum confunderent, nunc minuendo, aliàs immutando, nonnunquã delendo ſigna quædam, quibus proprium ab alieno diſcerneretur, iterum atq; iterum metiri eam terram oportebat: propter quod Strabo 17. *Geogr.* & Herodot. 2. ajunt, nonnullos prodidiſſe Geometriam ab Aegyptiis primò inventam eſſe, quemadmodum arithmeticam id eſt, numeralem ſcientiam à Phœnicibus propter mercaturas. Sed Joſephus utrunq; Hebræis attribuere videtur, *in 1. Antiq.* ſic ſcribens: Illi nãq; cum eſſent religioſi, cùm & eis pabula ad majus tempus exiſterent præparata, tot annorum circulis ritè vivebant: deinde propter virtutes, quas jugiter perſcrutabantur, id eſt, Aſtrologiam & Geometriam, Deus eis amplius vivendi ſpatium condonavit. Et deinde *cùm de Abraham mentionem facit,* ſubjicit: Arithmeticam eis quoq; contulit, & quæ de Aſtrologia ſunt, ipſe quoque contradidit: nam ante adventum Abraham in Aegyptũ, hęc Aegyptii penitus ignorabant. Artẽ poſtea, *ut M. Tullius auctor eſt,* Pythagoras multũ amplificaſſe dicitur. Geometria, *teſte eodẽ Cicerone de Oratore,* verſatur in lineamẽtis, in formis, in intervallis, in magnitudinib. quæ ita ſub ſe cõtinet Geographiam, quæ ſitũ Orbis pingit, in qua floruit Strabo tempore Tiberii Cæſaris, & Ptolomæus Trajani & Antonini Imperatorum

Geometriæ inventio.

Subjectum Geometriæ.

Geographiæ auctores.

rum principatu. Apud nos Plinius abſolutiſſimè de hac re tractavit, & Solinus in Collectaneis.

CAPUT XIX.

Quis primus repererit Podera & Menſuras ac Numeros, & de vario apud gentes numerandorum annorum modo.

Videtur omninò locus exigere, ut antequam hinc digrediamur, quis pondera & menſuras ac numeros repererit, indicem⁹, cum præſertim Geometriæ atq; Arithmeticæ partes ſint, ſcriptoresq; de hac re non planè inter ſe conſentiant. Eutropius itaq; *ſtatim in principio* 1. *lib.* Sidonium menſuras & pondera eo tempore inveniſſe tradit, quo apud Albanos Procas, apud Judæos Aza, apud Hieroſolymos Hieroboā regnavit. Alii ſecundum Mercurium ex Creta, Jovis Filium comperiſſe volunt. At Plin. *lib.* 7. in primis hoc Phidoni Argivo, vel, ut Gellio placet, Palamedi aſſignat, Strabo autē *lib.* 5. Phædonē Elidenſem reperiſſe affirmat. Ex quo ita intelligendum puto, ut alii aliis primum menſuras & pondera invenerint: vel, ut Diogenes Laërtius. *lib.* 9. affirmat, Pythagoram primum adinveniſſe Græcis, & Joſeph. 1. *Antiq.* dicit, Cain Adam filium mortalium omnium, ut credere convenit, primùm hæc conſtituiſſe. Numerorum autem repertorem ſunt qui dicant Samium Pythagoram: alii non hunc, ſed alium Pythagoram Rhegynum ſculptorem: alii verò Mercurium. Livius dicit numerum putari inventum Minervæ. Modus numerandi annos apud Græcos per Olympiades fuit, qui aut per notas ſuarum literarum numerum notabant. Apud Romanos primùm per luſtrum, quod quinto quoque anno claudebatur, *de quo fuſius lib. proximo ca. 4. dicem⁹*. Deinde per clavos, q idcirco annales vocabātur, aut per Conſules, id fiebat. Clavi enim in pariete ędis Jovis ea parte qua erat templū Minervæ, in ſingulos annos figebant,

Menſurarū & ponderū inventio.

Numerorū inventores.

Annos numerandi ratio.

Clavi in æde Jovis fixi.

ut per eos numerus annorum colligeretur. Sanè lex priſcis literis ac verbis ſcripta erat, ut qui prætor maximus eſſet, Idibus Septembris clavum pangeret: nam quia raræ per ea tempora literæ erant, notæ numeri annorum clavi fuere. Minervæ autem templo ea lex dicata erat, quod numerus ejus deæ inventum ſit. Volſinii quoq; clavos numerorum indices, habuere fixos in templo Nortiæ Hetruſcæ deæ. Poſtea Conſules id officium fecere, & poſtremò ſolenne clavi figendi ad Dictatores translatum eſt. At more intermiſſo, cùm poſt longum tempus peſtilentiâ laboraretur, & ſeniorum memoriâ repetitum foret, aliquando eum morbum ſedatum fuiſſe ob clavum à Dictatore fixum, ejus rei cauſa L. Mălius Dictator dictus eſt, qui T. Pinarium magiſtrum equitum dixit. Bella ſcilicet placatio, vel potius puerorum certamē, qui ita ſolent ludere. Ecquid religionis cultuſvè in eò pangendo clavo eſſe potuit: qui parietē templi magis aperiebat, quàm claudebat? Sed ea erat illius temporis calamitas, cùm nondum ad Romanos perveniſſet Dei optimi maximi cognitio. Nos ſimiliter his ſeptem literis, C D I L M V X numerum notamus: vel aliis notis: 1 2 3 4 5 6 7 8 9. ſatis omnibus cognitis, ut nihil ſit quod reliquas ponamus, earumvè rationem explicemus.

Notæ numerorum.

CAPUT XX.

Quis primus Medicinam invenerit, & in quot ea diviſa ſit partes, ac apud quos olim non fuerit medicorum uſus.

MEdicina, quæ ſuis divinis, ut ita dicam, remediis haud dubiè mortalibus inter tot morborũ undiq; erumpentium genera verſantibus, magno ubiq; præſidio præſtòq; eſt, diu primùm inventionem ſuæ artis, nec me herculè injuriâ, aſſignavit: ipſaq; ab oraculis deorũ multifariam petita eſt. Hanc enim *teſte Diodoro*, volunt Mercurium apud Ægyptios primum

Medicinæ autores.

mùm inveniſſe: ſecundum verò veteres, Apis Ægyptiorum Rex reperit, quod alii *auctore Plin. lib. 7.* Arabo Apollinis & Babylonis filio tribuunt, alii vero ipſi Apollini. Undè ad Daphnen virginem apud Ovidium *lib. 1. Metamorph.* dicit:

Inventum medicina meum eſt, opiferq́ꝫ per orbē Dicor,
Et Oenone apud eundem:

Ipſe repertor opis vaccas paviſſe Pheræas Fertur.

Macrob. *in 1. Satur.* hujus rei veram reddens rationem, de Apolline ait: Hinc eſt, quòd eidem attribuitur medendi poteſtas: quia temperatus ſolis calor membrorum omnium fuga eſt. Clemens autem Aegyptiis omninò adſcribit: ejus verò amplificationem Aeſculapio primò Apollinis filio. Meruit & in ea arte laudē tertius Aeſculapius Arſippi & Arſinoæ filius, qui prætercætera primus *teſte Cicerone de Nat. deorum* dentis evulſionem, ac purgationem alvi inveniſſe fertur. Hāc tamen quiſquis primitus invenerit, hoc quippe pacto excogitaſſe fertur. Nam cū homines, ut Fabio Quint. placet, ſicut antea diximus, ex obſervatione rerum, ea quæ ſalubria aut inſalubria viſa ſunt, probè notaſſent, hujuſmodi artem corpora curandi gratiâ confecerunt. Atqui Corn. Celſus inventionem artis ſcienter ponit *lib. 1.* ſcribens: ſæpè cauſa apparet, ut puta lippitudinis, vulneris, neq; ex his patet medicina: quod ſi ſcientiam non ſubjicit evidens cauſa, multo minus ea poteſt ſubjicere quę in dubio eſt. Cùm igitur illa incerta incomprehenſibilisq; ſit, à certis potius & exploratis petendum eſt præſidium, id eſt, ab his quæ in ipſis curationib. experientia docuit, ſicut in cæteris omnib. artib. nam ne agricolā quidē, aut gubernatorē diſputatione, ſed uſu fieri liquet. At iſtæ cogitationes nihil ad medicinā pertinent, cū de his reb. qui diverſa ſenſerūt, non ab obſcuris cauſis, neque à naturalib⁹ actionibus, ſed ab experimentis, prout cuiq; reſponderant in perducēdo homines in eandē ſanitatem, medēdi vias traxerint. Notarunt enim, ægrorū qui ſine medicis erant,

Vſus medica artis.

Corn. Celſi loc⁹ de Medicina.

alios propter aviditatē primis diebus cibum protinus ſumpſiſſe, alios ꝓpter faſtidiū abſtinuiſſe, & levatum magis morbum eorum qui abſtinuiſſent: itemq; alios in ipſa febre aliquid ediſſe, alios paulò ante eam, alios poſt remiſſionem ejus, & optimè iis ceſſiſſe, qui poſt finem febris id feciſſent. Eadem ratione alios inter principia ſtatim uſos eſſe cibo pleniore, alios exiguo, & graviores eos factos qui ſe impleviſſent. Hæc ſimiliaque cum quotidie inciderent, diligentes homines talia animadvertentes, ad extremum perceperunt, quæ ægrotantibus utilia forent. Sic medicinam ortā inter omnes cōſtat. *Hac ille* Poſtea medicina in tres diviſa eſt partes, ut una eſſet quæ victu; altera quæ medicamētis; tertia quę manu mederetur. Primā *διαιτητικὴν*, ſecundā *φαρμακευτικὴν*, tertiam *χειρουργικὴν* Græci appellant. Ita morbi aut victu, aut medicamentis purgantur, manuvè curantur. Hujus autē partis, id eſt, Chirurgiæ inventor dicitur primus Æſculapius, quem Græci tradunt primum obligaviſſe vulnus. Sed medicina cum nulla artium, *ut Plin. ait*, inconſtantior ſit, & ſæpius mutetur, quia nulla eſt fructuoſior, longo tempore in nocte denſiſſima delituit, quā omninò ꝑditam, *teſte eodem Plin. lib. Natu. hiſt.* 29. Hippocrates genitus in Inſula Co, Aeſculapio dicata in lucem revocavit. Nam cū fuiſſet mos, *ut ait Strabo in* 8. *Geog.* liberatos morbis inſcribere in templo ejus Dei qui auxiliatus eſſet, quò poſtea ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur, & ita ex his hanc artem excerpſiſſe, qui *teſte Plin. lib.* 36. prim⁹ medendi ꝑcepta longè pòſt hominum memoriam clariſſimè condidit. Romam conſtat primū ex medicis veniſſe Poloponēſem Archagathum Lyſaniæ filium, L. Æmilio Paulo, M. Livio COSS. āno urbis D X X X V. eiq; jus Quiritū datum & tabernā in compito Acilio emptam. Is primò vulnerari⁹, inde ob ſecādi urendiq; ſævitiā carnifex appellat⁹ fuit: & cum alii accurrerent Græculi medici, iidemque

Partes Medicinæ.

Chirurgia.

Medicina reſtituta.

Archagathus medicus.

idemque facerent, omnes ſimul cum ſua medicinâ in tædiũ venerunt. Quare à M. Catone Cenſorio reprobati, Urbe & Italiâ pulſi ſunt: de quibus ipſe Cato ad filium in hunc modum ſcripſit: Dicam de iſtis alio loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeã, & quod bonũ ſit illorum literas aſpicere, nõ perdiſcere. Vincam nequiſſimũ & indocile genus illorum, & hoc puta vatem dixiſſe. Quãdocunq; iſta gẽs ſuas literas dabit, omnia corrũpet, tunc etiã magis, ſi medicos ſuos huc mittet. Jurarũt inter ſe, barbaros necare omnes medicinâ, ſed hoc ipſum mercede faciunt, ut fides his ſit & facilè diſperdant. Nos quoq; dictitant barbaros & ſpurios, noſq; magis quàm alios opicos appellatione fœdant. Plin. etiam de hujuſmodi carnificibus (ſunt enim & medici peritiſſimi, unicũ profectò adverſus tot morborũ genera, hominibꝰ ſubſidiũ) *in fronte 29. libri* ait. Nec dubium eſt, omnes iſtos famã novitate aliquâ aucupantes, animas ſtatim noſtras negotiari. Hinc illę circa ęgros miſerę ſententiarũ cõcertationes, nullo idẽ cẽſente, ne videatur aſſertio alterius. Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio. Turbâ ſe medicorũ periſſe. Et *paulò inferius* ſubdit: Nulla præterea lex, quæ puniat inſcitiam capitalẽ, nullum exemplũ vindictæ, diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agũt, medicoq; tantùm hominẽ occidiſſe, ſumma impunitas eſt, &c. Atq; ſapienter Babylonii factitabant, *qui teſte Herodoto lib. 1. & Strabone in 16. Geogr.* medicis non utebantur: ſed ægrotos in forum efferebant, ut viri qui eos adirent conſulerent, hortarenturq; ad ea, quæ ipſi faciendo effugiſſent ſimilem morbũ, aut alium noviſſent effugiſſe, nec fas erat quempiã ægrotũ ſilentio pterire. Idẽ factitabant Baſtetani homines montani, qui id Hiſpaniæ latꝰ incolunt, quod ad Aquilonem ſpectat, & Aegyptii. Ex quo Strabo *lib. 3. Geog.* cum de Luſitanis meminit, Baſtetani, inquit, ægrotos vetuſto ritu Aegyptiorum in plateis deponunt, ut qui eo morbi genere tentati ſunt, commonefacere eos valeant. Quan-

Medicorum deſpectus.

Babyloniorũ mos in ægrotis curãdis.

Aegyptii.

quam non eundem ſemper ritum Ægyptiis fuiſſe, Herodotus docet *lib. 2.* ità ſcribens: Jã verò medicina apud eos hunc in modum diſtributa eſt, ut ſingulorum morborum ſinguli ſint medici, non plurium. Itaque omnia referta ſunt medicis, alii enim ſunt oculis curandis conſtituti, alii capiti, alii dentibus, alii aliis partibus, alii morbis occultis. In medicina verò deinde quam plurimi floruerunt, & in iis Caſſius Calpitianus, Aruncius Rubrius, Antonius Muſa Auguſto Cæſari chariſſimus: Galenus tempore Antonini Pii, & nõ longè pòſt Avicenna.

Medici varij.

CAPUT XXI.

De herbariæ & medicamentariæ atque melleæ medicinæ inventoribus: & quæ homines ab animalibus remedia didicerint.

Non dubium eſt, quin Natura herbas aut ſalutis aut voluptatis gratiâ, ut multis conſtat exemplis genuerit: nam Xanthus hiſtoriarum auctor *teſte Plin. lib. 25.* tradit occiſum draconis catulum revocatum ad vitam à parente herbâ, quam Balin vocãt. Picus itidem avis, adactum ejus cavernis cuneũ admotâ quadam herbâ exilire cogit. Quinimò Indorũ quidam, *ait Herodotus lib. 2.* herbâ tantùm victitant. Appianus etiam Alexan. ſcribit, Parthos ab Antonio fugatos cum fame premerentur, in quandam herbam incidiſſe, quam qui comederent, nihil aliarum rerum reminiſcerentur, aut intelligerent, niſi quod lapides continuè effoderent, quaſi quidpiam magni operis facturi; & ſic debacchati bilem demùm evomentes interirent. Quid demum plura? nihil non herbarum vi effici poſſet, ſi plurimarũ vires non ignorarent. Hæc itaque, *teſte Plinio,* erat antiqua medicina, cujus, *idem teſtis in 7.* repertor fuit Chiron Centaurorum juſtiſſimus, Saturni ex Phyllira filius, qui & medicamentariam

Herbarum Vis.

Medicina herbaria inventor.

riam medicinam ad vulnera, aut ulcera & hujuſmodi curanda invenit, quam tamen alii Apollini aſſignant. Ex quo ipſe apud Ovidium dicit:

—— Herbarum ſubjecta potentia nobis.

Alii verò Aeſculapio ejus filio, quem Ovid. *in 2. Metamor.* dicit medicinam hanc à Chirone didiciſſe cum illi nutriendũ Apollo pater tradidiſſet. Alii demum Samothracũ filiis, *teſte Euſebio*, adſcribunt. Verum Chironē ideò fortaſſe dixerũt hanc primũ comperiſſe, q̃a *ut Plin. ait lib. 25. cap. 4.* herbã Centaureã reperit, quã, ſicut idem teſtatur, curat⁹ dicitur à vulnere pedis inflicto ex lapſu im̃proviſo ſagittæ Herculis ex ſuis manib⁹ illitæ veneno hydræ. Nam Chiron cũ attrectaret arma Herculis, quem receperat hoſpitio, ſagitta in ejus pedem decidit. Ovid. *in 5. Faſt.* *Centaurea* *Chiron.*

Dumque ſenex tractat ſqualentia tela venenis,
Excidit, & lævo fixa ſagitta pede.

Ovidius tamen eum ex hoc vulnere periiſſe ſentit, ita ſcribens:

Nona dies aderat, cum tu juſtiſſime Chiron,
Bis ſeptem ſtellis corpore cinctus eras.

At medicamentorũ, quib. morbi curãtur, usũ Cels⁹ *in principio lib. 5.* dicit antiquiſſimũ eſſe: auctorẽ tamẽ nõ ponit, ſed tradit Aſclepiadem medicũ peritiſſimũ magna ex parte eum uſum ſuſtuliſſe, quod omnia medicamina & mali ſucci ſint & ſtomachũ lædant: & definit omnes medicinæ partes ita an̄exas eſſe, ut ſeparari nequeant, ac ideo medicinã quę victu curat, aliquãdo adhibere medicamentũ, & eam quæ medicaminib. purgat, rationẽ vict⁹ atq; hoc pacto ſanitatẽ aut cõſervari amiſsãvè recuperari. Ad herbas revertor. Et ſic alii alias herbas invenerũt, ut Mercuri⁹ moly, Achilles achilleã, Æſculapi⁹ panacẽ, cõpluresq; alias, quod admodũ longum eſſet, minimèque neceſſarium perſequi, cumpræſertim Plinius illud ipſum diſertiſſimè prodat. Medicinam verò ex melle, *teſte Plinio*, Sol Oceani filius invenit. Animalia præterea quædam (mirum *Medicamẽtorum uſus.* *Herbarum quarundam inventio.*

quàm multa à beſtiis homo didicerit) nonnullas herbas atque remedia commonſtrarunt: quæ homini poſtea uſui forent: nam dictamnum herbam ad extrahēdas ſagittas utilem, cervi hominib. monſtravere, percuſſi eo telo paſtuque ejus herbæ ejecto, id quod Cicero *in ſecundo de Natura deorum* feris capris adſcribit. Iidem cervi percuſſi à phalangio, quod eſt aranei genus, aut aliquod ſimile, cancros edendo ſibi medentur, Chelidoniam viſui ſaluberrimā hirundines docuere, vexatis pullorum oculis illa medentes, id quod Cornelius Celſus *libro ſexto*, naturæ ejus avis, non herbæ aſſignat, ita ſcribens: Si extrinſecus ictus oculum lædat, ut ſanguis in eo ſuffundatur, nihil commodius eſt, quàm ſanguine vel columbæ, vel palumbi, vel hirundinis inungere. Neque id ſine cauſa fit, cum horum acies extrinſecus læſa, interpoſito tempore in antiquum ſtatum redeat, celerrimeque hirundinis. Undè etiam locus fabulæ factus eſt, per parentes id herba reſtitui, quod per ſe ſaneſcit. Teſtudo cunilæ, quam bubulam vocant, paſtu; vires contra ſerpentes refovet. Hedera apri in morbis ſibi medentur. Ab Hippopotamo, id eſt, ab equo quaſi fluviatili (eſt enim animal in Nilo) medici mittere in morbis ſanguinem, quod phlebotomare vocāt didicerunt: aſſiduâ namq; is ſatietate gravedinoſus factus exit in littus, recentes arundinum cæſuras perſpeculaturus, atque ubi acutiſſimum videt ſtipitem imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat, atq; ita profluvio ſanguinis morbidum corpus exonerat, plagam verò rurſus limo obducit. Simile quiddam & avis in eadē Ægypto monſtravit quæ vocatur Ibis, ciconiæ ferè ſimilis, & ipſa quoque ſerpētium pernicies. Hæc roſtri aduncitate per eam partem ſe perluit, quà reddi ciborum onera conſuevere. Hinc clyſteris uſum medici primum didicerunt. Muſtela in anguium venatu rutâ ſibi ſalutem quærit: Ciconia origano. De herbis autem primus omnium, quos memoria

Dictāmus. *Cancri.* *Chelidoniá* *Bubula.* *Hedera.* *Phlebotomia.* *Ibis avis.* *Clyſteris uſus.*

moria novit, Orpheus accuratiſſimè ſcripſit: poſt eum Muſæus, etſi per idem temporis ambo fuiſſe dicũtur, nec non & Dioſcorides. Apud nos primũ M. Cato; deinde Pompejus Leneus Magni Pompeij libert⁹ qui exẽplaria Mithridatis regis de vi herbarũ, juſſu magni Pompeij omnia, regiâ prædâ potiti: in noſtrũ ſermonẽ tranſtulit. Quo primũ tempore Plini⁹ ſe animadvertiſſe ait, hanc ſcientiam ad Romnos perveniſſe. *Herbarum. Scriptores.*

CAPUT XXII.

Qui primus Magicam artem invenerit, & à quibus celebrata: & quis modum effugandi dæmones, aut incantationes ediderit quibus morbi ſedarentur.

Exigit locus, ut de origine Magicæ artis priùs dicatur, quàm libri finem faciamus: quandoquidem natam primùm à medicina nemo dubitat. Hæc itaque à Zoroaſtre in Perſide; *auctore Plin. lib. triceſsimo*, ut inter auctores convenit, ortum habuiſſe fertur. Juſtinus in principio ſuæ epitomes, hunc Zoroaſtrem qui magicam artem reperit, Bactrianorum regem fuiſſe dicit, qui *teſte Euſebio de temporibus, & in 10 Prepar. Evang.* plus D C C C. ferè añis ante Trojana tempora fuit, quo etiam tempore Abraham & Ninus fuerunt, cùm ageretur annus ab orbe condito ter milleſimus, ac C L X X X V. At annos deinde poſt D C C C. & circiter X V. Troja à Græcis capta eſt, qui fuit annus orbis conditi quater milleſimus. Lactantius autem & Euſebius, malos dæmones hanc ſimul cum cæteris improbis artibus inveniſſe tradunt: quam omnium artium fraudulentiſſimam Plinius eſſe aſſerit, miraturque quomodo multis ſecũlis in toto terrarum orbe valuerit: atque id ob eam cauſam eveniſſe putat, quod ſola artium treis alias imperioſiſſimas humanæ mentis complexa in ſe unã redegerit. Quippe *Zoroaſtres. Magicæ artis inventores. Ars Magica ejusq; vis*

à medicina primò, ut dictum eſt, manavit, ac ſpecie ſalutari irrepſit ſanctior quàm medicina: ita deſideratiſſimis promiſſis addidit vires religionis, ad quam maxime alligantur hominum mentes: poſthæc miſcuit mathematicas artes nullo non avido de ſe futura ſciendi, atque ea è cœlo veriſſimè peti credente. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus, triplici vinculo eo uſque adolevit, ut in magna humanarum gentium parte plurimum valuerit magnamque vim, uti poetæ teſtimonio ſunt, ſemper habuerit. Nam Virgilius *in Damone* de Circe ait:

Carminibus Circe ſocios mutavit Vlyſſis.

Et quemadmodum fruges aliò pellicerentur, Idem:

Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes.

Quinetiam elementa quoque concuti, & mentes hominum turbari & ſine ullo veneni hauſtu ſola carminis violentiâ homines interim putarunt. Maro:

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.

Item:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Et Ovidius *in Amor. 3. Eleg. 6.*

Carmine læſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam,
Deficiunt læſi carmine fontis aquæ.

Lucanus:

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni,
Incantata perit.

Hujus autem veneficii, quamvis per totum orbem terrarum pervaſerit, *Lucano in ſexto Pharſaliæ, & Apuleio de magia lib. 1. & 2. & Plinio in 30. auctoribus.* Theſſaliam in primis infamiâ flagraſſe conſtat, quod Theſſalis nihil antiquius foret quàm maleficam artẽ curioſè perdiſcere & alios vicinos populos edocere. Extabant etiam ætate Plinii, ut ipſe teſtis eſt, ejus veſtigia apud Italicas gentes in 12. tabulis. Circe etiã Circeum montem habitans juxta Cajetam ex ea arte mirandos oſtendit eventus. Ac tale eſt magiæ inventum.

Theſſali malefici.

Circe.

De

De hac quis ſcripſerit, non planè compertū habemus. Plin. *lib.* 30. dicit, Hoſtanem de ea primum commentatum eſſe, atque Pythagoram, Empedoclem, Democritum & Platonem, ad hanc diſcendam navigaſſe, hāc reverſos prædicaſſe, & in arcanis habuiſſe, ſed præſertim Democritum: undè magiam Democrito, medicinam eadem ætate, Hippocrate illuſtrante, floruiſſe approbat, circiter c c c. Urbis annum. Idem Plinius in hac parte longè poſt homines natos haud modeſtiſſimus. Eſt & alia, inquit, magices factio, à Moſe etiamnum & Joch obel Judæis pendens. Fuit autem Jochobel ipſius Moſis mater. Cæterum ex Plinii ore piaculū illud idcircò, ut arbitror, temerè prodiit, quoniam cū Deus ſigna quædam edidiſſet, quibus Hebraicus populus facile crederet, Moſen ſibi ab ipſo ducem eſſe conſtitutum, rex Pharao (ſic enim Ægyptii patriâ lingua, *teſte Joſepho in 8. Antiq.* regem nominant) hæc tanquam vana deridens, juſſit Ægyptiorū ſacerdotes eadem facere, qui ſtatim virgas in draconem verterunt. At Moſes ut humanis divina multò majora eſſe demōſtraret, virgam in terram projecit, quæ in colubrum verſa, Ægyptiorum virgas in draconem translatas repentè voravit, *Auctor Joſephus in 2. de Judaorum antiq. & Euſebius lib. 9. de Præpa. Evang.* Cum Moſes igitur hæc & plura alia diviniꝰ ageret, homines q; magis falſis quàm veris inhærent, magicâ arte fieri putabant. Modum autem effugandi dæmones, quib. ſæpè corpora humana vexantur & incantationes quibꝰ morbi ſedari ſolent, Salomon rex primus docuit *dicēte Joſepho in 8. Antiq.* Præſtitit autē Deus etiā ei, ut cōtra dæmones, artē ad utilitatē hominū ediſceret, & incantationes inſtituit, quibꝰ ægritudines ſoleāt mitigari: modū etiā conjurationū, quibꝰ obſtricti dæmones ne denuò redeant, effugant, invenit. Et quonā pacto hujuſmodi dæmones expellerent, pſpicuè demōſtrat: Vidi etenī, inqt quēdā Eleazarū de gēte noſtra, pſente Veſpaſiano,

Magica ſcriptores.

Moyſis magia divina.

Ars dæmones fugaāt.

Eleazar dæmonis incantator.

& ejus filiis & tribunis, alioque ſimul exercitu, curâtem eos qui à dæmonibus vexabantur. Modus autem medicinæ fuit hujuſmodi. Intulit naribus ejus qui à dæmone vexabatur, annulum habentẽ ſubter ſignaculum radicem à Salomone monſtratam, deinde dæmonem per nares odorantis abſtraxit, & repentè cecidit homo, poſtea conjuravit eum, juramentum objiciens Salomonis, ne ad eum denuò remearet, id eſt, cantica quæ ille compoſuit, ſuper eum dicenda volens, &c. Hodiè etiam ſacerdotes noſtri, uti videmus, ſacris quibuſdam verbis dæmones ex humanis corporibus exire cogunt, & quibus benedicunt ægrotis, ii ut plurimum bellè habent. Quam ſanè poteſtatem Chriſtus Servator noſter Apoſtolis dedit, cum apud Marcum Evangeliſtam dixit: Ite in mundũ univerſum, & prędicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. Per nomẽ meum dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, & ſi quid mortiferum biberint, non nocebit eis. Super ægrotos manus imponent, & benè habebunt. Hæc autem mihi hoc loco potiſſimum cõmemorare placuit, quo legente facilè intelligerent divina verba longè quam dæmones, aut artem Magicam, vim majorem habere.

Dæmones ejiciendi poteſtas.

CAPUT XXIII.

De origine Necromantiæ, Pyromantiæ, Aëromantiæ, Hydromantiæ, Geomantiæ, & Chiromantiæ.

Magi Perſarum.

Magi, qui Perſicâ linguâ Sapientes appellantur, apud Perſas potiſſimum, *teſte Laertio*, deorum cultui vacabant, precando illis vota & ſacrificia faciebant de eorum ſubſtantia, id eſt, vi ac natura, & genealogia diſſerebant, vitam in primis frugaliter viventes. Sed uſque eo aucta eſt eorum vanitas, ut non ſolum

ſolùm obſervatione ſyderum futura prædicére verùm artibus quibuſdam veritatis umbras habentib⁹, & rerum ac verborum maleficiis & ſcire omnia & facere poſſe profiterentur. Ab his igitur ſex magices artis ſpecies fluxerunt, Necromantia, Pyromantia, Aeromantia, Hydromantia, Geomantia atque Chiromantia: quamvis M. Varro *lib. 7. Div. in. rerum*, illas priores quatuor tantùm aſſignaverit. Eſt autem Necromantia divinatio per cadavera, ut mortuus *apud Lucan. in* 6. ſuſcitatus, eventum belli Pharſalici Sexto Pompejo prædixit. Pyromantiā vocant, quæ per ignē divinatur, dum inſpicimus, quid fulgur, quid fulmen, quidve ignea vis ſignificet, ut Tanaquil. Tarquinii priſci regis uxor, *teſte Livio ab urbe cond. & Dionyſio in* 4. videns flammam lambere Servij Tullii caput, illum Romanorum regem fore prædixit. Aëromantia divinatio per aërem, ut putà per avium volatum, guſtum, cantum, ac ventorū grandinumq; inſuetas procellas: ut ferrum, *ſicut ait Plin. lib*, 2. quo in Lucanis pluit, ſignificavit M. Craſſi in Parthis interitum: veluti quoque lapides, quibus, *auctore Livio in* 1. *de ſecundo bello Punico*, in Piceno pluiſſe nuntiatum, fuit, ſtrages illas indicarunt, quas Annibal Italiæ intulit. Hydromātia ex aqua: quemadmodum Varro prodidit puerum vidiſſe in aqua effigiem Mercurii, quæ C L. verſibus omnem Mithridatici belli pronunciavit eventū. Geomantia divinatio per terrarum hiatus. Chiromantia, divinatio per linearum manuum inſpectionem. Juvenal. ſaty. 6.

Magica artis ſpecies.

Necromantia.

Pyromantia.

Aëromantia.

Hydromantia.

Geomantia.

Chiromantia.

Frontemq; manumq; præbebit vati.

Quæ omnia ſuperſtitioſa ſunt, atque omninò ridicula nam illis qui ea exercent, egeſtas ſemper imperat, qui, ut M. Tullius *lib. 1. de Divinat. prope finem*, ait, ſibi ſemitam non ſapiunt, aliis monſtrant viam quibus divitias pollicent, ab iis drachmas ipſi petunt. Hoc igitur tanquā maleficæ ſuperſtitionis homines omnia cæ-

rumpentes, omnia inquinantes, ac propterea dignos qui malè ſemper audiant declinemus, ac potius inſectemur, ut verâ ſanctâque religione imbutos decet.

CAPUT XXIV.

De duobus Divinandi generibus, & de origine Aruſpicinæ artis, & ſortium Præneſtinarum, & quis Somniorũ interpretationẽ docuerit.

Divinandi genera. DUo ſunt, *auctore Cic. de divinatione, volumine 1.* divinandi genera, quorum unum Naturæ eſt, alterum Artis. Eſt autem Natura in iis qui non ratione aut conjecturâ obſervatis ac notatis ſignis, ſed concitatione quadam animi, aut ſoluto liberoq; motu futura præſentiunt: quod & ſomniantibus ſæpe cõtingit, & nõnunquam vaticinantibus per furorem, ut accidiſſe legimus Sibyllæ Erithrææ, & ſacerdotibus nonnullis: cujus generis oracula etiam habenda erant, *Oracula.* qualia fuerunt oracula Apollinis, aut Ammonis, aut reliquorum in quibus homines crebrò illudebantur, veluti quæ arte dæmonum humanâque fraude reddebantur. *Propheta.* Verum Prophetæ, qui divino ſpiritu, non furore lymphatico afflati erant, nunquam fallebant. Ars verò in iis eſt qui novas res conjecturâ perſequũtur & veteres obſervationes didicerunt, quæ apud priſcos *Aruſpicina.* habuit auruſpicinam, auguria, aſtrologiam & ſortes. Aruſpicina, *teſte M. Tullio libro. 1. de Divin.* apud Hetruſcos, ut illi futiliter prædicabant, primũ ortum habuit: nam *ut idem in 2. de Divin. ait* aranti cuidam in *Tages.* agro Tarquinienſi & ſulcum altius imprimenti, ſubitò è terra extitit quidam, qui Tages appellatus, facie quidem puerili, ſed ſenili prudẽtiâ à quo univerſa Hetru- *Aruſpicinæ nomen.* ria aruſpicinam edocta eſt, quæ ab ara & inſpiciendo ſibi nomen vendicavit. Sed Plin. *lib.* 7. aruſpicii inventionem cuidam Delpho tribuit, ſicut igniſpicii Amphiarao. Hæc a. cõtinet in ſe exta, fulgura & oſtenta:

mactatâ

mactatâ enim hoſtiâ ad aram eaq; apertâ, quomodo cor, hepar & reliqua exta ſeſe haberent inſpiciebãt, ex eorumque habitu atque colore futura conjectabant, ut, quo die primum in ſella aurea ſedit Cęſar, in bove quem immolavit, cor non apparuit, *Cicero & Appianus Alexand. libro 2. de bellis civilibus auctores.* Ex quo futuram infelicitatem prædixerunt Aruſpices. Oſtenta autem ſunt, quæ præter naturam evenientia, futurum aliquid ſignificant: ut cum in exercitu Xerxis, *auctore Herod. libro hiſtoriarum 7.* in Europam trajecto equa bellicoſiſſimum animal leporem timidiſſimam feram peperit, quod fertur portendiſſe tantum exercitum fugam moliturum. Hæc verò, *ut Cicero inquit*, quia oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur. Tertia pars Aruſpicinæ, in fulmine, & in fulgure & tonitru conſiſtit, Vergilius:

Bos corde carens.

Oſtenta.

Equa leporem pariẽs.

De cælo tactas memini prædicere quercus.

Hæc omnia ſub Aruſpicina ſunt: nam idem Cice. ait: Sed quoniã de extis & de fulguribus ſatis eſt diſputatum, oſtenta reſtant, ut tota Aruſpicina ſit pertractata. Atque hæc eſt Aruſpicina, quam qui exercent, tum Aruſpices, tum Extiſpices nuncupantur. In ſecunda autem parte ejus divinationis, quæ eſt artis: auſpicia ſive auguria ponuntur. Auſpicia quę ab avibus inſpiciendis, ſicut auguria ab avium guſtu, vel garritu dicũtur, Tireſiam Thebanum inveniſſe, Plin. *in 7.* auctor eſt. Auguria verò, idem teſtis, ex avibus Caras, à quo Caria dicta eſt, reperit: ex cæteris verò animalibus adjecit Orpheus. Verùm hujuſcemodi augurandi artẽ quidam à Chaldæis ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mopſus, Chalchas, ſumi augures fuerũt, à Græcis, ad Hetruſcos, ab Hetruſcis ad latinos veniſſe volũt. In avib. a. tria erant divinandi genera: aliæ n. aves volatu, ut præpetes, quarũ volatũ Phryges *teſte Clemente*, primi obſervaverũt. aliç cãtu, oſcines aliç guſtu futura pdicebãt.

Auſpicia & Auguria.

Augurandi ars.

Soliſtima tripudia.

Tertium genus ex tripudio ſoliſtimo futura indicabat. Porrò ſoliſtima tripudia ducebantur auguria, quę fiebant quoties offa quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in ſolum, ac ita à ſolo ſoliſtimum vocamus. Sed hæc augurandi ars quanti facięda ſit, Moſſolamus Judęos, vir equidem ſapientiſſimus, perſpicuè demõſtravit. Is enim *ſicut Joſephus in 1. Antiq. contra Appionem ex Hecatæo tradit*, cum in bello eſſet & vates quidam dum iter facerent, ſtatim juſſiſſet omnes eaten' conſiſtere, quoad ex ave, quæ in proximo erat, augurium ageret, tacitus ſumpto raptim arcu, ac emiſſis ſagittis, avem interemit: ac vati & nonnullis aliis id iniquo animo ferentibus, Quid furitis, inquit, mali dæmones? hæc enim avis ſuæ ipſius ſalutis neſciens, noſtri itineris eventũ nobis potuit prædicere? ſi enim præſcire futura potuiſſet, in hunc locum nequaquam veniſſet, metuens ut ſagittis à Moſſolamo Judæo peteretur. Cæterùm hæc quantum olim apud omnes ferè gentes auctoritatis haberet, multis in locis teſtatur Cicero de Divinatione, præſertim in primo ſcribens: Quis rex unquam fuit, quis populus, qui non uteretur prædictione divina, neque ſolum in pace ſed in bello? & reliqua. Sed Romani in primis uſi ſunt, eodem dicente. Omitto noſtros, qui nihil in bello ſine extis agunt nihil ſine auſpiciis domi habent. Hæc ille. Apud eos inſuper, *ut Livius, Dionyſius, & Feneſtella teſtimonio ſunt*, ſummâ religione augurum collegium colebatur, quorum jus in Romana republica Cicero *in 2. de Legib.* maximum & præſtantiſſimũ appellat. Quid quod augur, *ut ait Plutarchus in Problematis*, ob nullũ maleficium ſacerdotio privabatur? quia non honoris & magiſtratus, ſed ſcientiæ & artis nomen eſt augur. Divinabant etiam per ſortes, quas in Latio Numerius Suffuſius *teſte M. Tullio in ſecundo de Divinat.* primus invenit apud Præneſtinos, ſculptas in robore literarũ priſcarum notis, quæ fortunæ monitu, pueri manu miſcebant.

Moſſolamus Judæus.

Augurandi ars apud Romanos.

Augures Romani.

Divinatio per ſortes.

miſcebantur atque ducebantur: de quib[9] etiam Tranquillus *in Tiberio* meminit. Somniorum interpretationem *auctore Plin. in 7.* Amphyction primus docuit, quod Trogus Joſeph Jacob filio attribuit, quem omninò peritiſſime ſomnia eſſe interpretatū Joſephus 2. Antiq. idem affirmat. Clemens verò Telmeſſinis aſſignat. Sed hæc omnia fallaciis inventa ſunt, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem, vel ad quæſtum quādo homines qui hæc profitentur, tantum abeſt ut ulla in parte prodeſſe queant, ut etiam maximè noceant: nam ſicut Phavorinus, *teſte Gellio libro Noctium Attic.* 14. dicebat, ſi dicunt proſpera & fallunt miſer fies fruſtra expectādo: ſin adverſa dicunt,& mentiuntur, miſer fies fruſtra timendo. Si verò non proſpera reſpondēt, jam inde ex animo miſer fies antequam fato fias: ſin fœlicia ventura omninò promittunt, expectatio ſpei te adeò ſuſpenſum fatigabit, & omnem futuri gaudii fructum ſpes ipſa tibi ademerit. Præterea equid juvat, aut quid affert ad cavendum, ſcire aliquid futurum, cum id certè futurum ſit, cum tamen nullo modo prænoſci poſſit? Verg.

Somniorū interpretatio.

Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ.

Quapropter Moſes ille ſapientiſſimus, iſtiuſmodi peſtiferas artes populo ſuo vetuit, mandans ac dicens; Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia, non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini. Et per illud primum divinæ legis præceptum: Unum verum Deum colito, juxta prohibuit eaſdem: imò Deus ipſe. Quæ omnia & Servator noſter CHRISTVS procul nobis eſſe voluit, cum dixit, Serva mandata. Sed hæc alibi, cum de re Chriſtiana agetur.

Auguria prohibita.

LIBRI PRIMI FINIS.

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Juris ac Legum origine, & qui primi mortalibus leges dederint, & quæ cauſa à principio dandi fuerit.

QUanquam diſciplinarũ liberalium originem primo tantùm libro complecti, deinde autem reliquis aliarum rerum inventionem tradere ſtatueram, rei tamẽ magnitudo fecit, ut multo ſanè quam volebam, longior eſſem. In hoc itaque ſecundo lib. de Juris primum atque Legis origine commode dicam. *Jus.* Jus, *ut Paulo Juriſconſulto placet*, uno modo bonum ſemper dicitur. Lege verò nihil aptius eſt ad conditionem humanæ naturæ, dũmodo, *ut Cicero vult in tertio de legib.* pro imperio capiatur: *Legum neceſſitas.* ſine ea enim nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerũ natura omnis: nec ipſe Mund⁹ poteſt: nam & hæc Deo paret, & huic obœdiunt maria, terræq; & hominum vita juſſis ſupremæ legis obtemperat. *Definitio legis.* Eſt itidem lex, ut Chryſippus definit, divinarum humanarumq; rerũ noticia. Item recti juſſio, praviq; depulſio, donum Dei, dogma hominum ſapientum, de qua mox dicemus. *Juris diviſio.* Jus autem, quamvis plurimis modis dicatur, Ulpianus dividit in Naturale, Gentium, & Civile. *Naturale Jus.* Naturale appellat, quod nõ ſolùm humani generis propriũ eſt: ſed omniũ, quæ in terra, quæ in mari, cœloq; naſcuntur: nã in nonnullis animalibus videmus maris & fœminæ cõjunctionẽ, liberorũ procreationẽ, educationẽq; quodã jure naturę, quod *teſte M. Tullio in 1. de Legib.* in natura poſi-

poſitum eſt, & ab ea, hoc eſt, à Deo initiũ habet. Jus gentiũ, quo ſolũ homines utuntur. Civile, ut Romanorũ, Spartanorũ, Athenienſiũ, quod legibus, interpretatione duodecim tabularũ, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis principũ, & auctoritate prudentum cõſtat. Principis verò legis nõ ſcriptæ, ſed in natura poſitæ, ex qua homines deinde leges condiderunt, quæ origo ſit, & quid ipſa ſit, Cicero *in 2. de Legib.* facilè declarat, cujus ideo verba ponã: Hãc igitur, inquit, video ſapiẽtiſſimorũ fuiſſe ſententiã, legẽ neq; hominũ ingeniis excogitatã, nec ſcitũ aliquod eſſe populorum, ſed æternũ quiddam, quod univerſum mundum regeret, imperãdi prohibendiq; ſapientia. Ita principem legem illã & ultimã mentẽ eſſe dicebãt, omnia ratione aut cogẽtis, aut vetantis Dei. Ex quo illa lex, quam dii humano generi dederunt, rectè eſt laudata: eſt enim ratio menſq; ſapientis, ad jubendum, & ad detrahendum idonea. Et infra ſubdit: Orta eſt autem ſimul cum mente divina. Quamobrem lex vera atq; princeps, apta ad jubendũ, & ad vetandum, ratio eſt recta ſummi Jovis. Deinde ſuggerit, ita concludens: Eſt ergo lex juſtorum injuſtorũq; diſtinctio, ad illam antiquiſſimã & rerũ omniũ principẽ expreſſa naturã, ad quã leges hominũ dirigũtur, quæ ſupplicio improbos afficiunt: & defendunt, & tuentur bonos. Hujuſcemodi ergò legũ originẽ hoc loco prodendam cenſeo. Has itaq; leges mortalibus omnium prima dedit Ceres. Ovid. *in 15. Metamorph.*

Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.

Diodorus itidem *lib. 6.* ait: Nàm præter ab ea repertũ, frumentum, leges dedit, quibus juſtè pièq; homines vivere aſſueſcerent ex quo & Legiferam dixerunt. Herodotus etiam *in 6.* inquit: Cum in agrum Epheſium ingreſſi eſſent, ſub noctem ad urbem contendebãt, cũ illic à mulieribus ſacra legiferæ Cereris fierent. Et Verg. *in 4. Aeneidos:*

—Mactant lectas de more bidentes
Legiſera Cereri.

Idem

Gentium Jus. *Civile.* *Lex non ſcripta.* *Lex princeps.* *Ceres legifera.*

Legum latores ethnici.

Idem ſentit Plin. *lib.* 7. Cæterùm ut alii volunt. Rhadamanthus primus edidit, pòſtea alii aliis primo leges tulerunt. Draco enim primus dedit Athenienſibus, deinde Solon: Ægyptiis quintus Mercurius, aut Æthiopes quorum ipſi Ægyptii coloni dicuntur: Minos Cretenſib⁹, Lycurgus Lacedæmoniis, Tyriis, Charandes, Phoroneus Argivis, Romulus Romanis, Italis Pythagoras, *uti Dionyſio placet*, Arcades ipſis verò Arcadibus Appollo quartus. Sed ne veri Dei erga nos divini muneris imemores videamur, ipſi primùm hāc rectè beatèq; vivendi normam, ſicuti cætera omnia acceptā referre debemus quod nec Ciceronem etiā tam propè, ut monſtratum eſt, duce naturâ, ad verum accedētem latuiſſet, ſi ullam veri Dei unquam cognitionem habuiſſet: Deus enim, *auctore Joſepho lib. 3. Antiq*, leges quas deinde hominibus conſtitutas volebat, primò Moſi tradidit qui deinde primus legiſlatorum omnium quos commemoravimus, quippe quibus, *teſte Euſebio*, longè ætate ſuperior fuit, eas Hebræis dedit. Teſtis idem Joſephus *contra Appionem*. Dico igitur noſtrum legiſlatorem, quemlibet qui memorantur legiſlatorum, antiquitate præcedere, Lycurgus enim & Solon & Zaleucus Locrenus, & omnes qui apud Græcos mirabiles ſunt, novelli atque recentes, quantum ad illum comparati eſſe noſcantur, quando nec ipſum nomen legis fuiſſe olim apud Græcos agnoſcitur: teſtis Homerus eſt, qui nuſquam opere ſuo hoc uſus eſt nomine. Et *paulò inferius* addit; Nam cum ſit tempus infinitum ſi quis cū comparet aliorum legiſlatorum ætatib. hunc ultra omnes inveniet Euſebius quoque *in 10. de Præpar. Evang.* Moſen multo ante Cererē, quæ fertur prima, ut dixim⁹, leges edidiſſe, fuiſſe teſtatur. A Deo igitur, quē Cicero Jovem vocitat lex originē habet & eam mortaliū omniū prim⁹ Moſes Hebræis cōſtituit, quæ cæteris deinceps hominib. condendarū legum haud dubiè exemplar fuit. Actaeis juris

Legislator antiquiſſ. Moſes.

Legis origo.

lis juris atque legum origo. Verùm hoc loco illud diſputandum videtur, quid fuerit, quamorbem lex iſta ſcripta nõ perĩde ut altera bona, poſtremò lata ſit, quę, ut Apoſtolus Paulus ait, iram operatur, & ſexcentis, pœnis mortales obligat: contra illa prior lex quæ non ſcribitur, ſed naſcit, ac profluvio quodã naturę fonte in humanũ ingenium à primo fluit, ſine fraude, ſine dolo eſt, particeps Juſtitiæ, expers Iniquitatis. Quaꝑpter è re noſtra minus fuiſſe videtur, ut altera introducta ſit, quæ nobis malo eſt. Proinde operæ pretium eſt de origine iſtius legis ſubtilius tractare, & quia divus Ambroſius *epiſtola* 17. *ad Irenæum*, illud planè facit, eum ideo ita dicentem attendamus: Certum eſt, inquit, nõ fuiſſe legem neceſſeriam, quæ per Moſen data eſt: nã ſi naturalem legem, quàm Deus creator infudit ſingulorum pectoribus, homines ſervare potuiſſent, non fuiſſet opus eâ lege quæ innodavit magis, quam ſolvit humani generis infirmitatem. Solvit eam naturæ legem Adam, qui voluit ſibi arrogare, quod non acceperat ut eſſet ſicut ejus Creator, qui ita per inobædientiam contraxit offenſam: nam ſi non rapuiſſet imperiũ, prærogativam naturæ atque ingenitæ ſibi innocentiæ, hæredibus propriis reſervaſſet. Ergo quia lex violata eſt, ideo præſcriptum novæ legis neceſſarium fuit, ut vel partem haberet, qui totum amiſerat. Simul quia cauſa dejectionis ſuperbia fuit, debuit ea lex dari quæ eum Deo ſubjectum redderet: nam ſine iſta lege peccatũ neſciebatur, & minor erat culpa, ubi erat culpæ ignorantia. Unde Domin⁹ ait: Si nõ veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatũ non haberent: nunc a. excuſationem nõ habent. Lata eſt ergo lex, primũ, ut excuſatio tolleret. cum præſcriptũ ante non eſſet quod ꝑ ſe quiſq; caveret: deinde, ut omnes ſubjicerentur Deo. Sed dices: Lex auxit peccatũ, cœpit mihi obeſſe ſcire, verum dicis: eſt tamẽ quod conſolari poteſt tuã ſolicitudinem: quia ſi per legẽ abundavit peccatũ, per eandem abundavit & gratia, per JESUM CHRISTUM, fi-

Lex ſcripta.

Legis ſcripta cauſa & origo.

Objectio.

cut teſtificatus eſt Joannes, dicens: Ecce agnus DEI, ecce qui tollit peccatum mundi. Habes igitur legem non neceſſariam fuiſſe, ſi illam naturæ legem ſervare potuiſſemus: ſed quia non ſervavimus, idcirco iſta lex per Moſen data, facta eſt neceſſaria, ut doceret me obœdientiam, & transgreſſionis Adam ſolveret laqueũ, qui totam adſtrinxit hæreditatem, &c. Cæterùm extra tripartitam illam Juris diviſionẽ, quã Ulpianus fecit, habemus in noſtra religione Jus Pontificium, in quo multi cum memoria noſtra excellunt tum antea claruerunt, qui olim non ſine honoris præfatione nominabuntur, & in primis Theſeus Pinnius avunculus meus, quẽ nemo aut nimis valdè unquam, aut nimis ſæpe laudaverit. Fuit enim vir pontificii pariter atq; civilis Juris peritiſſim⁹, qui in præclariſſimis Italiæ civitatibus maximis honoribus functus, ubique ſummę Juſtitiæ virtutiſque omnis ſe ſpecimen præſtitit: à quo profectò haud longè abeſt Petrus Mathæus ejus frater, Juriſconſultorum conſultiſſimus.

Jus pontificium.

Theſeus. Pinnius.

CAPUT. II.

Qui Regiam, vel Popularem civitatem principiò inſtituerint, Tyrannidemque exercuerint, & Diadema vel Servitiũ invenerint: & quis Areopagitarum magiſtratum conſtituerit, aut Suffragia invenerit.

QUoniã de legis origine, ſine qua nulla Reſpublica conſiſtere poteſt proximo capite huj⁹ voluminis docuimus, porrò res ipſa poſtulat, ut priuſquã hîc digrediar, quale apud gentes regimẽ civitatis principiò fuerit, demonſtremus. Eſt igit' apud mortales, *teſte Platone libro de Regno*, trifariam diviſa reipub. adminiſtratio: una n. vocatur Monarchia, id eſt, unius imperiũ: altera Ariſtocratia, hoc eſt, optimatũ regimẽ: tertia verò Democratia, id eſt, popularis principatus quarum quæ præferenda ſit non facilè dixerim: Rex n. cui

Triplex Reipubl. forma.

Rex.

cui pro libidine omnia licet impunè agere, ac ob id nihil interdū potius eſt, quàm quod in rem ſuam eſſe videt, rarò benè imperat. Plebs etiā, cui propriū eſt nihil intelligere, aliquāto pejus. Pauci vero, id eſt, optimates, cum princeps eſſe pro ſe quisq; optet, nec ſatis cōcordes regnant. Quare Diocletianus *auctore Vopiſco*, dicere ſolitus erat: Nihil eſſe difficilius, quā bene imperare. Optimè tamē un'; optimè populos optime pauci imperāt, ſi boni ſunt. Ex quo alii aliā cōſtituerūt civitatē. Ægytii primi omniū, *teſte Plin. lib. 7.* regiū principatū habuerunt, ut qui, veluti ait Herodotus, nullo tēporis momento poterāt ſine rege vivere: apud quos primus, quod memoriæ proditū ſit, mortalium Menes regnavit, *auctores Herod. li. 2. & Diodorus in 1.* Cæterum nemo *teſte Platone in lib. de Regno*, rex creabat, niſiqui ſacerdotio præditus foret. At ſi ita uſu veniret, ut unus aliquis ꝓphanus regnum per vim adipiſceret, is poſtea ſacris initiari cogebatur, quod eſſet Rex, & Sacerdos. Diadema a. quod regiū eſt inſigne, Liberū patrē adinveniſſe, auctor Plin. *in ſeptimo*: cujus nimirū rei Diodorus veram rationē reddere videt, ajens: Mitrâ verò caput ei ligatur, ꝓpter dolores, qui fumante vino, caput aggrediunt. Popularem civitatē Attici, *ut Plin. in 7. tradit*, primi inſtituerūt: ſed idē reges etiam habuere, quorū primus fuit Cecrops Diphyes, æqualis Moſis: nā, *auctore Juſtino libro* 1. ab initio quæq; civitas & gens, rerum publicarū imperium penes reges habebat, quos ad faſtigiū hujus majeſtatis, non ambitio popularis ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat. Ex quo, *teſte Æmilio Probo in vita Ageſilai*, apud Lacedæmonios reges erant, qui nomine magis, quā imperio reges appellarent: & primus rex fuit Euryſteus, Argi. I I. Archeſtrat' I I I. Lobotes I V. Doriſtus V. Ageſilaus V I. Archela' V I I. Telechus V I I I. Alcamenes I X. & ultimus. Ninus a. *teſtis eſt idē, Juſtinus* rex Aſſyriorū primus omniū veterē gentiū more nova

Plebs. *Optimates.* *Ægypti.* *Regem creandi ratio.* *Diadema.* *Attici.* *Reges Lacedam.* *Nini potentia.*

nova imperii cupiditate mutavit: atque idem prim' omnium *ſicut ait Euſebius in 10. de Præpar. Evang.* totius Aſiæ, exceptâ Indiâ, Imperio potitus eſt. Verùm quòd Attici popularem civitatem primùm conſtituerunt, *uti Plinius prodidit*, nemo eſt qui ambigat hoc à vero valde eſſe alienum. Hebræi enim à quibus Joſephus *in 1. Antiq.* cæteras nationes originem traxiſſe pulcherrimè probat, uti ſuperius oſtendimus multis antè ſeculis, quàm aut Attici imperarent, aut Athenæ conditæ forent, regnarunt, quorum Reſpublica, *eodem Joſepho auctore libro 20. Antiquitatum*, primò quidem ſub populari poteſtate diu permanſit. Ab his proinde Democratiam primùm manaſſe rectius eſt credere, quàm ab Atticis, qui poſteriores fuerunt. Ariſtocratiã, id eſt, optimatum, Imperiũ; quale Romani poſt exactos reges diù habuerũt, qui primi conſtituerint, non facile tradiderim, ſi illud non ſit aſſignandũ Thebæis, qui, *teſte Euſebio*, temporib. Nini regis Aegyptiis imperabant, quorum dominatus *δυναστεία* dicebatur, hoc eſt, poteſtas, quòd qui potentiores nobilioreſque eſſent, iis reip. adminiſtrandę imperium daretur. Et hoc circiter annum ab orbe condito, mileſimum & C L X X X V. quo Abraham natus eſt. Poſt Theſeum tyrañum primus fuit Phalaris Agrigenti, ait Plinius *in ſeptimo*, propter quod innuere videtur Theſeum primum omnium fuiſſe tyrannum, ſecundum verò Phalaridem. Sed Nemroth ex ſtirpe Noe ortus, non multo poſt diluvium, Babylone tyrannus fuiſſe ꝓhibetur. Ita ait Joſephus *in primo Antiquitatum*: Nēroth quoque filius Chuſi permanens apud Babylonios, tyrannidem exercuit, ſicut à me primo etiam declaratum eſt. Hæc ille. Tyrannum olim vocabant bonũ dominum, ac, *teſte Trogo*, fortem. Vergilius:

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Poſtea hæc vox ad eos tranſlata eſt, qui vi quadam ac libidine dominantur, quorum lex eſt, Hoc: volo, ſic jubeo;

Reſpubl. Hebraorũ.

Ariſtocratia Romanorum.

Δυναστεία

Tyranni.

Nemroth.

Tyranni vox.

beo, ſit pro ratione voluntas: quando omnia potentiâ & voluntate metiuntur. Servitium, *teſte Plinio* Lacedæmonii invenere: quandoquidem Cleomenes Lacedæmonius, *teſte Macrobio lib. 1. Satur.* ex ſervis manumiſſis, bellatorum novem millia conſcripſit, qui quoniam in bello non necabantur, ſed vivi ſervabantur, ſervi appellati ſunt. Hi ſub corona poſtea vendebantur. Cato: Ut populus ſua opera potius ob rem benè geſtam, coronatus ſupplicatum eat, quam re malè geſtâ coronatus væneat. Reperio tamen antequam Lacedæmonii, *teſte Joſepho contra Appionem*, rerum potirentur, apud Hebræos multos fuiſſe ſervos & ejus ſervitutis originem profectam à Chanaan filio Cham, qui fuit unus ex filiis Noë: is enim treis genuit, Sem, Cham, & Japhet. Quippe Cham cum videret patrem Noë forte ebrium, humi parum honeſte jacentem, vituperavit eum apud fratres. Quare permotus ſenex, Chanaan nepotem ex filio Cham ſervitute multavit, re tum novâ ac graviſſimâ, *ut in libro Geneſ. capite 9.* eſt. Sed hic dices: Ecquid fuit, quamobrem Chanaan ob patris peccatum in ſervitutem datus fuerit, cùm juxta proverbium: filius non debeat plecti ob patris culpam? Non equidem de nihilo dubitas: id etenim factum tradunt; ut pœna Chanaan filio illata dolori eſſet patri Cham: quando ita ſolent parentes angi filiorum cruciatu. Nam cum Deus Noë pariter atque ejus filiis antea benedixiſſet, ſenex poſtea non eſt auſus in filium, etſi impium, quidquam ſtatuere, idcirco nepotem punivit, quo ejus pater filii vicem dolens sic delicti pœnas daret. Ac tale ſervitutis initium, cum inciperent homines jam molliter vivere. Forma autē manumittēdi ſervi talis apud antiquos fuit. Dominus caput aliudvè membrum ſervi tenens, ajebat: hunc hominem liberum eſſe volo: atque his dictis, eum de manu emittebat. Areopagitarum autem magiſtratū, Plutarchus à Solone conſtitutum affirmat, quod di-

Servitium.

Servitutis origo.

Chanaan in ſervitutem datus.

Manumittendi formula.

Areopagitæ. Areopagitis à Dracone nulla unquam mentio facta ſit. In eo primum Athenis capitis judicium actum eſt, *auctor Plin. libro 7.* Areopagus verò Latinè dicitur curia, *Areopagus unde dictus* ſive pagus Martis. Cauſa nominis ex judicio eſt, quo Mars, qui Græcè ἄρης vocatur, cum homicidii reus fieret, judicantibus duodecim diis in eo pago, *ut ſcribit Auguſtinus in 18. de Civitate Dei,* ſex ſententiis abſolutus eſt: ubi enim pares ſunt ſententiæ, abſolutio damnationi præponitur. Fuit inde Areopagitarum magiſtratus, uti dictum eſt, inſtitutus, quorum ſumma erat *Judicium Areopagiticum.* auctoritas. Herant judices, qui de capitalibus cauſis pronuntiabant, tantâ gravitate, tantâq; integritate, ut noctu, non interdiu, cauſas cognoſcerent, quo non dicentes, ſed dumtaxat quæ dicerentur, ſpectarent, ſecúq; *Suffragia.* ponderarent. Suffragia, quibus in deliberando judicandoq; utimur, Palamedes primus omnium reperit.

CAPUT III.

De triplici adminiſtrationis genere Romanæ civitatis: & de origine Inſignium regum, & ex qua arbore fierent magiſtratuum virgæ, atq; quis primus Cenſum inſtituerit, & de Senatorio atque Equeſtri cenſu, vel Carcerem ædificaverit: & ibidem, quid eſſet Luſtrum conditum, ac de initio Tributi imponendi.

Plinii dictum. ERGo medius fidius ſemper illam Plinii ſententiam: Poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit: tanquam omnium veriſſimã plurimi feci. Etenim ne à primordio orbis repetam, cum homines rerum ferè omnium egentes probè degebant, quot nobis florentiſſimæ civitates exemplo ſunt, quæ paucis minimiſq; contentæ, dum in illis paupertati parſimoniæque honos fuit, in dies magis imperio, moribus boniſque artibus excelluerunt. At contrà ubi divitiæ,

ubi ſacræ pecuniæ fames, ubi voluptas immigravit, tunc ire cœperunt præcipites, tunc ſenſim dominandi libido deſiderium per luxum perdendi omnia invexit: Quod Lycurgus legumlator ſapientiſſimus proſpiciens animo, nummum omnem aureum & argenteum *teſte Plutarcho*, irritum fecit: ferreoque ſolum utendum imperavit: cujus ſanctionem ut primum Lacedæmonii exceſſere, ex maximis longe minimi ſunt effecti. Sed, ut de cæteris ſileam hoc potiſſimum Romanæ ciuitati accidit: ea enim ubi Publicolas, Æmilios, Fabritios, Curios, Scipiones Scauros, paupertatis continentiæque amantiſſimos imperatores ſibi deligebat, incredibile memoratu eſt, quàm brevi creſceret, quantumque cum ipſa præclare ageretur: contrà ubi Senator cenſu legebatur, judex fiebat cenſu, magiſtratum ducemque nil magis exornabat quàm cenſus, captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſſidendo erant, adeo declinare de ſtatu ſuo cœpit, ut nunquam in aliquo poſtea cōſiſtere potuerit. Namque omne dominationis genus perpeſſa eſt: primum enim Monarchiam, hoc eſt, regium imperium habuit: nam Romulus, *auctore Floro*, ejus conditor à Marte genitus & Rhea Sylvia, primum imperium tenuit, poſt quem ſex deinde reges ſecuti ſunt, ſub quibus *teſte Livio in primo ab urbe condita* CCXIIV. annos monarchia duravit. Exin pulſo Tarquinio ſuperbo, qui regum ultimus fuit, mutatâ ciuitatis formâ, ſecuta eſt Ariſtocratia id eſt, optimatum principatus; nam pro regibus, duo Conſules, *ut Livius in ſecundo, & Dionyſius in quarto teſtatur*, creati ſunt, L. Junius Brutus, qui libertatis vindex extiterat, & L. Tarquini' collatinus: qui Conſules dicti à conſulendo, hoc eſt, provi dendo apud eos ſumma totius imperii erat, ii exercitū ductabāt, & ab eorū magiſtratu, qui annuus erat, *ut diximus*, numerus annorū notabāt. Poſt annū deinde duodecimū, vel ut nō nemo vult, octavū quā exceſſi

Civitates quid perdat

Nummus ferreus.

Romana Reſpubl. florens.

Ariſtocratia Romanorum.

Conſules.

ſunt reges, quod Livius & Feneſtella non ſatis conſta re ajunt, cum quadraginta Latinorum urbes, concitã te Octavio Manilio Tarquinii genero, conjuraſſent i Romanos, T. Largius primus Dictator creatus fuit *auctor Livius in ſecundo ob Vrbe condita.* Quod inſti tutum Dionyſius *libro quinto Antiquitatum*, putat Romanos à Græcis ſumpſiſſe apud quos Elymnetæ, tã quã dictatores Romæ, creabantur. At Licinnius al Albanis accepiſſe tradit, Carthaginenſes etiam, *aucto re Trogo*, Dictatorem habebant. Hic autem ſummu fuit in Urbe magiſtrat⁹ quippe qui habebatur in ſum mo periculo ultimum remedium. In ſex tantùm mẽ ſes, *uti Feneſtella ait*, durabat: nã eo deſignato, præte tribunatum omnes magiſtratus, *teſte Polybio volumi ne ſuarum hiſtor. 3. & Plutarch. in vita Fabij Max.* au ctoritatem ſuam amittebant: & ideo Dictator diceba tur, quod is imperaret: quia, ſic *ut idem in vita Mar celli teſtatur*, juſſa magiſtratuum edicta Romani voca bant. Item Dictator non poterat niſi à Conſule dici, neque alio tempore, niſi oriente nocte, & ſilentio, ut Livius *libro ab Vrbe cond. 8.* tradit, Attamen, teſte eo dem, *libro quarto* cum aliquando Vejentes caſtra Ro mana cepiſſent, A. Cornelius Coſſus tribunus militũ Mamercum Aemilium dictatorem dixit, quod augu res conſulti urgente neceſſitate, eam religionem exe miſſent. Poſt annum deinceps trecenteſimum alte rum, quam condita Roma erat, *velut Livius in 3. pro dit*, iterum mutata eſt forma civitatis, ab Conſulibus ad Decemviros, quemadmodum ab regibus ante ad conſules venerat, qui, uti quibuſdam placet, tertio an no depoſiti ſunt, libidine Appii Claudii, qui Virginiam, cujus ſtuprandæ amore deflagrabat, in ſervitutẽ aſſe rere voluit: qui cum pro libidine omnia agerent, offi cium ſuo commodo metientes, ac quod ex ipſorum uſu, non è Republica eſſet in primis facientes & eos ob id nonnulli Senatores, *uti inquit Feneſtella*, decem Tarquinios appellarent, videtur tunc Romæ magis

Dictator. *Elymnetæ.* *Dictatura.* *Dictatoris creatio.* *Decemviratus.* *Decem Tarquinii.*

monarchia, quam ariſtocratia fuiſſe. Hoc pacto exactis Decemviris, ad prioris formam regiminis reditũ eſt. At dein anno c c c x. conditæ Urbis, pro Conſulib. primũ Tribuni militũ creati ſunt, A. Sempronius Atracius, L. Attilius Longus, & T. Cæcilius Siculus. Democratia autẽ, id eſt, popularis principatus, ſenſim inrepſit, plebe paulatim per ſeditiones adipiſcente nobilitatis magiſtratus: primum enim C. Canulejo auctore plebeji cõnubia promiſcua cũ patritiis habere cœperunt; deinde cum Tribuni plebis quotidie magis magisque inſtarent, à patritiis tandem conceſſum eſt, ut ex plebe tribuni quoq; militum conſulari poteſtate fierent, & ita P. Licinius Calvus primus creatus eſt, anno Urbis cond. c c c l v. Deinde plebs conſulatum aſſecuta eſt, & L. Sextius Lateranus de plebe primus Conſul factus, anno Urbis cond. c c c l x x x i x. Noviſſimè obtinuit & dictaturam, ſummum in Urbe decus, primuſque ex plebe C. Martius Rutilius Dictator dictus fuit, anno ab Urbe cond. c c c x c i x. Hæc ex Livio *libro* 4. *&* 5. *&* 6. *&* 7. *ab Vrbe condita*, & Plutarcho *in Vita Camilli*. Eo denique pacto Reipublicæ adminiſtratio ex Optimatibus ad Popularem principatum venerat, ex quo noviſſimè iterum in Monarchiã, id eſt, ad unius imperium forma civitatis redacta eſt, quæ à Sylla & Mario, *teſte Appiano in primo de bellis civilibus*, cœpit, fractâ omni ſenatus poteſtate. Eam poſtea Cæſares adauxerunt, ſub quib. primùm ipſa Roma toto pacato orbe floruit, inde inſequentiũ Cæſarũ inertia contabuit, atque ad interitum devenit. Habuit igit Romana civitas primùm Monarchiam, id eſt regium imperium, ſubinde Ariſtocratiam & Democratiam, hoc eſt conſulum, dictatorum, decemvirum & tribunorum conſularium poteſtate gubernata eſt: at noviſſimè rurſus Monarchiam, id eſt, tum dictatorum, cùm Cæſarũ Tyrannidem ſæviſſimam pertulit: unde ejus virium labes facta eſt. Romanorum autem regum

Tribuni militum.

Democratia Romana.

Dictator plebejus.

Cæſares Romani.

Reipubl. Romana mutatio.

Inſignia regum Romanorum.

inſignia, hoc eſt, faſces cum ſecuribus, corona aurea, ſella eburnea, trabeæ, curules, faleræ, annuli, paludamenta, prætexta, togæ pictæ, tunicæq; palmatæ & omnia demq; decora, quib. Imperii dignitas eminebat, ex XII. Tuſciæ populis, *auctore Dionyſio in tertio, & Floro, & Strab. in 5 Geogr.* quos Tarquinius Priſcus ſubegit, originem habuere, quibus Tarquinius, *ut Dionyſio placet*, ſimulatq; id Senatus permiſit, prim⁹ uſus eſt. Quare miror Macrobiū *in 1. Satur.* ſcribere, Tullium Hoſtilium tertium Romanorum Regem debellatis Hetruſcis primum ſellam curulem, lictores, togam pictam, atq; prætextam inſtituiſſe Romæ haberi. Verum Romulus ex more XII. Hetruriæ populorum, qui ſinguli, *Livio & Dionyſio auctorib.* ſingulos regi ſtatim creato lictores dabant, antea duodecim lictores ſumpſit, cujus ſententiæ eſſe haud Livium pœnitet. Alii à numero aviū, quæ augurio regnum portenderant, eum ſecutum numerū autumant. Hi magiſtratib. miniſtrabant, faſceſq; virgarū alligatos cum ſecurib. geſtabāt. Ejuſmodi autē virgas ex betula arbore fieri cōſueviſſe, *Plin. l. 16. c. 18 Nat. hiſt.* innuere videtur, ſic ſcribens: Gaudet frigidis ſorbus, & magis etiam betula: gallica hæc arbor mirabili candore atq; tenuitate, terribilis magiſtratuū virgis. Cenſum primus omniū Ser. Tullius Rex inſtituit, rem, *Veluti Livius ait*, ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli paciſq; munia non viritim, ut antè, ſed pro poſſeſſione pecuniarum, cives obirent: quorū claſſes, id eſt, ordines quinq; deſcripſit. Prima itaq; claſſis fuit ex iis, qui centum milliū æris, aut majore cenſū haberēt, quos in octoginta centurias diviſit, in quadragenas ſeniorum, ac totidē juniorum: ſeniores ad urbis cuſtodiā ut præſtò eſſent, juniores ut foris bella gererent: arma his imperata, galea, clypeus, ocreę, lorica, tela in hoſtē, haſta, & gladius. Secunda claſſis intra centū uſq; ad quinq; & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta, & ex his ſenioribus junioribuſq; viginti conſcriptæ ſunt

Duodecim Lictores.

Faſces.

Betula arbor.

Cenſus.

Civium claſſes & centuriæ.

ſunt centuriæ, armaq; imperata præter loricam, omnia eadẽ. Tertię claſſis in quinquaginta milliũ cenſum eſſe voluit: totidẽ centuriæ ſunt conſcriptæ. In quarta claſſe, cenſus quinq; & viginti millium, totidẽ centurię factæ. Quinta claſſis undecim millib. cenſebatur. Sed jam rationẽ ineamus, qua nobis conſtet, quanti unaquaq; claſſis æſtimata ſit. Illud enim primũ ſcire licet, centũ æra (nã æs numulus erat) nõ pluris fuiſſe uno noſtro ducato, ſive coronato aureo numo, ac ita mille æra valuiſſe decem aureos. Primæ igitur claſſis cenſus æſtimatus eſt mille aureis, ſecundæ ſeptingentis & quinquaginta, tertiæ quingẽtis, quartæ ducẽtis & quinquaginta, quintæ verò centũ & decem. At maximus Servio Tullio rege cenſus, *teſte Plin. l.* 33. fuit aſſium cẽtum & decẽ milliũ; ex quibus ſumma fit mille & centum aureorũ. Et hæc, *ut ait idem Plin.* prima claſſis: adeo id temporis Romanorum opes exiguæ fuerãt, quæ poſthac immenſæ extitere, quãdo, *auctore Tranq.* cenſus ſenatori' fuit duodecies centena millia ſeſtertium nummum. Quã quidem ſummã, ut rectè putemus, notare oportet ſingula ſeſtertia valuiſſe vicenos quinos aureos, ſicut centum ſeſtertia ſummã facerent duorum millium & quingẽtorum aureorum: qua ratione colligimus cenſum ſenatorium fuiſſe ad numerum triginta millium aureorũ, & equeſtrẽ duodecim milliũ & quingentorũ h. e. cõſtitiſſe ex quingentis ſeſtertiis. Atq; talis origo & forma fuit cẽſus Rom. qui, *ut Eutropius ait*, adhuc per orbẽ terrarũ incognit' erat. Sed illud verius Moſi aſſignãdũ eſt, qui, *ut infra demonſtrabitur*, primus populũ recenſuit. Atqui cenſus agi dicitur, cum hominũ facultates recenſeatur, undè tributi imponendi ratio inita eſt: vel cum numerus civium putatur. Utrumq; teſtatur Livius *in vita ipſius Servii Tullii*. Et cũ in cẽſendo finis erat factus, luſtrum conditũ appellabatur, quod tũ Servius exercitũ omnẽ ſue, ove, taurisq; trib. luſtravit, h. e. purgavit: idq; luſtrũ quinto quoq; anno Romæ cõde-

Æris æſtimatio.

Cenſus maximus.

Seſtertia.

Cenſus quid.

Luſtrum.

batur, cum cenſores numero duo creabantur, qui cenſum agerent: is poſtea magiſtratus annuus factus, eique morum civitatis cura eſt tradita. Item cum vectigalia & tributa ſolvebantur, tum fiebat ſacrificium civitatis purgandæ causâ. Ex quo perinde Romani annos etiam per luſtrum numerabant, atque Græci per olympiades. Cæterum cum ita quinto quoque anno luſtrū condiceretur, ſunt qui putent illud fuiſſe ſpatiū quatuor annorum, argumentantes annum quo ſequens luſtrum incipiebat, dici quintum, qui eſſet primus ſequentis luſtri. Quæ ſanè ratio, ſi vera ſit, ſimiliter indicat olympiada fuiſſe ſpatium quatuor tantùm annorum, quemadmodum infrà ſuo loco demonſtrabitur. Cenſus autē agendi, & tributi ex cenſu imperandi pariter atque conferendi initium factum eſt apud Hebræos, cum de ea re Deus mandatum Moſi dederit, ita *in Exod. cap. 30.* loquens: Quando tuleris ſummā filiorum Iſraël juxta numerum, dabunt ſinguli pretiū pro animabus ſuis domino, & non erit plaga in eis, cū fuerint recenſiti. Hoc autem dabit omnis, qui tranſit ad nomen dimidium ſicli, juxta menſurā templi. Qui habetur in numero à viginti annis, & ſupra, dabit pretium. Ita tributum imperatum eſt in ſingula capita eorum, qui viginti annis majores eſſent, quique arma ferre poſſent. Siclus nummus argenteus hebraicus, quem Græci ſtaterem dicunt, *teſte Joſepho lib. 3. Antiq.* pondere erat drachmarum Atticarum quatuor: drachma verò ex ſenis obolis Atticis conſtat; atque ſic tetradrachmus ſiclus valebat quaternos & vicenos Atticos obolos, Hebraicos verò vicenos. Sed quia dicitur, juxta menſuram templi, jam ſatis liquet ſacerdotes pōderis menſuræque genus habuiſſe aliud ab eo, quod vulgus uſurparit. Atqui drachma ejuſdem eſt pōderis, ac Romanus argenteus denarius, quem Matthæus Evangeliſta *cap. 22.* numiſma cenſus vocat, cujus nota Cæſaris effigies erat: & *cap. 20.* appellat denarium diurnum,

Cenſores.

Luſtri ſpatium.

Cenſus Hebræorum.

Sicli æſtimatio.

Drachma.

urnum, quod tantùm valeret, quantum mercedis in die dari ſolet operis. Extant etiamnum iſtiuſmodi denarii Cæſarum figurâ ſignati, qui pari ſunt põdere atque nummi quos groſſos nuncupant. Ita ſcire licet drachmam Atticam à noſtris groſſum vocitari, & ſiclũ quatuor valere groſſos. Carcerem, quo cuſtodiæ continentur, ad terrorem, *teſte Livio ab Vrbe cõd.* Ancus primus ædificavit, quod Eutropius Tarquinio Superbo aſſignat: item vincula, fuſtes, compedes, catenas, & hujuſmodi ſupplicia, quibus homines afficiuntur. Atque hæc omnia à Romanis Romæ primùm inventa: nam alibi iſthæc tormentorum genera ad cruciandos homines longè ante in uſu fuiſſe, ex Joſepho & Herodoto ſatis patet. Undè cum inſtrumenta ſola ſint, quibus tyranni in primis ad ſuam tuendam dominationẽ utantur, eorum inventionem rectè Nemroth primo tyranno aſſignemus licet.

Denarius diurnus.

Carceris inſtitutio.

CAPUT IV.

Qui primi conſtituerint Annum, & quàm variũ, & qui invenerint hunc annum quo utimur, vel Menſes, atque eos diviſerint in Nonas, Idus, Calendas: ac quis excogitaverit numerum Aureum.

ETſi de prima anni obſervatione, ſtatim poſt traditam Aſtrologiæ originem dicendum erat, ad quam potiſſimum hujuſmodi ratio pertinet, non poſſunt tàmen omnia uno loco explicari: hìc proinde de anno tractabimus. Hunc Aegyptios primò inſtituiſſe, Herodotus *lib. Hiſtoriarum* 2. prodit, ita ſcribens: Quæ autem humanarum rerum ſunt, hæc ita referebant, inter ſe conſtare omnium hominum primos Ægyptios annũ comperiſſe, diſtinguentes eum in XII. temporum menſes, idque comperiſſe ex aſtris, eo ſcientius, ut mihi videtur, hoc agentes, quàm Græci:

Anni inſtitutio.

quòd Græci quidem tertio quoq; anno intercalarem menſem introducunt temporis gratiâ: Ægyptii verò tricenis diebus, quib. XII. menſes taxant, adjiciunt huic numero quotannis quinos dies, unde eis ratio circuli temporū conſtat eodē redeuntis, *Herod. hactenus.* Clemens itidem comprobat. Hujuſmodi tamen inventionem Diodor. Thebæis aſſignat *lib. 1.* Sed non

Thebai. ideo inficior Diodorum Herodoto ſuffragari, quoniā Thebæi juxta Ægyptum populi ſunt, à Thebis urbe in Ægypto, nominati, vel ut Thebani à Thebis in Bœotia: quod apud idoneos auctores obſervatū eſt: quin etiā, *ut ait Herod. in prænotato libro*, olim Thebæ Ægyptus vocabatur. At Servius *ſuper 5. Aeneid.* dicit Eudoxum primū annum deprehendiſſe, poſt quem Hipparchum, & ultimo loco, *ut infra dicemus*, Cæſarem. Laërtius autem Thaleti Mileſio aſſcribere videtur *in primo*, cum inquit: Anni tempora illorumq; viciſſitudines priorem inveniſſe ferunt, eumq; in CCCLXV. dies diviſiſſe. Sed hoc illi cenſeo apud Græcos duntaxat eſſe attribuendū. Verùm reperimus apud Joſephū

Hebræorū anni. *in 1. & in 4. Anti.* Hebræos ante diluvium Noë, annū XII. menſibus conſtitutum habuiſſe, qui, *eodem teſte in 1. Antiq.* annū primi etiam in Aegypto inſtituerant. Eſt inſuper operæ pretium, quam varia fuerit anni ratio apud priſcos, demonſtrare. Arcades. n. *ut Plutar-*

Anni varia ratio apud gentes. *chus in vita Numæ & Macrob. in 1. Saturn. meminerunt.* tribus duntaxat menſibus annum ſuū complebant: Cares & Acarnanes, ſex: Aegyptii primis temporibus, *teſte Solino*, quatuor, ſed antea, *ut Cenſorino placet*, duobus tantùm. At Macrob. *in 1. Satur.* ait, anni certum modū apud ſolos Aegyptios ſemper fuiſſe: ut etiam ex Herodoti auctoritate liquidò conſtat. Erat præterea annus triginta dierum, id eſt, lunaris *auctor Servius ſuper 3. Aene.* Habebant & annū magnū,

Annus magnus. quem volebant confici omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, qui *ſecundum Ciceronē* continet duo-

duodecim millia nongentos quinquagintaquatuor ſolares annos. At Joſephus *in 1. Antiq. cap. 8.* dicit, annũ magnũ D c. annorũ ſpatio impleri. Sed de hoc, uti *Cenſorinus demonſtrat*, inter auctores nõ plane cõvenit. Reliqui Græci c c c L I V. dieb⁹ annũ propriũ computabãt. In hac varietate, Romani quoq; ab initio *prout Macrobius dicit*, auctore Romulo, annũ X. mẽſib⁹ cõſtitutũ habuerũt, à Martio incipientes, qui conficiebat dieb⁹ c c c. & I V. Romulus enim primũ mẽſem Martiũ, à patre ſuo Marte: alterũ Aprilẽ quaſi Aphrilẽ, à ſpuma, quæ Græce ἀφρὸς vocatur, unde Venus mater Aeneæ nata eſt: tertiũ Majum à majorib. quartũ Juniũ à Junioribus nominavit. Ovidius:

Annus Romanorum.

Menſium nomina.

Hinc ſua majores tribuere vocabula Majo,
Junius a juvenum nomine dictus adeſt.

Sic ante populum in majores & minores diviſerat. Reliquos ſex à numero, Quintilẽ, Sextilẽ, Septembrem, Octobrẽ, Novembrẽ, & Decembrẽ appellavit. Verum, poſtremò Quintilis à Julii Cæſaris nomine, Julius, & Sextilis Auguſti honore, Auguſtus eſt nominatus. Sed iſte annus cũ neq; Solis curſui, neq; Lunæ rationibus congrueret, Numa Pompilius inde ad Lunæ curſum redegit; additis L. dieb. quib. poſtea ſex alios dies adjecit retractos ex illis ſex mẽſib⁹ qui x x x. dies habebãt, id eſt, de ſingulis ſingulos: eoſq; ſex & quinquaginta dies pari ratione partitus eſt in menſes duos, & alterũ, quẽ primũ poſuit, nuncupavit Januariũ à Jano, qui Latinorũ prim⁹ Rex fuerat, tanquã bicipitis dici mẽſem, ut qui tranſacti anni finẽ reſpiceret, ac principiũ futuri proſpiceret. Nam Janus cum vir eſſet æquè prudens atq; ſolers, dict⁹ eſt habere geminã faciẽ, ut una quæ ante, altera quæ poſt tergũ forent, intueretur, id quod ad vigilantẽ civitatis cuſtodẽ attinet. Alterũ verò Februariũ vocavit, ideoq; Februo dedicavit, qui creditur præeſſe luſtrationib⁹, quia tum extremo anni menſe, populus ſebruabatur, hoc eſt purgabatur.

Dies anno additi.

Januarius.

Janus biceps.

Februari⁹.

Poſtea

Poſtea Numa religionem ſecutus quòd numero Deus, quemadmodum poëta ait, impare gaudet, dedit ſingulis menſibus, Januario, Aprili, Junio, Sextili, Septemb. Novembri, & Decembri, undetricenos dies; Martio verò, Majo, Quintili & Octobri ſingulos & tricenos: Februarius ſuos octo & viginti dies retinuit. Ita annus conficiebatur diebus C C C L V. Romani deinde, Græcorum more, intercalarē menſem conſtituerunt, ut qui præeſſent faſtis libris, quibus totius anni res populo explicabantur, intercalarent, id eſt, vocarent populum, ut quando lege agi liceret, ſcirent. Sed cùm ita uſu veniret, ut per eam varietatem anni ſæpè nundinæ caderent aut in primum anni diem in nonaſve, quibus nefas erat conventus haberi, permiſſum eſt ut ſacerdotes quando vellent, ſuo arbitratu vocarent. At cum illi commodi gratiâ, Publicanorumq; ex uſu, minus ſuo tempore vocarent, tum demum Cæſ. Pontifex maximus addidit anno dies decem, horaſq; ſex, quorum dierum binos ad ſingulos menſes, Januarium, Sextilem, & Decembrem adjunxit, in Aprilem autem, Junium, Septembrem, & Novembrem ſingulos diſtribuit. Sic C. Julius Cæſar, *auctore Suetonio, & Appiano Alexandrino, & Plinio*, primus omnium annum ad curſum ſolis accommodavit, ut C C C L X V. dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoq; anno intercalaretur, quod bis ſextum vocant. Cauſa autem nominis eſt, quia duob. continuis dieb. bis dicimus, ſexto Cal. Martias, duos dies pro uno cõputantes. Menſes verò, h. e. Lunæ curſus qui, *uti Cic. in ſecundo de Natura deorum ait*, quia menſa ſpatia cõficiunt, menſes nominantur, Thebæos, i. ipſos Aegyptios (ſunt enim, ut diximus iidem) omnium primos inſtituiſſe Diodorus affirmat; quod tamen magis Hebræis, qui haud dubiè primi annum conſtituerant, tribuendum eſſe videtur. Atq; annus menſes habet XII. quorum quatuor, Aprilis, Junius, September & November,

Dies Menſium.

Intercalaris menſis.

Anni correctio.

Dies intercalaris.

Menſes unde dicti.

vember, ex triginta conſtant dieb. at plus uno ſeptem, Januarius, Martius, Majus, Julius, Auguſtus, Octo-ber, & December, minimus verò Februarius octo & viginti, ſuis contentus eſt diebus. Item hebdomadas duas & quinquaginta, & diem unum: dies verò C C C L X V. ac horas ſex: uti dictum eſt. Præterea cum apud priſcos Romanos, pontifices, *prout ſupra demonſtravimus*, ita intercalarent, factum eſt ut menſis ejuſmodi rei causâ, diviſus ſit in Calendas, Nonas, & Idus. Primusq; dies Calendæ dictæ ſint, ἀπὸ τοῦ καλῶ, voco: etenim minor pontifex obſervabat quando nova primũ appareret Luna, qua viſa, id protinus ſacrificulo regi nuntiabat: tum facto, ut moris erat, ſacrificio pontifex incipiebat eos vocare qui in agris eſſent, quo ſcirēt feriarum pariter cauſas, atq; quid eo menſe agi liceret. Ita calatâ, hoc eſt, vocatâ in Capitolium plebe pronũtiabat quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, unde Nonæ ipſæ dictæ, quia ſemper dies novem à Nonis ad initium Iduum interſunt. Idus autem circiter medium menſem ponebant, idque verbum ab Hetruſcis ſumpſerant, quorum linguâ Iduare, dividere eſt: Igitur ſic computabant, verbi gratiâ: Ultimum diem Decēbris antecedentis menſis notabant pridie Calendas Januarias, penultimum tertio Calendas, atque ſic alios ſuo ordine, ſurſum verſum numerando uſque ad Idus: nam menſibus quatuor, Martio, Majo, Julio, & Octobri ſingulis ſenas dederunt Nonas, reliquis quaternas, ſicut ſingulis quoque menſibus Idus octonas. Verum modus iſtiuſmodi dierum menſis numerum ineundi jam vulgatior eſt, quàm ut à nobis ſit rurſum demonſtrandus, qui profectus eſt ab illa pontificum intercalatione, quæ duravit uſque ad annum Urbis conditæ C C C C L. cum P. Sulpitio Averrione, P. Sempronio Sopho Longo C o s s. C. Flavius ſcriba ædilis curulis, invitis patribus, Civile jus repoſitum in penetralibus Pontificum evulgavit, faſtoſque circa forum in albo propo-

Calēda unde nominata.

Nonæ.

Idus.

propoſuit, ut quãdo lege agi poſſet, ſciretur. *Teſtis Livius ab urbe condita, in extremo nono libro.* Poſtea fuit

Aure⁹ numerus.

alius modus, quem Aureum numerum ob excellens rei artificium appellant, excogitatus à divo, ut fertur Bernardo, vel ab ipſo Julio Cæſare, *ſicut libro divinorum officiorum octavo extat*, adinveniendum diem cõjunctionis Lunæ per ſingulos menſes: quo quidẽ numero noſtri deinceps uſi ſunt ad notandos quoq; dies

Dies feſti mutabiles.

feſtos in ſingulos annos, quos mutabiles vocant, quẽadmodum eſt Paſcha, Pentecoſte, nonnullique alii, eò quod non ſemper in eoſdem menſiũ dies cadant. Fuit ſane inventũ ſuo dignum auctore, cujus uſus & ratio ita omnib⁹ nota eſt, ut non ſit quod hoc loco quidquã de aureo numero doceatur.

CAPUT V.

Quis Horas primus conſtituerit, aut Horologia diverſi generis invenerit.

HOræ, quibus numero viginti quatuor dies noxq; conficitur, *teſte Macrobio*, ab Apolline, id eſt,

Horus Apollo.

Sole, qui Horus Aegyptiacâ linguâ vocatur, nomen acceperunt. Quatuor itidem tempora hoc eſt, ver, æſtas, autumnus & hyems, quibus annu⁹ orbis impletur, horæ dicuntur: quæ initio duodecim cõſtitutę ſunt, ejusq; rei talis fuiſſe origo memoratur. Quodã tempore Hermes Triſmegiſtus cum in Aegypto ſacrũ

Horarũ inſtitutio.

quoddam animal Serapi dicatũ in tota die duodecies urinam facere pari ſemper temporis intervallo obſervaſſet, ꝑ duodecim horas diem dividi debere cõjecit. Exinde hic horarũ numerus longo tempore cuſtoditus, poſtea in viginti quatuor horas diviſus eſt dies.

Horologiũ.

Horologium autem ſolarium, in quo umbilici Solis, quem gnomonẽ vocant, umbra horas oſtendit, Anaximenes Mileſius Lacedæmone, *teſte Plinio libro ſecũdo*, capite 76. primus invenit, ipſumque ἀπὸ τῆς σκιᾶς hoc

Sciotericõ.

eſt, ab umbra ſciotericon appellavit. Romæ multò ſe-

rius

rius contigit: in duodecim enim tabulis, *ut auctor eſt Plin. in ſeptimo*, ortus tantùm & occaſus Solis nominabatur, Poſt aliquot annos adjectus fuit & meridies: & accenſus conſulis, id eſt, præco, cum pronuntiabat, cùm è curia inter roſtra & græcoſtaſim Solem proſpiciebat: à columna verò ænea ad carcerem inclinato ſydere, ſupremam horam pronuntiabat: ſed hoc ſerenis tantùm diebus, uſque ad primum Punicum bellum. At M. Varro primum horologium ſolarium in publico ſecundum roſtra, in columna ſtatutum fuiſſe tradit, bello primo Punico, à M. Valerio Meſſala Conſule, Catinâ in Sicilia captâ. Poſtea Scipio Naſica primus Romæ duntaxat, ut opinor, aquâ horas diviſit æquè noctium atq; dierum, idq; horologium ſub tecto dicavit, anno Urbis DXCV. Cæterùm horologium, *teſte Vitruvio libro nono de Architectura* ex aqua Cteſibi⁹ Alexandrinus primus reperit. Utriuſq; meminit Cicero *libro De Natura deorum ſecũdo*: Quid igitur, inquit, convenit cum ſolariũ vel deſcriptum aut ex aqua contempleris intelligere declarari horas arte, non caſu? Et alibi *in Extremo ſecundo Tuſculanarum libro*: Ctes ergo ad clepſydram, Ita vas vocat, è quo guttatim effundebatur aqua ad horas notandas. Inventũ eſt deinde divini quodam ingenii acumine horologium, quod nunc frequens cernitur, è metallis, rotis dentatis atq; ponderibus, partim umbilicis horas indicantibus, partim teſtantibus tintinnabulis: Quin etiam eodem artificio planetarum omnium, ac Solis & Lunæ curſus adeo facilè repræſentantur, ut cœlum ipſum propè cõſpici videatur. Eſt etiam aliud horologii genus, ad pyxidis formam excogitatum: item è tenuiſſimis arenis Aegyptiis, quorum tamen auctores, uti in calce operis dicemus, in aperto non ſunt. Sic denique quotidiè aliquid admiratione dignũ hominũ induſtria invenit, velut pyxidem illam, qua nautæ navigationẽ peritiſſimè moderantur. Et multa deinum ſunt, quibus priſca

Horologiũ primum Romæ.

Clepſydra.

Horologium metallicũ.

ætas

ætas caruit: de quibus nos ſuis locis meminerimus. Illud adjiciam, ut alibi horologia à Sole occidente uſque ad Solem iterum occidentem, perpetuo curſu viginti quatuor horas deſignant: ſic nunc totus ferè occidens horologia habet, quæ bis in die duodenas horas indicant, ita ut ſemper duodecima hora in media nocte & in meridie notetur: quod profectò quo aptius quadrat, hoc commodius fit, ne quempiam, cum velit ſcire quota ſit hora, tot ſimul numerare oporteat.

CAPUT VI.

Quomodo ab initio alii aliter dies obſervaverint, ac noctes diviſerint.

Diei varia obſervatio.

Diem alii aliter obſervabant, quod ab Ægyptiis fluxiſſe volunt, quos, ut inter nonnullos auctores convenit, primos omnium annũ & menſes conſtituiſſe ferunt. Ii itaque à media nocte, ad mediam, totum id ſpatium unius diei nomine appellavere. Romani quoque eodem modo diem obſervabant, quod, *ut Plutarchus in Problematis ait*, ortus ſolis initium agendi, nox verò conſilii & præparationis faciat: quippe apud illos, cuiquam etiam diei horæ aliquid actionum tribuebatur. Martialis:

Prima ſalutantes atque altera continet hora.
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintam varios extendit Roma labores.
Sexta quies laſſis. Septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava paleſtris.
Imperat extructos frangere nona toros, &c.

Babylonii inter duos ſolis exortus, omne id tempus diem vocabant: Athenienſes inter duos occaſus. Umbri à meridie in meridiem, unum diem putabant: vulgus omne à luce ad tenebras: *auctores, Varro, Plinius in ſecundo, Gellius & Macrobius.* Nos porrò more Athenienſium, à ſole occaſo ad ſolem iterum occidentem,

dentem, omne id medium tempus unum diem eſſe dicimus, ſicut Transalpini omnes Umbrorũ ritu, à meridie in meridiem diem ſuum terminant, prout eorum horologia, quę ſuperiori capite poſuimus, indicant: vel eadem ratione, à media nocte, ad mediam noctem veteri Romanorum inſtituto, illorũ dies dici poteſt confici. Nox vero, *ſicut Vegetius tradit*, in quatuor dividebatur vigilias, quæ ſingulæ, *teſte Hieronymo ſuper Pſalmos*, trinarum horarum ſpatio ſupputabantur. *Noctis vigiliæ.*

CAPUT VII.

Qui primi Libros ediderint, & de prima Bibliotheca: & à quo, & ubi uſus imprimendarum literarum primò inventus.

CUm in dies magis magiſq; hominũ ingenia ſolâ librorũ copiâ vigeant, & ad capeſſendas diſciplinarũ liberalium artes facilius omnes alliciantur ipſaq; literarũ ſtudia mirum in modum ubiq; gentiũ floreant, peccare hercle me ducerẽ, ſi tale inventũ ſilẽtio præterirẽ, cujus nos etiã, quantum exiguũ tulerit ingenium, augendi gratiâ, hunc nẽpe laborẽ ſuſcepim⁹ præſertim cum hujuſmodi ſcriptorum libri, *ut divus Hier. ad Marcellã ait*, ingeniorũ effigies & vera & æterna monumenta ſint. Quapropter Ageſilaus, *auctore Plut.* cum benè multi vellent ejus corporis ſimulachrũ gratis effingere, nunquã id fieri paſſus eſt, animi tãtum monumẽta poſteris relinquere ſtudens: illud enim ſculptorum, hoc ſuum: illud divitum, hoc bonorum opus eſſe dicebat. Omnium igitur primus Anaxagoras, *teſte Laertio volumine 2.* librum ad ſe ſcriptũ edidit. Gellius verò *lib.* 6. ſcribit Piſiſtratum tyrãnum omnium primũ libros publicè legendos præbuiſſe. Sed profectò quis non videt perperã Græcos hominum genus in ſui laudẽ effuſiſſimum, hãc ſibi gloriã vendicare? qui *ut Joſephus cõtra Appionẽ perſpicuè demonſtrat* recentiſſimi ſunt. Ex quo haud dubiè multò ante Græcos, antiquiſſimi He-

Ageſilaus. *Librorum origo.* *Græci φίλαυτοι.*

bræorum, qui Sacrã hiſtoriã ſcripſerunt, & Ægyptiorum ſacerdotes vel Chaldæi libros ediderunt: atq; ita Anaxagorã & Piſiſtratum apud Græcos tantùm primos foras dandos libros curaſſe credere par eſt. Deinde

Bibliotheca Athenienſis.

autẽ, *ut idem Gellius teſtatur*, ipſi Athenienſes numerũ librorum ſtudioſius accuratiusq; auxerunt. Verùm omnẽ illã poſtea librorum copiã Xerxes Athenarũ potitus abſtulit, aſportavitq; in Perſas. Eos porrò libros univerſos multis poſt tempeſtatibus, Seleucus Macedoniæ rex, qui Nicanor appellatus eſt, referendos Athenas curavit.

Ptolemæorũ bibliotheca.

Ingens poſt ea numerus librorũ in Ægypto à Ptolemæis regib. cõfectus eſt, ad millia fermè voluminum DCC. ſed ea omnia priore bello Alexãdrino incenſa ſunt. Cæterũ Strabo *l. 13. Geographiæ*, ſcribit Ariſtotelẽ omniũ primũ Bibliothecã inſtituiſſe: ait enim: è

Bibliotheca Ariſtotelis.

Scepſi fuère philoſophi Socratici, Eraſtus & Coriſcus, & Nereus Coriſci filius, qui Ariſtotelem & Theophraſtũ audivit, & ſucceſſor fuit Bibliothecæ Theophraſti, in qua Ariſtotelica inerat: nã Ariſtoteles & Bibliothecam & ſcholã reliquit Theophraſto, & primus omniũ quos ſcimus, libros cõgregavit. & Ægyptii reges bibliothecæ ordinẽ docuit. Theophraſtus verò eã tradidit Neleo, Neleus eã Scepſim detulit, ac poſteris tradidit. *Hæc ille.*

Pergamea Biblioth.

Fuit & Pergami Bibliotheca prçclariſſima auctor Plin. *l. 35. ſtatim in principio*, ubi inquit: An priores cœperint Alexandriæ & Pergami reges, qui bibliothecas magno

Romana.

certamine inſtituère, nõ facilè dixerim. Romæ bibliothecã Aſinium Pollionẽ primum feciſſe, teſtatur idem *in prænotato libro* ſcribens: Non eſt prætereundum & novitium inventũ, ſiquidẽ nõ ſolùm ex auro argentove, aut certè ex ære in bibliothecis dicãtur illi quorum immortales animæ iiſdẽ locis ibi loquuntur, quinimò etiã quæ nõ ſunt, finguntur, pariuntq; deſideria nõ traditi vultus, ſicut in Homero evenit, quo magis, ut equidẽ arbitror, nullũ eſt felicitatis ſpecimen, quã ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinii Pollionis

hoc

hoc Romæ inventũ, qui primus bibliothecã dicando, ingenia hominũ rem publicã fecit. Sunt etiã plures hodie in Italia bibliothecæ, ſed illa in primis omniũ judicio longè celeberrima, quam divus Federicus Feltrius dux Urbini cõdidit, quã poſtea Guido princeps ejus filius, omnis doctrinæ decus, ac doctiſſimorũ hominum præſidiũ, cum auro & argento, tum librorũ copiâ adauxit, ornavitq;. Fuit illud igitur omninò magnũ mortalibus munus, ſed nequaquã conferendũ cum hoc, quod noſtro tempore adepti ſumus, reperto novo ſcribendi genere: tantũ enim uno die ab uno homine literarũ imprimitur, quantũ vix toto anno à plurib. ſcribi poſſet. Ex quo adeò diſciplinarũ omnium magna librorũ copia ad nos manavit, ut nullũ amplius ſuperfuturũ ſit opus, quod ab homine quãvis egeno deſiderari poſſit. Illud inſuper adde, quod auctores quoq; plurimos, tam Græcos quã Latinos ab omni prorſus interitus periculo vindicavit. Quare tantæ rei auctor non eſt ſuã laude fraudãdus, pſertim ut poſteritas ſciat, cui divinũ beneficiũ acceptũ referre debeat. Itaq; Joãnes Gutenberg' natione Theutonic', equeſtri vir dignitate, ut ab ejus civib. accepimus, primus omniũ in oppido Germaniæ, quã Moguntiã vocant, hanc imprimendarum literarũ artẽ excogitavit, primumq; ibi ea exerceri cœpit: non minore induſtriâ reperto ab eodẽ, prout ferũt, auctore, novo atramenti genere, quo nunc literarũ impreſſores tantùm utuntur. Decimoſexto deinde anno qui fuit ſalutis humanę MCCCCLVIII. quidã nomine Cõradus homo itidem Germanus, Romã primò in Italiã attulit, quam dein Nicolaus Jenſon Gallicus, primus mirũ in modũ illuſtravit, quæ paſſim hac tempeſtate per totum ferè terrarum orbem floret, de qua plura loquendi labore ſuperſedeo, ejus inventorẽ, ac ſimul unde ad nos delatã fuerit, prodidiſſe, haud me parum feciſſe ratus, cũ ea omnib. lõgè notiſſima ſit: quæ ꝓpterea ut ab initio nõ minore quæſtu, quàm hominũ admiratione

Bibliotheca Italia.

Typographia inventio.

Joannes Gutenberg. Typographia inventor.

vulgari cœpit, ſic paulatim, velut auguror, futura eſt vilior.

CAPUT VIII.

De primo uſu ſcribendi apud Priſcos, etiam per notas, & quando primum inventa Charta, vel Membrana.

Folia palmarum.

ANte uſum chartarum, quo maximè humanitas vitæ conſtat & memoria, palmarum foliis, *teſte Plin. in 13. Naturalis hiſtoriæ,* primò ſcriptitatum eſt. Vergilius in ſexto.

— Foliis tantùm ne nomina manda.

Deinde quarundã arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis voluminib. inde & privata linteis cõficere cœperunt, deinde ceris; nã pugillariũ uſum ante Trojana tempora fuiſſe teſtatur Homerꝰ. Papyrũ autẽ poſt Alexãdri Magni victoriã, cõditã in Ægypto Alexandriã, M. Varr. auctor eſt, ante Chartarũ uſum ab eo rege inventã eſſe, quæ fiebat ex frutice, qui naſcitur in paludib. Ægypti. Verum contra Varronẽ, qui chartarum uſum nõ niſi cõditã in Ægypto Alexandriã, fuiſſe ſcribit, Plinius Caſſii Heminæ annalium ſcriptoris auctoritatẽ adducit. Ille enim tradit, Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Janiculo repaſtinantem, offendiſſe arcam in qua Numa rex ſitus fuerat, & in eadem libros ejus repertos, qui è charta erant. Nam Magnus Alexander amplius trecentis annis poſt Numam fuit, qui Alexandriam, *auctore Liv. lib. 8.* eo anno in Ægypto poſuit, qui fuit Urbis conditæ CCCC XVIII. L. Papyrio Mugillano ſive Curſore, C. Pætilio Galbo Coſs. Cæterum Livius *in decimo de bello Macedonico,* à Caſſio diſſentit, ſcribens duas arcas lapideas, octonos fermè pedes longas, non unã, repertas a foſſoribus in agro L. Pætilii ſcribæ, nõ Cn. Terentii. & in altera earum ſepultum fuiſſe Numã, in altera verò eos libros inventos, de quibus loquimur. Idem etiam Lactantius affirmat, & Plu-

Papyri inventio.

Numa libri

Alexandria condita.

Numæ ſepulcrum inventum.

Plutarchus *in vita Numæ*. Poſteà verò id genus chartæ inventum eſt, quò nunc paſſim utimur, cujus auctor haud palam eſt. Hæc autem fit ex linteolis contritis: nihilominus tamē papyri nomen à frutice ſumptum, veluti chartæ ab urbe Tyri retinet. Membranas à tectu membrorum nominatas (eſt enim proprie ipſum corium) Varro ſcribit per æmulationem circa Bibliothecas & Eumenis regum, Pergami inventas fuiſſe, undè vulgò Pergamenæ vocantur. Verùm ego affirmarem membranas multò ante quā tradit Varro eſſe repertas, in iiſq; primum ſcriptitatum, quando ſacros Hebræorum libros (Hebræi enim, ut oſtendimus, primi rerum geſtarum monimenta condiderunt) è membrana fuiſſe teſtatur Joſephus: nam cum *in XII. Antiquitatum* tradit, quemadmodum Eleazar princeps ſacerdotum per ſeptuaginta duos interpretes, ſacros libros ad Ptolemæum *Philadelphum* miſerit, ut in græcum ſermonem verterentur, ſic inquit: Cùm verò oſtenderent tenuitatem membranæ, vel incomprehenſibilem eorum compaginem, rex miratus eſt. Herodotus etiā *in quinto* teſtis eſt, priſcâ conſuetudine in pellib. caprinis & ovillis eſſe ſcriptitatum. Sunt prętereà plura chartarum genera, ut hieratica, antiquitùs ſacris tātum voluminibus dicata: amphitheatrica, à loco dicta: bibula & emporetica, inutilis ſcribendo, & involucris duntaxat chartarum atque mercium uſum præbens, propterea *ἀπὸ τῶν ἐμπόρων*, id eſt, à mercatoribus nominata. Uſus autem ſcribendi per notas pervetuſtus eſt, quando Tiro Ciceronis libertus, *autore Euſebio*, ipſas notas prim° repperiſſe fertur. Et hujuſmodi ſcripta furtiua dicuntur quæ artificio quodam fiunt, ne legi poſſint ab alio, niſi ab eo ad quem ſcribuntur. Gellius: Res quaſdā occultas nunciare regi furtivo ſcripto volebat. Eſt & Cæſar, *teſte Suetonio*, uſus. Hodie verò ita frequens eſt modus iſte ſcribendi, ut nullus videlicet ſit neq; princeps, neq; civis, quin ſuas habeat notas, vulgo Ziphras nuncupatas.

Charta conficiē la ratio.

Membrana.

Hebræorum libri antiquiſſimi.

Chartarum varia genera.

Scripta furtiva.

CAPUT IX.

Quis primus Memoriæ artem monſtraverit, aut qui ejuſdem gloriam adepti ſint.

Memoria commodum

PRoximum eſt, ut de Memoria dicatur, qua, ut Fabius ait, omnis diſciplina conſtat, quę & neceſſariò maximè eſt vitæ bonũ, & unicus eloquentiæ theſaurus. Hujus ars, *Plinio in 7. & Quint. in 11. auctoribus*, à Simonide Melico primũ inventa eſt, qua in re multũ valuit. Nã cum aliquãdo in Theſſalia, *teſte Cic. de Orat.* epularetur apud Scopã nobilem virum, & nuntiatum eſſet ei, ut prodiret ad duos juvenes ante januam ſtantes, contigit ut hoc interim ſpatio conclave corrueri, ac eâ ruinâ adeò convivæ omnes contriti fuerint, ut nõ poſſent internoſci à ſuis, qui humare, eos vellent. Tum dicitur Simonides ex eo quod meminiſſet, quo eorum loco quiſq; cubuiſſet, demõſtrator uniuſcujuſq; ſepeliendi fuiſſe. Ac ita videtur memoriâ valde juvari ſignatis animo ſedibus, aut mutato annulo, qui nos moneat, cur id fecerimus, quod ipſe Fabius latè proſequitur. Memoria autem plurimis præcipua fuit, ut Plini° & Solinus auctores ſunt. Cyrus enim Rex Perſarum omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit: Cineas Pyrrhi regis legatus, poſtero die quam Romã advenerat, utriuſq; ordinis viros nominatim appellavit. Mithridati regi duæ & viginti linguæ (tot enim nationibus imperavit) traduntur notæ fuiſſe. Cæſarem verò ſcribere & legere ſimul, dictare & audire ſolitum accepimus. Idem etiam, *teſte Spartiano*, Hadrianus Imperator facere conſuevit.

Ars memorativa.

Simonidis memoria.

Memoriâ qui excelluerunt.

CAPUT X.

A quo primùm Militaris ars inventa: & utrum literis præſtet: item in exercitu Ordines, & Teſſeræ, & Vigiliæ, & de primo pugnandi modo.

Militaris ſcientia.

NUnc venio ad diſciplinam militarem, pręcipuum Imper-

Imperatorum decus,qua ſolâ multi quidem mortales æternam ſibi gloriam compararunt: undè tanto literis præferenda videtur,quanto facta dictis præſtāt. Quanquam illud non facile Cicero concedendum judicat, quando,*ut ipſe pro M.Marcello ait*,bellicas laudes ſolēt quidam extenuare verbis easq́ detrahere ducibus,cōmunicare cum multis, ne propriæ ſint Imperatorum. Certè in armis militum virtus,locorum opportunitas, auxilia ſociorum,claſſes,commeatus multum juvant: maximam verò partem quaſi ſuo jure fortuna ſibi vendicat, & quicquid proſperè geſtum eſt, id penè omne ducit ſuum : at gloriæ,quam tu rectè ſcienterque ſcribendo adeptus fueris,ſocium habebis neminem. Ad artem redeo.Sed hæc in rudi ſeculo admodum turpis fuit utporè quæ ferino more,*ut infra oſtendemus*, exercebatur. Hujus,ſicut Ciceroni *lib. de Natura deorum tertio* placet,inventrix Pallas fuit,ex quo Bellona dicta eſt. Papinius : *Artis militaris inventio.*

—— Regit atra jugales
Sanguineâ Bellona manu.

Ut verò Diodoro, ipſe Mars morem bellandi reperit. Martialis*:*

Belliger in victus quod Mars tibi ſævit in armis.

Sed reperimus apud Joſephū *int. Antiq.volum.*Tubalcain,qui ante diluvium Noë fuit, fortitudine cunctis excellentē,res bellicas fortiter exercuiſſe. Quamobrē apparet militarem artem eſſe antiquiſſimam,proinde ejus auctorem neutiquam prodi facilè poſſe ſuſpicor. Veteres autem ante uſum armorum pugnis, unde pugna nomen habet,calcibus,ac morſu certabant.Et hęc prima pugnæ origo fuit. Lucretius*:* *TubalCain.* *Pugna unde dicta.*

Arma antiqua manus,ungues,denteſq; fuerunt.

Exin lapidibus fuſtibusq; pugnari cœptū: teſtis Herodotus *lib.*4. cū de quibuſdā populis loquitur,qui haud procul à Tritone Lybiæ fluvio habitabant, ait enim: Horū virgines anniverſario Minervæ feſto in honorem *Virginum pugna.*

ipſius deç inter ſe bifariam diviſæ, prçliantur lapidibus, fuſtibusq;. Affirmat idem Diodorus *lib. 1.* ſcribens: Eodem modo clava & leonis pellis antiquo Herculi conveniunt, quo tempore nondum arma adinventa, ſed fuſtibus homines injurias propulſabant, ac ferarum pellibus tegebant pro armis corpora. Plinius verò *in ſeptimo* dicit, Afros contra Ægyptios, primos prælīū fecisse fuſtibus, quos vocant phalangas. Verùm paulatim hæc diſciplina tanti fieri cœpit, ut nulla majore curâ ſtudio ac ordine, apud omnes propè gentes cōſtaret, repertis exercitus ordinibus, ſigni dationib. teſſeris, & vigiliis à Palamede, bello Trojano & ſub idē tempus ſpeculari ſignificatione, à Simone: auctor Plini⁹, qui *lib. 5.* & Phœnicibus bellicarum artiū inventionē aſſignat, ſed apud Syros credo. De his ſatis, ſed jā ad ipſa arma trāſeam⁹.

CAPUT XI.

De primo Armorum, & æneorum tormentorum uſu.

Mars. FErunt, *auctore Diodoro, l. 6.* Martē primū fabricatis armis milites armaſſe, cui ob id primus armorū uſus (appellatur enim belli Deus) attribuitur: quod etiam Vergilius ſenſiſſe videtur, cum in principio ſuæ Æneidos dixit;

— At nunc horrentia Martis
Arma, virumq; cano.

Armorum varia inventio. Cæterùm arma, quç pro omnibus bellicis inſtrumētis auctores uſurpant, alii alia invenerunt: Galeam enim Gladium, Haſtam, Lacedæmonii, *ut teſtis eſt Plin. in 7.* invenerunt. Herodotus tamen *lib.* 4. putat Scutū & Galeam ab Ægyptiis Græcis eſſe traditam. Loricam Mydias Meſſenius: Clypeos Prœtus & Acriſius inter ſe belligerantes repererunt, ſive Chalcus Athamantis filius. Ocreas & Criſtas Cares: Lanceas, Ætolos: Jaculum cum amento ferunt inveniſſe Ætolū Martis filium. Falcē *ſecundum Clementē,* Thraces: Haſtas velitares & Pilum Tyrrhenus. Uſus autem velitum, *auctore Valerio Maxi.*

Maxi.lib. 2. eo bello primum repertus eſt, quo Capuam Ful. Flaccus Conſul obſedit. Securim Pantheſilea Amazonum regina reperit: Venabula Piſeus Arcum autem & Sagittas Scythes Jovis filius. Sagittas, ut aliis placet, Perſeus Perſei filius primùm invenit. *Hæc ex Plinio.* At Diodorus Apollini aſſignat *in ſexto* ſcribens: Arcus inſuper ſagittandiq; fuiſſe repertorem Apollinem ferunt. Verùm Artabanus, cujus teſtimonium Euſebius *de Præparatione Evangelica, libro nono* citat, Moſen omnium primum bellica inſtrumenta inveniſſe tradit, qui adhuc juvenis in Ægypto, *teſte Joſepho in ſecundo Antiquitatum*, primam glorioſè expeditionem in Æthiopes apparaverit. Nec eò tamen cæteri, quos memoravimus, minus laudis merentur, quando non unius generis arma ubique uſurpantur, ſed alia alibi. Nihil quoque ab initio tam perfectum excogitatur, cui non aliquid ab inſequentibus commodè addi poſſit. In tormentis Cretenſes Scorpionē, Catapultam Syri, Phœnices Baliſtam & Fundam, *ut teſtatur Plinius*, invenerunt. Vegetius verò *libro primo de re militari*, fundarum uſum dicit incolas inſularum in mari Hiſpano, quas Baleares vocamus, comperiſſe: Undè Strabo *lib. 3. Geogr.* illos optimos funditores eſſe vocitatos affirmat. Idem Verg. ſentit *in 1. Georg.*

Moſes armorum inventor.

Machina bellica.

Stupea torquētur balearis verbera fundæ.

Artem bellicarum machinarū, *teſte Plutarcho, in vita M. Marcelli*, Eudoxus & Architas inchoarūt. Machinam ad ferenda graviora onera primus, *teſte Vitruvio*, extruxit Cteſiphon, qua uſus eſt ad deportandas ex lapidicinis columnas Epheſum ad Dianæ fanum. Equum autem qui aries dicitur, in muralibꝰ machinis, *auctore Plinio in ſeptimo*, Epeus ad Trojam invenit: Vitruvio verò, *libro X. de Architect.* Carthaginenſes, ad Cades oppugnandas. Teſtudines Artemon Clazomenius invenit. Et hæc omnia ad hominum perniciē

Aries.

Teſtudines.

Bombarda inventio. inventa ſunt, & illud novitiũ inventũ inprimis, quod Bombardam vocant: quo poſt hominũ memoriã, nihil terribilius ab humano ingenio excogitari potuit, cujus inventorẽ fuiſſe tradunt hominẽ Germanũ admodum ignobilẽ, cui caſu in mentẽ venit tale quid efficere. Fertur enim homo ad exitiũ humanũ natus, ſervaſſe aliquando domi in mortario pulverẽ ſulphureũ, cujuſdam medicinæ faciendæ causâ, illudq; texiſſe lapide, ac inde cõtigiſſe, ut dum ignẽ ex ſilice propè excuteret, ſcintilla intrò ceciderit, ſubitòq; flãma eruperit, atq; lapidẽ in altũ tulerit: & ille ejus rei caſu doctus, poſtea factâ ferreâ fiſtulâ, & pulvere confecto, machinam reperiſſe, ac ejus uſum Venetis in illo bello primũ oſtendiſſe, quod ad foſſam Clodiam eſt cum Genuenſib. geſtum, qui fuit annus ſalutis humanæ M C C C L X X X. Is itaq; tam mortiferæ machinæ repertor, pro mercede, opinor, accepit, ut nomen ejus perpetuò occultaretur, ne omni tempore à cunctis mortalibus malè audiret, dignus ſcilicet qui prior ipſe vice Salmonei fulmine flagraſſet: *Salmoneus.* (Salmoneus n. Æoli filius cum vellet Jovẽ in fulminib. jaciendis æmulari, ab eo de cœlo tactus ad inferos, detruditur.) quando hæc fulmini odore, luce, ſonitu, impetu, ſimilima eſt: *Bombarda violentia.* magna enim vi ignis collecti, emiſſis repentè aut ferreis aut lapideis pilis, qui quidquid obviũ offendit, quaſſat, diſſipat, frangit, contundit, adeò ut nullus ſanè ſit locus, quamvis naturâ munitus, quin facilè expugnetur. Ex quo jam uſu venit, ut in ea hoc tempore omnis fermè vis peditum, omnis equeſtris ſplendor, omnis deniq; bellica virtus indecorè conſiſtat, jaceat, obtorpeat. *Bombarda nomen.* Hæc bombarda vocatur, à bombo, id eſt, ſonitu, qui βόμβ☉ græcè dicitur: quidam alii tormẽtum æneum malunt, nuncupare. Ejus tametſi modo plura fiunt genera, quæ variè vulgo nominantur, & unum illud minimũ, quo nũc pedites utũtur, q factitio *Sclopetum.* nomine ſclop' vocitatur. Sclopus n. eſt ſonus ille, qui ex buccarũ inflatione erũpit; Perſius, *Nec*

Nec Sclopo tumidas intendis rumpere buccas.

Sed vel alio nomine appellatur Arcusbuſius, à foramine opinor, quo ignis in pulverem fiſtulâ contentū immittitur: nam Itali buſium vulgò foramen dicunt, & arcus, quod inſtar arcus pugnantib⁹ ſit: quippe hodie hujuſmodi tormenti uſus in primo ſtatim pugnæ loco eſt, quē olim ſagittariis dabant, cū à miſſilib⁹ prę-liari inciperent. Sed jam hinc oratio noſtra ad equum bellicoſiſſimum animal ſeſe, non extra utiq; propoſitum, transferat. *Arcusbuſ.*

CAPUT XII.

Quis primus Equitandi artem, aut uſum equos domandi, vel eorum ungulas ferreis ſoleis muniendi, ac ornamenta invenerit, & Bigas atque Quadrigas junxerit, & Vehiculum cum quatuor rotis repererit, & qui ex equo pugnare primum inſtituerint.

Equitatio inventa.

EQuo, qui magno mortalib⁹ cum in rebus bellicis, tum in itineribus faciundis, & uſui & adjumento eſt, primum omnium vehi Bellerophontē Glauci regis filium docuiſſe, Plinius *in ſeptimo* eſt auctor, qui Pegaſum alatum equum, cum in Chimęrā iret, aſcendit. Horatius in Carminibus:

Et exemplum grave præbet ales
Pegaſus terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

Sed Diodorus *libro ſexto* ſcribit Neptunum equos primum domuiſſe, artemq; equitandi ab illo traditam: alii volunt equum hominibus antea ignotum primū edidiſſe, quod aſſerit Lucanus, dicens:

Primus ab æquorea percuſſus cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen
Exilit.

Et

Et Vergilius:

—Tuq; ô cui prima ſrementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti
Neptune.

Fræni & ephippia. Frænos autem & ephippia Peletronii, qui Theſſaliæ populi ſunt, primi invenerunt. Iidem, ut quibuſdam placet, domandorum equorum uſum primi docuere, teſtificante utrunq; Vergilio *in tertio Georgicorum.* *in monum.*

Fræna Peletronii Lapithæ gyroſque dedere
Impoſiti dorſo atq; equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Plinius *libro ſeptimo* idem affirmat. Hos quoq; primos equorum ungulas munire ferreis ſoleis cœpiſſe ferũt. Numidæ, ut vel hoc ſubjungã, *teſte Appião in l. de Reb. Lybicis*, equo nudo, id eſt, ſine ephippii ,in bello utebantur. *Biga.* Bigas primũ Phrygũ natio junxit, *ut Probus & Plinius auctores ſunt.* *Quadriga.* Quadrigis verò Erichthonius primus eſt uſus: nam cum Vulcanus, *auctore Ovidio in ſecundo Metamorphoſeon. & Servio ſuper tertio Georgicon*, impetrato à Jove Minervæ cõjugio, & illâ reluctãte, ſemen libidinis pjeciſſet in terram, inde natus eſt puer dracõteis pedib⁹, qui appellatus eſt Erichthoni⁹, *Ericthonius.* quaſi de terra & lite procreatus, nam ἔρις eſt lis, & χθὼν terra. Is ad regendam pedũ fœditatẽ, junctis equis, primus omniũ uſus eſt currũ. Maro.

Primus Erichthonius currus & quatuor auſus
Jungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere Victor.

Affirmat itidem Plinius. Euſebius tamen hoc illi apud Græcos tantùm adſcribit dicens: Erichthonius primus quadrigas junxit in Græcia; erant enim antea apud alias nationes. Id autem fuit Danao regnante Argis. At Arcades iſtud inventum Minervæ aſſignant, & id credo, apud ſe tantum, de qua Cicero *de Natura deorum* ita ſcribit. Minerva quarta Jove nata & Coriphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt. *Vehiculum.* Vehiculum quatuor

quatuor rotarum, *ut teſtis eſt Plinius*, Phryges invenerunt. Pugnare ex equo, *ſicut idem ait*, Theſſali docuere, qui Centauri dicti ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem. Hinc de Centauris fabula orta apud poëtas, quod ſemihomines, & ſemiequi eſſent: quamvis non me prætereat, quandam fabellam ſuper hac re à Servio narrari *in tertio Georgicorũ*, quæ veluti nugæ reſpuenda videtur. Vera ſunt igitur extra omnem cõtroverſiam, *uti etiam Lactantius inquit*, quæ loquuntur poëtæ, ſed figmento aliquo ſpecieque velata, ſicut de Aeolo rege ventorum ſuprà demonſtravimus. Sed nonnulli tradunt Centauros primos equitare, non ex equo pugnare eſſe auſos. Diodorus *in quinto*: Centauros nonnulli volunt in Pelio à Nymphis nutritos, poſtea equos ſubagitaſſe, exq; eis Hippocentauros natos. Creditum, quòd primi equitare auſi ſint: ex eoque natam fabulam, velùti equi eſſent hominiſque naturâ. *Hæc ille hactenus.* Et iſta omnia ex jumentis commoda apud alias gentes paulatim inventa, non defuiſſe illis primis mortalibus credere convenit: quando ſatis conſtat Hebræos, Aſſyrio, Arabes, Ægyptios, equis, mulis & aliis jumentis à principio uſos, quæ aut dorſo ferunt, vel armis currum trahunt. Sed de quorundam ludorum & ſaltationũ origine jam diſſeramus, quando hæc rei bellicæ quoq; augendæ gratiâ inſtituta ſunt: ſed op⁹ eſt ut modus adſit ne, *ſicut Cicero in officiis ait*, voluptate elati in aliquã turpitudinẽ juvenes dilabãt.

Fabula de Centauris.

Jumentorũ uſus.

CAPUT XIII.

Quis primus inſtituerit apud Græcos Olympicum certamen, & alios id genus ludos, & Pyrrhicam ſaltationem, atque Palæſtram: & à quibus inventus ludus Pilæ, Aleæ, Teſſerarum, Furunculorum, Talorum, Par impar, & Micare: ac quid ſit Teſſera, vel Talus.

Quatuor

Ludorum quatuor genera.

QUatuor ludorum genera apud Græcos præcipuè fuiſſe comperio, quorum primi & longè celeberrimi Olympici appellati ſunt, ab omnibus ferè poëtis decantati, quoniam in Olympo monte apud Piſam & Elidem, oppida Arcadiæ, Jovi dedicati Pelopis honore celebrabantur quos, *teſte Diodoro l. quinto, & Plinio in ſeptimo, & Plutarcho in vita Theſei* Herculem Jovis & Alcmenæ filium quidam conſtituiſſe, ibiq; primum decertaſſe, & palmam conſecutū tradunt. Sed Euſebius *in decimo de Præparatione Evangelica* dicit in olympico ſtadio Corylum Argivū primū victorem fuiſſe declaratum. Alii autem, *ut idem Diodorus in ſexto, & Strabo in octavo Geograph. auctores ſunt*, Herculem unum ex Idæis Dactylis hoc certamē inveniſſe aſſerunt. Verùm idem Strabo *in prænotato libro* ab Epeis compertum affirmat. Et *inferius* ait, ab Iphito olympicum agonem inſtitutum conſtare. Fuit is Praxonidis, ſive Hæmonis filius. Sed Solinus hoc illuſtrius declarat, *ſtatim in principio ſui operis* ita ſcribens: Quippe certamen olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermiſſum Iphitus filius ejus inſtauravit, poſt excidiū Trojæ, anno quadringenteſimo octavo. Herodotus *libro octavo* ſcribit olympicum certamen gymnicum atque equeſtre fuiſſe, præmiumq; propoſitū oleaginam coronam, qua donabantur victores. Quapropter Tigranes Artabani filius, eo tempore quo Xerxes bellum in Græcia gerebat *ut idem teſtis eſt*, audiens præmiū Græcis coronam eſſe, nō pecuniam, generoſam illam meritòq; laudandam ſententiam dixit, Papæ! Mardoni (is enim Xerxi perſuaſit, ut in Græcos bellū moveret) in quos viros induxiſti nos ad pugnandū, qui non pecuniarū certamen agitant, ſed virtutis? Celebrabanē autem hi ludi quinto quoq; anno ſic, ut quatuor anni intereſſent à primo olympiados anno, ad initiū & primum annū ſequentis, ſi vera eſt ratio eorum, qui de olym-

Olympici certaminis inſtitutio.

Præmium in olympico certamine.

Tigranis dictum.

Celebratio olympici agonis.

olympiadis æquè ut de luſtri ſpatio ita putant: idque tempus olympiadem appellabant: ac deinceps apud Græcos tempora per olympiades numerata ſunt, veluti apud Romanos per Coss, quorum magiſtratus annuus erat. Martialis: *Olympiades*

Bis jam penè mihi conſul trigeſimus inſtat.

Alteri erant Pythii: nam cum Apollo Pythonem ſerpentem, qui à Junone immiſſus, Latonam matrē perſecut⁹ fuerat, ſagittis cōfeciſſet, ne hujus victoriæ memoriam ulla temporis diuturnitas obliteraret, ipſe à Pythone, Pythius dictus, ludos Pythios conſtituit, Ovidius *in primo Metamorphoſeos*: *Pythii ludi.*

Neve operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos.
Pythia perdomita ſerpentis nomine dictos.
Hic juvenum quicunq; manu pedibusve, rotave,
Vicerat, eſculea capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat, longoq; decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Tertii Iſthmii, ab Iſthmo parte Achajæ nominati, & à Theſeo inventi, *dicente Plutarcho in ejus vita*, gloriari etiam quādoq; eſt ſolitus, ob illū (de Hercule loqtur) Jovi Olympia, ob ſe verò Neptuno Iſthmia à Græcis celebrari. Iſti ludi, *teſte eodem Plutarcho*, ut quidā volunt, in honorem inprimis celebrabantur Scyronis: ut alii, Sinnis: ut alii, Palæmonis, quē Latini Portunum vocant. Ovidius *in ſexto Faſtorum*: *Iſthmii ludi.*

Quem nos Portunum, ſua lingua Palæmona dicet.

Hic, *auctore eodem Ovidio, in quarto Metamorphoſeos* ex Melicerta homine, precibus Veneris, deus marin⁹ effectus eſt. Verùm Plutarchus alios illi dicatos fuiſſe ludos ſentire videtur, *in eadem Theſei vita* ajens: Quod ibidem in Melicertæ honorem conſtitutum eſt, noctu agebatur, initiandi magis, quàm ſpectaculi, aut celebritatis ſpeciem præ ſe ferens. *Hæc ille.* In iis autem ludis victoribus pinea corona dabatur, de quibus etiā Strabo *lib. octavo Geograph.* meminit, dicēs: In Iſthmo *Pinea corōa*

Neptu-

Neptuni, quem Iſthmium vocant, templum eminet picearũ arborũ luco circumcluſum, ubi ludos Iſthmios decertantes Corinthii celebrare ſoliti ſunt. Et Solinus itidem affirmat ſcribens hujuſmodi ſpectaculum per Cypſelum, qui, *teſte Herodoto in primo*, Periandri Corinthiorum regis pater fuit, intermiſſum, Corinthios olympiade XLIX. ſolẽnitati priſtinæ reddidiſſe. Quarti Nemei, à Nemea ſylva vocitati, quos Argivi, *auctore Strabone libro octavo Geographia, & Polybio libro ſuarũ hiſtoriarũ ſecundo* celebrare conſueverunt, ob Herculis memoriam, qui Nemeum leonem interfeciſſet. Vergilius:

Nemei ludi.

Compreſſit Nemea primum virtute leonem.

Pyrrhica ſaltatio.

Pyrrhicam ſaltationem pro juvenibus ad militarem artem exercendis, Pyrrhus, *auctore Plinio libro ſeptimo*, in Creta primus invenit. Solinus verò ſcribit à Pyrrhico repertam fuiſſe, dicens: Pyrrhico repertore equeſtres turmas Creta prima docuit laſcivas vertigines implicare, ex qua diſciplina bellicæ rei uſus convaluit. Verum Strabo cuidam Cureti aſſignans, ſecus videtur ſentire (niſi fortaſſe Pyrrhicus unus ex Curetib. fuerit) *in decimo*, cum de Creta loquitur: Quos principio Curetem illos oſtendiſſe ferunt, deinde inſtruxiſſe, ut ſaltationem, quam Pyrrhicam, appellaverit, ſaltarent. Et alibi idem aſſerere videtur ſcribens, Curetes primo armiferã ſaltationẽ introduxiſſe, quãdo Dionyſius Halic. *in ſeptimo* apertè demonſtrat Pyrrhicen ſaltationẽ eſſe armatã, & ab ipſis etiã Curetib⁹, aut à Pallade inſtitutã. Plinius tamen *in ſeptimo* maniſeſtiſſimè oſtendit, armatam ſaltationẽ aliã eſſe ab ea, quam Pyrrhicam vocant, & illam à Curetibus, hanc à Pyrrho inventã, & utramq; in Creta. Tranquillus autem dicit ludũ ipſum quẽ vulgo Pyrrhicen appellant, Trojam vocari, & ejus originem expreſſit *in libro de puerorum luſibus*. Quis igitur mentis compos in tanta ſup hujuſce rei origine ſcriptorũ diſſenſione, pro certo quic-

Saltatio armata.

Saltatio Troja.

quicquam auderet affirmare? De hac ſaltatione inſuper Apulejus *in decimo de Aſino aureo*, abunde meminit. Trojæ verò ſpectaculum ludicrū quale foret, Maro *in quinto* diſſertiſſimè tradit, ubi à Trojanis oſtendit nomen habere illo verſu, *Ludicrum Trojanum.*

Trojaq; nunc pueri Trojanum dicitur agmen:

de quo etiam Suetonius *in Cæſare* meminit. Feſtus luſum equeſtrem puerorum vocat Gymnicos ludos, id eſt, in quibus nudi & perūncti ſe exercebant, Lycaon, *teſte Plinio*, primus invenit. Funebres Acaſtus, *ut idem ait* in Jolcho, poſt eum Theſeus in Iſthmo. Palæſtram, *ut Diodorus eſt teſtis*, Mercurius inſtituit. Horatius *in Carminibus*, *Gymnici ludi.* *Funebres.* *Palaſtra.*

Mercuri facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decora
More palaſtra.

Aleæ verò teſſerarumque ludum, & pilæ, cæteraq; luſoria animi recreādi gratiâ inventa, prętèrquā talaria, Lydi populi Aſiæ, *teſte Herod. lib. 1.* omnium primi excogitaverūt. Quare miror Pliniū ab Herodoto diſcrepare, qui *in ſeptimo* ſcribit Pythum quendam luſoriā pilam reperiſſe: niſi fortaſsè alter eorum de alia pila (ſunt enim plura pilarum genera) intellexerit. Atqui Lydos ejuſmodi aleatorias artes non tàm voluptatis, quàm compendii gratiâ excogitaſſe, Idem Herod. tradit. Nam cum gravitate annonę patria premeretur, ſic famem conſolari ſolebāt, altero quidem die cibum ſumētes, altero ludis operā dantes. Eſt vel aliud ludi genus quo calculis in tabula luſoria, id eſt, fritillis & alveolis luditur, inventum olim circiter annū orbis conditi, ter milleſimū DCXXXV, à quodā viro ſapiente, nomine Xerxe, qui ita tyranni ſævitiam coercere metu, ac eum documento monere volens, oſtendit majeſtatem ſinę viribus hominūq; adminiculis, parū admodū valere atq; tutā eſſe, quando per iſtiuſmodi ludū ſatis *Alea & Pila.* *Famē aleâ pellere.* *Luſus latrunculorū.*

parebat regem facile oppreſſum iri, niſi invigilaret, à ſuisq; defenderetur. Vocavit hodie hoſce calculos, ſeu ſcrupos furunculoſve quibus præliando ludimus (eſt enim certamen inſtar prælii) ſchacos, à ſcandendo forſitan dictos, quod calculi cum movētur, in alteram adverſariam partem ſcandere videātur. Ludus omnibus notus eſt, quare ſatis de eo habeo dictū, cum mōſtraverim originē. Cæterùm de teſſeris ac talis appoſite aliquid diſputemus, cum hæc ludicra ſint tam notiſſima, quàm eorū nomen multis adhuc nōn planiſſimum factum videatur.

Schachicus ludus.

Sanè teſſeram dicimus, quod ex omni parte quadrata ſit, quæ octo habet angulos, & ſex latera pūctis notata, qua in tabula luſoria plurimū luditur Vulgus teſſeram vocitat talum, ſive per diminutionem taxillum, qui nūnc nuſquam ferè gentium in uſu eſt, tantū abeſt ut ille quid ſit talus intelligat.

Teſſeræ forma.

Talus.

Porro talus eſt oſſis genus, quod in articulis pedum duntaxat poſteriorū eminens, cōcava in vertebra ſuffraginum, quæ eadē ſunt in poſterioribus animaliū pedibus, atque genua in prioribus: ligatur ſolidis nervis forma ponè quadratū, & parte alterā concavum, alterā aliquantulum curvum, eſtq; animalibus biſulcis, hoc eſt, bobus, ovibus, capris, damis, & reliquis, præterea nullis aliis ſolidas ungulas aut digitos habentib°.

Talus in animalibus.

Hoc genere oſſiculi veteres ludebant, ſic: Latus quod unicū numerū notabat canis aut canicula appellabatur: ſi quis jactando caniculum vertiſſet, is nummū unū deponebat, vel quantum inter ludentes conveniſſet. Unde Perſius.

Canicula in talo.

— Damnoſa canicula quantum Raderet.

Contra in altero latere Venus ſive Cous dicebatur, ſeptenariū numerū ſignificans Is qui eum numerū jactando talos reddidiſſet, ſex lucrabatur, & quidquid etiam ex jactu caniculæ depoſitum eſſet. Duo alia latera Chius & Senio nominabantur, & ille ternariū, hic quaternariū ſignificabat: quippe in talis, neq; binarius

Venus in talo.

Chius.

Senio.

neq;

neq; quinarius erat numerus. Igitur qui chium jactabat, tres numeros: qui ſenionem quatuor lucrabatur, qui propterea dexter nuncupabatur. Perſius:

—Quid dexter ſenio ferret,
Scire erat in voto.

Si enim pluribus poſitis talis eadẽ foret facies, pro uno accipiebatur, quia diverſitas numerum augebat. Fuit & alius ludendi modus, per Vulturios ac Herculẽ baſilicum. Plautus: *Vulturii, Hercules baſilicus.*

Talos poſcit ſibi in manum, provocat me ad aleam,
jacit vulturios quatuor:
Talos arripio, Herculem jacto baſilicum.

Ita apud nos ſexcenti ſunt modi ludendi ad aleam: eſt enim alea omnis fermè ludus, qui in varietate fortunæ conſiſtit, ut ſunt teſſeræ, cum primis & chartæ luſoriæ, cum quib. qui ſe valdè delectant, maximè omniũ ſemper egent. Sed talorum uſus haud penitus obſolevit. Vidi ego in Flandria mulieres talis ludentes, quę multos habebant vario colore pictos, vel ex ebore factos, quem admodũ veteres præter naturales talos, ex alia materia factis uſos eſſe memoriæ proditũ eſt. De origine verò ludi non habeo quicquam certi tradere. Ratio ipſius ludi, quam ſupra poſuimus, videtur ſignificare Romanũ eſſe inventũ: fuit tamen celebris & apud Græcos: ſiquidem Euripides talorũ numerũ uſq; ad quadraginta auxiſſe fertur. Talus Græcis ἀςραγάλ@- dicitur. Alia quoq; fuerunt apud antiquos ludorũ genera, quibus etiã nunc utimur, auctorib[9] tamen minimè proditis, ut illud, par impar ludere: cum quis nummos manu occultat, petitq; ab altero, par ne, an impar eorum numerus ſit? Suetonius *de Auguſto*, Scripſit ad filiã: Miſi tibi denarios ducẽtos quinquaginta, quos ſingulis cõvivis dederã, ſi vellẽt inter ſe poſt cœnã, vel talis, vel par impar ludere. Itẽ aliud digitis ſortiri quod fit, cũ duo clauſis manib[9], vocando certum numerum, ſubindè digitos porrigũt. Verbi cauſâ, ego tres digitos

Alea quid. *Aſtragalus* *Par impar.* *Sortiri digitis.*

explico, tu totidē, ipſe quatuor nomino, tu verò ſex: ita tu qui numerum vocando divinaſti, jam viciſti. Et quia digiti ita explicati ſubitò apparent, idcirco per metaphoram micare dicitur. Varro: Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meū ſequatur. Italis ludus not⁹ eſt vulgoq; Mor appellat, q. μωρῶν, id eſt, ſtultorū ludus, quod digitorū jactatio ſignū ſit levitatis: ideò virū gravem micare non decet.

Micare. *Mor ludus.*

CAPUT XIV.

De quorundam ludorū origine apud Latinos.

Lupercal. Lupercal, quod, *auctore Dionyſio* ſpelunca erat ſub monte Palatino ab Evandro ſacrata Pani Deo Arcadiæ, qui Lycæus dicitur, ex eo dictum nonnulli autumant, quia ibi per caprū luebatur, hoc eſt, ſacrificabatur: tametſi Plutarchus *in Vita Romuli* propriū ejus celebritatis fuiſſe inquit, ut Luperci canē immolarent. Alii ſcribūt à lupa, quæ ibi Romulū & Remum nutriſſet, aut quod hic locus, quod veriſimilius eſt, Pani Lycæo conſecratus eſſet: λύκος enim Latinè lupus dicitur: aut quod Pan lupos arceat. Undè lupercalia ludicra, quæ, *teſte Plutarcho*, expiationis causâ fiebat, Lycæa dicta, à Pane Lycæo numine Arcadico, quem, *auctore Livio ab Vrbe cond.* Romanū Janum vocabāt, & idem putabatur eſſe Faunus, vel, ut Feneſtella tradit, Sylvanus. Sacrificabatur autem Lycæo, menſe Februario, in hunc fermè modum: Juvenes nudi Lycæū Pana venerantes per luxum atq; laſciviam, currebant, ferentes ſcuticas ex caprinis pellib. factas. Undè Feſt⁹ tradit crepos, id eſt, lupercos à Romanis dictos, à crepitu pellicularum quem faciebant verberātes. Mulieres ultrò ſe ad verbera offerebant, arbitrātes eam rem ad fœcunditatem conducere. Juvenalis:

Lupercalia *Lycæa.* *Luperci.*

Nec prodeſt agili ; palmas præbere luperco.

Hoc autem ludicrum Evander ex Arcadia primus in Latium intulit. Ovidius: *Tranſ-*

Tranſtulit Evander ſylveſtria numina ſecum.

Teſtatur idem Vergilius in 8. *Livius, Dionyſius & Feneſtella.* Quod verò nudi currebant, Trogus, & Ovidius *lib.* 2. *Faſt.* ex imitatione habitus ipſius Dei cui hæc ſacra fiebant, hunc morem fluxiſſe tradunt. Sed Feneſtella & Servius alias etiam hujus rei rationes reddũt, quas Ovidio latè proſequente, ego in medium proferre ſuperſedeo. In iis autem ludis, quod non longè ab re eſt, M. Antonius nud⁹ & perunctus, *auctore Appiano in ſecundo de bellis civilibus*, Cæſaris capiti diadema intulit. Erant deinde Circenſes: ſic enim appellabant, quaſi circũ enſes: nam *teſte Servio ſuper tertio Georgic.* cum rudis vetuſtas nondum loca hujuſcemodi ludis apta ædificaſſet, inter enſes & flumina eos celebrabat, ut ab utraque parte eſſet ignavis præſens periculum. Exin Circus, id eſt, locus muris ſeptus ab ipſis Circenſibus denominatus, in quo ludi fiebant, ædificatus eſt, de quo Livius *ab urbe condita* ait: Tum primũ Circo, qui nunc Maximus dicitur, deſignatus eſt locus. Diſponebatur autem Circus in formam ſpatii oblongi, & in ſummitate circi carceres erant, unde equi curribus vincti ad curſum movebãtur, & cum ad ſummum deveniſſent revolvebantur, donec ad priorem metã devenirent. Exercebãtur etiã pugiles in medio loco muneribus collatis. Vergilius *in quinto Æneidos*:

M. Antonius.

Circenſes ludi.

Circus, ejuſq; forma.

Pugiles.

Munera principio ante oculos circoque locabant.

Solennes deinde manſere hujuſmodi ludi Romani & magni varieque appellati. Erant inſuper Saturnalia, quorũ dies lætitiæ pleni erant & menſe Decemb. magnificè apparateque celebrabantur. Hinc Martialis *in Xeniis* dicit:

Saturnalia.

Poſtulat ecce novos ebria bruma ſales.

In quibus *ut idem teſtis eſt*, amici inter ſe munera mittebant, & quæ primò mittebantur, Xenia quaſi hoſpitalia, hoc eſt, ad hoſpites miſſa vocabantur: ξένος enim græcè hoſpes appellatur: quæ verò remittebantur,

Xenia munera.

Apophoreta. apophoreta, quod ἀποφέρειν ſignificat referre. Hæc autem ſacra, Janus, *auctore Macrob.* Saturno, qui cũ unà concors regnavit, primus inſtituit: quidam à Pelaſgis, alii ab Athenienſibus, ut idem dicit, ortũ habuiſſe volunt. Et quoniam ſub Saturno omnia communia erãt, hinc *teſte Juſtino in 43. ſuæ epitomes*, cautũ erat, ut Saturnalibus exæquato omniũ jure paſſim in conviviis ſervi cum dominis recunberent. Erant & ludi gladiatorii quos divus Cyprianus *ad Donatum* execratur: *Gladiatorii ludi.* Paratur, inquit, gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium hominum ſanguis oblectet: homo occiditur in hominis voluptatẽ, & quis poſſit occidere, peritia eſt, uſus eſt, ars eſt, ſcelus non tantum geritur, ſed docetur. &c. De eorũ autẽ origine & cauſa Julius Capitol. *in vita Max. & Balbini ſeu in ipſum* hæc commemorat: Multi dicunt apud veteres hanc devotionẽ contra hoſtes factа, ut civium ſanguine litato ſpecie pugnarũ ſe Nemeſis, id eſt, vis quædam fortunæ, ſatiaret. Alii hoc literis tradunt quod veriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, ut vulnera, & ferrũ & nudas inter ſe cohortes, ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerent aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent. *Ludi gladiatorii cur instituti.* Hinc mos tractus videtur ut Imperatores ad bellũ proficiſcentes munus darent gladiatorium. Habebant præterea plura ludorum genera, quæ Campus Martius, *ut in Offic. Cicero ait*, juvenibus exercitationis bellicæ cauſa ſuppeditabat: quæ nos hic ſtudio brevitatis omittim⁹, alibi reliqua dicturi, *libro 4. cap. ult.* cum eos exponemus ritus, qui hodie apud nos quoque ſervantur, & ludos, qui religionis cauſâ inprimis fiebant.

CAPUT XV.

Quis primus invenerit Inducias, & Fœdera, & de eorundem vario faciendorum ritu: ac quot eſſent genera.

INducias primus omnium, *auct. Plin. lib. 7.* invenit Lycaon. Sunt autem induciæ, (non eſt enim hoc ſilentio prætereundum) pactum quoddam & ceſſatio pugnæ, manente tamē bello, *uti teſtis eſt Gellius in primo Noctium Atticarum.* paucorum dierum hoc eſt, ut uſq; ad certum diem non pugnetur, nihilq; incommodi detur, ſed ex eo die poſtea uti jam omnia belli jure agantur. Quin etiam horarum quoque atq; annorum induciæ ſunt. Gell. enim *in prænotato libro* tradit: in primo Annalium Quadrigarii ſcriptum eſſe, L. Pontium Samnitiem à dictatore Romano ſex horarum inducias poſtulaſſe, Livius vero *ab Urbe cond. libro* 1. Induciæ, inquit, Vejentibus in 40. annos datæ. Et *in* Cæriti populo in centum annos. Fœdera, idem Plinius eſt auctor, Theſeum primum compeſſe. Sed Diodorus *lib.* 6. Mercurio aſſignat, ita ſcribens: Tribuunt præterea Mercurio pconia, diſſidia, ac fœdera, quæ in bellis fiunt. *Hac ille.* Verùm ego puto Theſeum apud Græcos duntaxat fœderis auctorem fuiſſe, quando ex Joſepho, *de Antiq. Iud.* facile deprehendimus cum antea, tum Cecropis temporibus, poſt quem *teste Euſebio in decimo de Præparatione Evagelica*, omnia apud Græcos memoriâ digna narrantur fœderis paciſcendi morē apud Aſſyrios & Ægyptios, nonnullosq; alios fuiſſe, ſed præſertim apud Hebræos Nam Jacob, qui multo ante Cecropem fuit, *apud eundem Joſephum legimus*, cum Laban ſocero fœdus feciſſe: deinde Moſen, qui *auctore Euſebio* Cecropis tempore fuit, ultrò certum fœdus obtuliſſe quibuſdam regibus, cum ſibi per deſerta loca tutum iter peteret. Exin etiam Jeſum Moſis ſucceſſorem cū Gabaonitis fœdus percuſſiſſe conſtat. Quapropter hujus rei certū auctorē temporis longinquitate obliteratū, nequaquam in lucem proferri poſſe duco. Fœderum autem tria olim fuiſſe genera reperio: unum, cum bello victis dabantur leges à victore, ipſius-que jus & arbitrium erat, ex iis quæ deditæ fuiſſent

Induciæ quid.

Fœderum institutio.

Jacob.

Moſes.

Joſua.

Fœderum tria genera.

habere quæ vellet; & mulctare. Alterum, cum bello pares æquo fœdere in pacem & amicitiam veniebant: tunc enim fas erat repeti res, reddiq; ac componi eas per quas poſſeſſio turbata foret. Tertium, cum qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coibant: tum ii neq; dare, neq; accipere leges debebāt, id quod aut victoris aut victi eſſe conſtat. Fœdus præterea alio alibi ici conſuevit modo; apud Romanos enim, *teſte Livio ab Vrbe condita, Volumine primo*, fecialis ſacerdos ex juſſu regis, ſumptâ ex arce graminis herbâ purâ, *ut in noſtris proverbiis docuimus* feriebat porcum ſilice, dicens: Sic à Jove feriatur is, qui ſanctum hoc fregerit fœdus, ut ego hunc porcum ferio, &c. At Polybius *libro* 2. cum de primo fœdere inter Romanos & Carthaginēſes icto meminit, alium ritum fuiſſe demonſtrat: ait enim, Simulatque de fœdere inter patres convenerat, fecialis ſumpto in manibus lapide, dicebat, Si ſine dolo malo hoc fœdus facio, dii mihi cuncta felicia præſtent: ſin aliter aut ago aut cogito cæteris ſalvis, ſolus ego peream, ut hic lapis e manib⁹ meis decidat: & mox lapidem dejiciebat. Arabes autem quoties fœdus faciebant cum aliis, quidam medius inter utrumque ſtans, acuto lapide feriebat volam, juxta majores digitos ipſorum qui fœdus agebant: deinde ſumpto flocco ex utriuſq; veſtimento inungebat eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter unguentum invocans Dionyſium & Uraniā. Hoc acto idem qui fuerat ſequeſter fœderis inter amicos contrahendi, vadabatur pro hoſpite, aut fortè pro cive, ſi cum cive res agebatur. Quod fœdus & ipſi qui amicitiā contrahebāt, ſervare juſtum cenſere. Scythæ vero hoc quippe modo ſanciebant: Infuſo in grandem calicē fictilem vino, commiſcebant eorum ſanguinem qui ferirent fœd⁹ percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulū corporis, deinde in calice tingebāt ſagittas, ſecurim, jaculum; hæc ſimulatq; feciſſent ſeſe multis

Fœderis feriendi mos apud Romanos.

Arabes.

Scytharum fœdus.

multis verbis devovere, poſtea vinum epotare, non modo ii qui fœdus faciebant, ſed etiam comites illi, qui erant maximæ dignitatis. Sic ferme apud Romanos jusjurandum inter factioſos confirmabatur, teſtificante Saluſtio, qui ſcribit Catilinam humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circumtuliſſe ſociis conjurationis, & eos ſigillatim deguſtaſſe, quo inter ſe magis fidi forent. Atqui hodie illud idem fit inter eos, qui aliquod inſigne ſcelus faciendum conſpirant. Itē Barcæi pactionem in hanc formulam conflabant: Feriebant enim fœdus ſuper occultam foſſam & quo ad humus ea ita ſe haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratum fore ſentiebant, *auctor Herodo. lib. 3. 4. & 5.* Et ſic alii alio pacto deniq; faciebant, id quod ſi perſequi vellem, eſſem profecto longior æquo, ſimulq; parum utiliter excluderer tempore. *Catilinaria conjuratio.* *Barcæi.*

CAPUT XVI.

A quo mos Triumphandi fluxerit, & quis primus apud Romanos Triumphum, aut Ovationem duxerit, ac queis triumphare, aut ovare liceret, & de ritu uſpiam ponendi Trophæi.

DIonyſium, hoc eſt, Liberum patrem primum omnium multarum gentium ſpoliis onuſtum triumphaſſe, Diodor. *lib. hiſt 5. & 6.* & Plinius *in 7.* atq; Solinus tradunt. Deinde apud pleroſq; populos uſus triumphandi increbuit: nam Carthaginēſium Imperatores rebus benè geſtis, triumphum ducere ſolebant, *dicente Juſtino libro ſuæ epitomes.* 19. Haſdrubal graviter vulneratus, imperio Hamilcari fratri tradito, interiit, cujus mortem tum luctus civitatis, tum & dictaturæ 11. & triumphi quatuor inſignem fecere. Verū apud Romanos præcipuus triumpho honor fuit: Romulus enim primus omnium, *teſte Dionyſio* devicto *Triumphādi mos.* *Romuli triumphus.*

Acrone Ceninenſium rege, lauro coronat⁹ & quatuor vectus equis, urbem ingreſſus eſt, ſpoliaq; hoſtilia Jovi Feretrio conſecravit. Cæterùm Livius de corona laurea & curru in hac pompa non meminit, neq; Plutar. in vita Romuli, Eutropius verò primum triumphum Tarquinio Priſco tribuit, devictis Sabinis. Sed deinceps pompa triumphi inſolens atq; ſumptuoſiſſima omnē priſcæ mediocritatis formā exuit, modumq; exceſſit: nam triumphantes vehebantur equis albis, quibus primus omnium *teſte Liv. ab Urbe cond. lib. 5. & Plut.* Camillus uſus eſt, ejuſque triumphus ea de cauſa clarior fuit, quàm gratior, & curru inaurato, coronâ, *ut teſtis eſt Gellius*, aureâ redimitus, & devictus hoſtis honorat⁹ colla catenis currum ſequebatur, præeunte ſenatu, & ſic in Capitolium aſcendebant ad templum Jovis Opt. Max. ubi mactato tauro albo, deinde domum redibāt.

Pompa triumphi inſoleſcens.

Camillus triumphas.

Ovatio unde dicta.

Erat præterea minor triumphus, quæ Ovatio appellabatur, vel quia, *ut Plut. ſentit in vita Marcelli*, ovis mactabatur: vel quia *ſicut Feſto placet* redeuntes ex pugna victores milites lætabundi ingeminabant O literam. Ovandi autem ac non triumphandi, *auct. Gell. l. 5.* cauſa erat, cum aut bella non ritè indicta, neq; cum juſto hoſte geſta erant, aut hoſtium nomē humile, ut ſervorum, aut deditione repente factâ, ſic incruenta victoria obveniſſet, minuſve quinque millia hoſtium unâ acie cecidiſſent: ita enim lege exceptum erat. Et ne prior lex ex cupiditate laureæ antiquaretur, ei altera ſuppetias tulit, quæ Imperatoribus pœnam minabatur, qui aut hoſtium occiſorum, aut amiſſorum civium falsū numerum literis ſenatui auſi eſſent referre, *auctor Val. Max. lib. 2.* Non fiebat inſuper jus omnibus triumphādi, licet res triumpho dignas geſſiſſent, quod quatenus Livius *vol. 1. de bello Maced* pleniſſimè declarat, ejus ideo verba ponam: ait enim, Per idem tempus L. Cor. Lentulus proconſul ex Hiſpania rediit, qui cum in ſenatu res ab ſe per multos annos fortiter feliciterq; ge-

Lex victoria.

Jus triumphandi.

ſtas

ſtas expoſuiſſet,poſtulaſſetq; ut triumphāti ſibi invehi liceret in urbem,res triumpho dignas eſſe cenſebat ſenatus,ſed exemplū à majoribus non accepiſſe,ut qui neq; Dictator, neq; Conſul,neque Prætor res geſſiſſet, triumpharet. Et infra ſuggerit: Et Senatuſconſulto L. Lentulus ovans urbē eſt ingreſſus. Ovantes verò, *teſte Plin.l.15.* myrto coronabantur; quia hæc arbuſcula, *ut Plut. ait*, vim maxime bellumq; peroſa eſt, & equo vecti ibant, militibus deinde comitantibus in Capitoliū, ubi ex ove ſacrificabant ſicut triumphantes ex tauro. Ac Lacedæmonii,ut hoc quoq; cōmodum ſubnectam *auct. Plut in vita Marcelli* contrario Romanorū more,cum bellum dolo malo confeciſſent, taurum mactabant:ſin armis rem geſſiſſent gallum.Sed ad rem redeamus.Sabinus Maſſurius *teſte Gell.* pedib. ingredi ovantes dicit,ſequentib.eos nō militibus, ſed univerſo ſenatu,Primus autē omniū *auct. Plin.l.15.* Poſthumius Tubertus ovans ingreſſus eſt urbē.Fuit item *teſte Cic. lib.poſteriore de inventione*,uſus Græcis,cū inter ſe bellum geſſiſſent,ut hi qui viciſſent,trophæum aliquod in finib.ſtatuerent,victoriæ modo in præſentia declarandæ cauſâ,non ut in perpetuū belli memoria maneret. Quare cum Thebani aliquando Lacedæmonios bello ſuperaviſſent,& & æneum trophæum poſuiſſent,apud cōmune Græciæ cōcilium accuſati ſunt, quod contra, quā ritus eſſet ęternum inimicitiarum monumentum ſtatuiſſent.Sed cōſuetudo vetus fuit,ut eo loci ubi hoſtes devicti fuiſſent,arborū ramos inciderēt,& in truncis ſuſpenderent ſpolia hoſtibus detracta,aut in montibus idem facerent. Sic Æneas de Mezentii exuviis trophæum poſuit,*Vergilius lib.11. Æneidos,*

Corona ovantis.

Lacedæmoniorum ſacrificia.

Trophæum erigere.

Spolia ſuſpendere.

Ingentem quercum decisis undique ramis
Conſtituit tumulo,fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, tibi magne trophæum
Bellipotens aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaque trunca viri.

Cæterum cum de coronis facta ſit mentio, non alienū erit earum originem ſubjicere.

CAPUT XVII.

Qui primi Coronas invenerint, & de variis earum generibus, & à quibus cives coronandi conſuetudo manaverit, & de uſu coronarum in conviviis, inibique locus Vergilii enodatus: ac undè mos, ut coronati ſupplicarent Deo, epularenturque in funere faciundo, ac ſpectarent ludos.

Coronarũ inventio. CORonarum repertorem, *teſte Plin. lib. 16.* ferunt Liberum patrem fuiſſe, qui primus omniũ impoſuiſſet capiti ſuo coronam ex hedera: Poſtea deorum honori ſacrificantes ſumpſerunt, victimis ſimul coronatis. Reperimus tamen longè antiquiorem coronarum uſum: nam Moſes, qui multis ſeculis, *ut teſtis eſt Euſebius in* 10. *de Evangelica præparatione*, præceſſit Liberum patrem, multas aureas coronas fecit, de quibus Joſephus plenè meminit *in* 3. *antiquitatum*, cũ de ſacerdotum indumentis loquitur, & *in* 8. ſcribens: Corona verò in qua Deũ Moſes inſcripſerat, una fuit, quæ ad hunc uſq; diem permanſit. *Coronum materia.* Principio ex arborũ ramis fieri coronas in ludis & ſacris certaminibus mos fuit, poſtea variâ florum miſturâ componi cœperunt. Has Glycera primum adinvenit, *ut ait Plin. l. 35. c. 11.* cum de Sicyonio pictore meminit: Amavit in juventa Glyceram municipem ſuam, inventricem coronarum, certandoq; imitatione ejus ad numeroſiſſimam florũ varietatem perduxit artem illam. Verùm idem *lib.* 21. utriſquè hoc potiùs aſſignare videtur, ſcribens: Poſtea variari cœptum miſtura verſicolori, florumq; invicem odores coloreſq; accendere Sicyonii ex ingenio Pauſię pictoris atq, Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi, cum opera e, us pictura imitaretur. *Corona hyberna.* Paulò poſt ſubiere quæ vocantur Ægyptiæ, ſive hybernæ, tunc cum terra horret, facta è bracteis ligneis ſive eburneis, variis colori-

ſoribus infectis. Venerunt deinde è lamina ænea tenui inaurata aut argentata, quæ propter gracilitatem corollæ dicuntur. Craſſus autem dives, *auct. Plin. l. 21.* primus ſuis ludis coronam aureis argenteiſq; foliis dedit, & alii alias, obliteratis tamen eorum nominibus. Hinc deniq; multijuges coronæ manarunt: erant enim militares coronę, id eſt, triumphalis, qua donabantur Imperatores: muralis, quam Imperator dabat illi, qui primus muros ſubiiſſet: caſtrenſis, qua eum donabat Imperator, qui primus in hoſtium caſtra pugnans introiſſet: navalis, qua donari aſſolebat is, qui primus in hoſtium navem tranſiliviſſet, & hæ ex auro fiebant: ſed triumphalis ab initio ex lauro fuerat: oleagina, qua, uti antea diximus, victores in olympico ſtadio donabantur: myrtea, qua ovantes coronabantur: obſidionalis, quam Plin *in* 22. cunctis coronis præponit: hanc autem illi qui liberati erant obſidione, dabant ei duci, qui liberaſſet, & ea graminea erat, ex eo gramine quod ibi natum fuerat, ubi obſidebantur. Erat præterea civica corona proculdubio celeberrima, quam civis civi à quo ſervatus fuiſſet in prælio, teſtem vitæ ſalutiſq; perceptæ dabat: ea fiebat ex fronde querna, quoniam quercus primum mortalibus victum præbuiſſet: vel quia, *ſicut* P*lut. placet.* Jovis, in cujus tutela ſunt civitates, ſacra quercus eſt: vel aliis de cauſis, quas ipſe *in vita Coriolani* affatim exponit. De hac Plin. *lib. 16.* meminit, appellans eam militum virtutis inſigne clariſſimum. Ex quo non temerè Antoninus Pius, *teſte Capitolino*, Scipionis auream illam, ut ita dixerim, ſententiā frequenter uſurpat, dictitans, malle ſe unum civem ſervàre, quàm mille hoſtes occidere. Hanc autem conſuetudinem cives coronis donandi, *auct. Valer. Max. l* 1. Athenienſes primi omnium introduxerunt, hoc honore uberrimo virtutis alimento primùm Periclem decorantes. Erāt inſuper coronę gemmatę, vallares, roſtratæ, & ſpicea, quam Plin. *libro* 18. tradit primam apud Roma-

Corona varia. *Muralis.* *Corona triumphalis.* *Obſidionalis.* *Civica.* *Quercus ſacrata.* *Scipionis dictum.* *Corona Gemmata.*

Romanos fuiſſe coronam. At coronas ex cinnamo, idẽ auctor eſt *in duodecimo* interraſili auro incluſas; primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit Imperator Veſpaſianus. Sic demum eo coronarum luxuria proceſſit, ut Græci in cõviviis, ſympoſiisq; (ita enim græcè compotationes vocantur) coronis uterentur, infunderentq; in pateris hilaritatis gratiâ. Cujus rei, *ut in tertio hujus operis volumine dicemus*, Jones auctores extiterunt. At illud Cleopatræ exemplum occurrit: nam apparatu belli Actiaci gratificationem ipſius reginæ Antonio timente, nec niſi prægustatos cibos ſumente, cum eo luſit extremis coronæ floribus. venenatis, ſanè procedente hilaritate invitavit Antoniũ, ut coronas biberent: ecquis ſcil. iſtas timeret inſidias? Ergo conjectâ in ſcyphum coronâ, Antonio incipienti haurire, oppoſitâ manu, En ego ſum, inquit, illa, chare Antoni, quã tu nova prægustantium diligentiâ caves: adeo mihi ſi poſſem ſine te vivere, occaſio & ratio nocendi adeſt, Inde eductum è cuſtodia vinctum bibere juſſit, qui ſumpto potu, illicò occidit, *auct. Plin. l. Nat. hiſtor.* 21. Artaxerxem etiam Perſarum regem potatione coronâ eſſe uſum è Plutarcho *in vita Pelopida* accepimus. Ad hunc igitur bibendi morem dixerim poëtam alluſiſſe *in* 1. *Æneidos*, illo verſu.

Corona in conviviis.

Cleopatræ facinus.

Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Et *in* 7. *ejuſdem operis.*

Crateras læti ſtatuunt, & vina coronant.

Vinum coronatum.

Item moris fuit olim Italorum ut coronati ſupplicarent Deo, pro ſe ſuisq; Sic *teſte Cic. l. Tuſc.* 1. *& ad Attic.* 8. Neapolitani coronati ac municipia vota fecerunt, pro Pompejo ægrotante. Sic Græci epulabantur, dum funus facerent, idẽ Cicero auctor, *qui l. de Legib.* 2. *cum de ordine exequiarum apud Græcos meminit, ita ſcribit.* Sequebantur epulæ quas inirent propinqui coronati. Sic Romani coronati ludos Romanos ac Apollinares, *auct. Liv. l. extremo* x. *dec.* 1. *&* v. *decad.* III. ſpectabant.

Sicq;

Sicq; hodie cum alibi tum apud Anglos, ſtatis ſolennibuſq; diebus ſacerdotes coronati in ſupplicationibus publicis incedunt, & præſertim Lõdini ſacerdotes Paulini, menſe Junio, die divo ipſi Paulo Apoſtolo ſacro, qui ſimul omnia ejus diei ſacra coronati curant, faciuntq;. Sed jam ad unguentum tranſeamus, quod haud, quanquam minus quàm coronæ, ad luxum pertinet. *Sacerdotes coronati.*

CAPUT XVIII.

De Antiquiſſimo uſu Unguentorum, & quando primum ea cognita Romanis

QUis primus unguenta invenerit, non traditur, Iliacis temporibus non erant, ait Plinius. Cui Joſeph. *in 2. antiq* minus aſſentiri videtur, ſcribẽs: Jacob qui, *teſte Euſebio*, multis tempeſtatib, ante Trojanum bellum fuit, miſiſſe in Ægyptũ ad Joſeph filium ſuum, id temporis apud Pharaonẽ annonæ præfectum, inter cætera munera, unguentum. Et *in 3. ejuſdem operis* cum de purgatione tabernaculi & ſacerdotum ſermonẽ habet, quam Moſes inſtituit. qui fuit ante CCCL. annos, quã Troja exciſa eſt, ait: Purificavit autẽ & tabernaculũ & ſacerdotes hoc modo: ſumpſit ſiclos quingentos, & totidẽ ireos cinamomi & calami (eſt autẽ & hæc ſpecies ſuavis odoris) priorẽ menſurã, & medietatẽ horum juſſit contuſam miſceri, oleiq; olivarum põdus menſuræ provinciæ, quæ dicitur Hin, duas choas Atticas capiens: quibus permiſtis & coactis facta eſt, arte unguentariorum unctio ſuaviſſima, *& reliqua*. Ex quo cum hujuſmodi Hebræorum antiquiſſimos unguento uſos conſtet, eos hujus rei auctores fuiſſe, haud credere abſurdum fortaſſe fuerit: nos tamen hanc rem in mediore linquimus. Sed Plinius *in 13.* & Solinus prodiderunt, primum caſtris Darii Regis expugnatis, in reliquo ejus apparatu Alexandrum cœpiſſe ſcrinium unguentorum, poſteaq; voluptatem ejus à noſtra quoq; inter laudatiſſimã atq; etiã honeſtiſſima vitæ bona admiſſã eſſe. Verum apud Perſas, etiam ante Darium unguenta *Unguentum Moyſis.*

guenta fuiſſe teſtatur Herodotus *lib.3.* ſcribens, Cambyſem Cyri filium miſiſſe legatos cum maximis donis ad Æthiopũ Macrobiorum regem, inter quæ unguenti alabaſtrum fuiſſe: regem verò cùm ab Ichthyophagis (hi enim miſſi fuerant) rationem confecturæ hujuſmodi unguenti didiciſſet, id penitus aſpernatum eſſe. Quando autem primum ad Romanos unguentũ pervenerit, haud propalam eſt. Certum eſt, *teſte Plin. in 13.* Antiocho rege Aſiaq; devictis, Urbis anno DLXV. P. Licinium Craſſum, & L. Julium Cæſarem cenſores edidiſſe, ne quis venderet unguenta exotica, id eſt, externa, & aliunde aſportata.

CAPUT XIX.

Qui primi invenerint Aurum, Argentum, Ferrum, Plumbum, Aes, Fabrilia q; inſtrumenta, & ignem primo, dein è ſilice aut lignis, & folles, atq; lucernæ uſum.

Auri ſacra fames.

EX metallis quibus nunc humanæ conſtant opes, aurum pretioſiſſimum eſt, cujus habendi tanta mortales libido jam inde ab initio invaſit, ut in eo effodiendo jamjam ad inferos propemodum penetraverint. Ovidius *in 1. Metamorphoſeon,*

— Sed itum eſt in viſcera terræ
Quaſq; recondiderat, Stygiiſq; admoverat umbris.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Jamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodierat.

Undè de hominibus intentè fodientibus illud Phalarii dictum, Platonem brevi ad ſuperos adductum iri, Strabo *in 3. Geogr.* commemorat. Quare Diogenes, *teſte Laërtio,* rogatus: cur palleret aurum? admodum ſcitè reſpondit, Quia multos, inquit, habet inſidiatores. Hoc *auctore Plin. lib. 7.* Cadmus Phœnix ad Pangæum

Aurum cur pallea.

montem

montem primus invenit: ut aliis placet, Thoas, & Eaclis in Panchaja, aut Sol Oceani filius. Argentum verò Mercurius quintus, undè vivum argentum vulgò Mercurium appellant, vel Erichthonius Athenienſis, aut Cæacus. Ad Pangæum autem Thraciæ montem hæc metalla ideo, ut mea quidem fert opinio, primum inventa traduntur, quoniam ibi, *teſte Herod. libro* 7. aurum & argentum maximè abundat. Ferrum Idæi Dactyli in Creta adinvenerunt, Plumbum ex inſulis contra Celtiberiam ſitis, quas Strabo *libro* 2. Caſſiterides appellat; Midacritus primus aſportavit. Æs in Cypro inſula Cynirâ Agriopæ filius reperit, item forcipem, marculum, vectem, incudem, ex Plinio *libro 7. & 34.* à quo Solinus diſcrepat, ita ſcribens, cum de Creta loquitur; Calthis eadem habita eſt apud priſcos, *ut Callidemus auctor eſt*, ære ibi primùm reperto. Sicuti nec de ferro Clemens aſſentitur tradens Selmentem & Damnameneum Judæos in Cypro inveniſſe. Ærariam fabricam alii Chalybas, alii Cyclopes inveniſſe volunt, qui ferrariam primò exercuerint *auctor* Plin. Atqui, æris uſum Pannonios monſtraſſe Clemens tradit. Æs conflare Ariſtoteles ait Lydum Scytham docuiſſe: Theophraſtus Delam Phrygem putat. Strabo verò *libro* 14. *Geograph.* dicit Telchines populos ferrum & æs omnium primos eſſe fabricatos, utpote qui harpem, id eſt, enſem falcatum, Saturno fecerint. Compactionem ferri Glaucus Chius, *teſte Herod. in* 1. excogitavit. Auri conflaturam ipſe Cadmus, *ut ait Plinius* invenit. Cæterùm hæc ferè omnia Diodorus cùm Idæis Dactylis, tum Vulcano aſſignare videtur, ita *libro ſexto* ſcribens: Idæi Dactyli traduntur ignis uſum ac æris ferriq; naturam quoque modo fabricentur, in loco quem Berecynthum dicunt inveniſſe. *Et alibi*: Vulcanum, inquit, ferri, æris, argenti, auri, omniūq; quæ igne fabricantur, artem inveniſſe ferunt. Verùm hujuſmodi metallorum uſus in ipſo primordio propè orbis apud

Argentum vivum.

Ferrum.

Plumbum.

Æs.

Fabrica æraria.

Ignis uſus in metallis.

Hebræos, qui mortalium omniũ primi geniti ſunt, ex Joſepho *de Antiq. Jud*, in plerisq; locis fuiſſe deprehendimus, qui *volumine primo* ferrariam artem Tubalchain Lamech filio aſſignat, ſicut Clemens temperiem ferri Delæ Idæo attribuit, quamvis Heſiodus Delam ex Scythia fuiſſe affirmet. Quare eorum qui hujuſmodi rerum auctores produntur, alios alibi primos hæc metalla, etſi diu ante reperta, monſtraſſe par eſt credere. Ignem, *teſte Diodor. l. 1.* quidam ſacerdotes affirmãt Vulcanum reperiſſe, & eo beneficio ducem ab Ægyptiis conſtitutum. Vitruvius *in 2. de Architect.* dicit arbores ab initio ventis agitatis inter ſe terentes ramos hunc primum excitaviſſe: inde verò homines ligna adjicientes conſervaſſe. Alii hos Idæis Dactylis adſcribũt, ſed rectius profectò factitarent, ſi Deo cæli & terræ, ac cujuſq; rei quæ cæli ipſius ambitu cõtinetur, creatori, ut decet, hoc etiam humanæ vitæ adverſus vim frigoris præſidium, acceptum referrent. Ignem è ſilice Pyrodes Cilicis filius invenit, at eundem ſervare in ferula Prometheus docuit. *auct. Plin. in 7.* Hic magis meo judicio admiratione dignum occurrit exploratorum in caſtris paſtorumq. inventum, qui cum ad excutiendum ignem, non eis ſemper lapidis occaſio eſſet, ignem ex diverſis arboribus concipere didicerunt, dicente Plin. *in 16.* Calidæ morus, laurus, hedera, & omnes quibus ignaria fiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris paſtorumq; reperit. Teritur igitur lignum ligno, ignemq; concipit attritu, excipiente materiâ aridi fomitis fungi vel foliorum facilimè conceptum. Sed nihil hedera præſtantius, quæ teratur lauro: laurumq; terat. Folles verò, id eſt, inſtrumentum quo attrahitur ventus atq; emittitur ad ignem excitandum, Anacharſis Scytha, *teſte Strabone lib. 2. Geogr.* reperit.

Tubalchain. *Ignis inventio.* *Arbores ignifera.* *Hedera.* *Folles.*

Lucerna. Lucernæ uſum Ægyptii invenerunt: *auctor Clemens.*

CAPUT

CAPUT XX.

A quibus primum Nummus aureus inventus, aut quis Argentum & Æs ſignaverit: atque Speculum argenteum fecerit.

UTinã aurum, ſacra fames, ut poëta dixit, poſſet è vita hominum penit⁹ tolli, ab optimis quibuſque cõvitiis proſcriptum, id quod Crates ille Thebanus ita eſſe faciendum exemplo docuit, qui *teſte D. Hieron. contra Jovin. quamvis Laërtius aliter tradat,* projecto in mare non parvo auri pondere, Abite, inquit, peſſum malę cupiditates, ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis. Quod haud me hercule temere fecit: aurum enim etiam bonos, nedum pravos, tranverſos plerumq; agit. Quanto igitur cum rebus humanis felicius ageretur, ſi res ipſæ inter ſe permutarentur, ſicut Trojanis temporibus Homerus tradit factitatũ? Quãvis uſum pecuniarium ex quocũq; eſſent metalli genere, antiquiſſimum conſtet: quia apud Joſephum legimus, Cain Adam primi hominis filium anxię in cumulandas pecunias incubuiſſe. Peſſimũ itaq; vitæ ſcelus fecit, qui primus ex auro denarium ſignavit, quod Plinius *lib. 33.* penitus latére dicit, auctore incerto. Verùm Herodotus gravis utiq; auctor *in 1. hist. volumine* ſcribit, Lydos primos omnium nummum aureum & argenteum ad utendum percuſſiſſe. Quod Plinius fortaſsè minus ſilentio prætєriiſſet, niſi ibi, ut opinor, tantùm de Romano nummo locutus eſſet. Romæ autem, *ut idem Plinius ait*, nummus aureus percuſſus eſt anno Urbis DC XXXXII. qui cœpit deinceps ubiq; gentium cudi, & communis eſſe, & ille inprimis, qui quòd Romæ cuderetur, Ducatus eſt dictus, à Romano Ducatu, qui magiſtratus à Longino fuerat primum cõſtitutus, quem Juſtinus Imperator Narſeti Italiæ præfecto ſucceſſorum dederat. Argentũ primus omniũ, *auct.*

Crates aurum deteſtatus.

Pecuniæ uſus antiquiſſimus.

Aureus nummus.

Ducatus aureus.

Argentum ſignatum.

Strabone libro octavo Geogr. ſignari docuit Phædon. At Ephorus, *ut idem auctor eſt*, ſcriptis prodidit primò in Ægina à Phidone ſignari cœptum argentum. Ex quo, ut videre videor, hujuſmodi ſcriptores primum ab Herodoto, qui ſicut oſtendimus, Lydis hoc aſſignat, deinde inter ſe diſſentiunt, niſi in alterutro mendum ſit in dictione Phidone, unius mutatione literæ. Romæ ſignatum anno ab urbe condita, CCCCLXXXIV. auctor Plinius. Livius *itidem ab Urbe cond.* teſtatur ſerò eſſe ſignatum argentum. Eutropius verò *in 2. ſuarum hiſtor.* dicit nummum argenteum primum in orbe eſſe ſignatum, anno urbis Romæ circiter CCCCLXXXIII. primi autem Punici belli 6. Nota argenti, velut Plinius ait, fuere bigæ atq; quadrigæ. Æs Janus primus ſignavit. *Macrob. libro Satur*. 1. Hic igitur Janus cum Saturnum claſſe pervectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas, victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate muneravit, cum primus quoq; æra ſignaret: ſervavit & in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte ſui capitis effigies, ex altera verò navis exprimeretur: quo Saturni memoriam etiam in poſteros propagaret. Ovidius quoq; teſtatur *in primo* Faſt. ſcribens:

Æreus nummus.

Puppis in ære ſignata.

> *Multa quidem didici, ſed cur navalis in ære*
> *Altera ſignata eſt, altera forma biceps?*

Et deinde infert:

> *At bona poſteritas puppim formavit in ære*
> *Hoſpitis adventum teſtificata Dei.*

Quapropter miror hoc à Plinio, Servio regi Romanorum aſſignari, *lib. 33*. ita ſcribente: Servius Rex primus ſignavit æs, antea rudi uſos Romæ Timæus tradit: ſignatum eſt notâ pecudum, undè & pecunia appellata: cum præſertim ipſe etiam inferius de primo æris ſigno meminerit, dicens: Nota æris fuit, ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis. Sed Plinius, ut arbitror

Pecunia unde dicta.

uxor, forſitan intellexit, Servium ſicuti credere par eſt, æs ſignaſſe vel primum apud Romanos duntaxat, vel primum, ut idem *in principio libri* 18. *cap.* 3. dicit, ovium boumq; effigie: nam Janus multo ante conditam urbē, *teſte Macrobio* in Latio regnavit. Eutropius autem ſecus etiam ſentit *in primo* ſcribens. Saturnum nummos ęreos Latinis primum inſtituiſſe. Sed utcunq; res ſe habeat, Saturni tempore, vel paulò poſt inſtitutum ſignādi ęris cœpiſſe, jam liquidò liquet. Speculum argenteū, *auctore Plin.* 33. Praxiteles primus fecit Magni Pomp. ætate. Inventa ſunt item ſpecula ex ferro, plumbo, criſtallo, vitro, miſtiſq; materiis in quibus effigiem noſtram contemplamur, ab Æſculapio primo Appollinis filio: *auctor M. Tull. lib. de Nat. deorum* 3. *Speculum argenteum.* *Specula varia.*

CAPUT XXI.

De origine Annulorum, ac primo Gemmarum uſu, & cur digitus ſiniſtræ manus Minimo proximus, annulo cingi conſueverit.

CUm Prometheus, ut poëtæ tradunt, cæleſtem ignem furatus eſſet, ferunt Jovem illum in monte Scythiæ Caucaſo, ferreâ catenâ vinxiſſe, aquilamque addidiſſe, quæ jecore ejus aſſiduè renaſcente perpetuò paſceretur. Martialis: *Prometheus Caucaſo alligatus.*

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Aſſiduam nimio pectore pavit avem.

Poſt hæc Prometheum, ut ſibi Jovem conciliaret, hæc arte uſum fuiſſe: Jupiter amore Thetidis, conſpectâ ejus pulchritudine, fortè exarſerat, quod ſentientes Parcæ, quarum providentia non fallitur: cecinerunt quicunq; Thetidi connubio junctus eſſet, ejus filium patris gloriam longè ſuperaturū. Hoc cum fortè intellexiſſet *Prometheus*, Jovi renunciaſſe dicitur: qui veritus talionē, id eſt, ne quod ipſe Saturno patri feciſſet, *Fabula de primo annulo.*

à filio pateretur, omnem de Thetide cogitationem depoſuit. & ne erga Prometheum parum gratus videretur, vinculis eum liberavit: & ut liberationis ejus perpetua memoria foret, facto ex utraq; re, hoc eſt, ſaxo, ad quod alligatus fuerat, & ferro, ex quo catena conſtabat, annulo digitum ejus ſiniſtræ manus minimo proximum cinxit. Quæ prima annuli & gemmæ inventio fuit: quod Plinius *lib. 37.* probe nimirum ſentiens, fabuloſum appellat, dicens: Fabulę primordium à rupe caucaſea tradunt. Promethei vinculorum interpretatione fatali, primumq; ſaxi fragmentum incluſum ferro, ac digito circundatum, hoc fuiſſe annulum, & hoc gemmã. Quis tamen invenerit annulum, ipſe *in 33.* ait omnino ignorari. Cõſtat veteres, *ut idem autor eſt,* ferreo annulo eſſe uſos, &, *ut tertio bello Punico Appianus ait*, omnes præter tribunos uſurpaſſe: ac longo certè tempore ne ſenatum quidem Romanum habuiſſe aureos manifeſtum eſt, tam ſerò inventi ſunt; *qui in eodem libro* inquit: Nec Iliacis temporib. ullos fuiſſe annulos video. Nuſquam certè Homerus dicit, cũ & codicillos miſſitatos epiſtolarum gratiâ indicet, & conditas arte veſtes, ac vaſa aurea argenteaq; ea colligata nodi, non annuli notâ. *Hæc ille.* At in Geneſis libro *capite trigeſimo octavo*, patet Plinium nõ inveſtigaſſe annulorum vetuſtatem: ibi enim legimus Judam filium Jacob rem habuiſſe cum Thamar nuru ſua, & id feciſſe imprudentem, quod mulier mutato veſtitu perſonam diſſimulaverit, ac illi promiſiſſe munus, fideiq; ſervandæ pignus dediſſe annulum, & armillas. Item Joſephus cum *in tertio Antiquitatum* de veſtib. ſacerdotum meminit, quas Moſes cõſtituerat, qui, *ut ſæpius ex teſtimonio Euſebii oſtendimus*, fuit ante CCCL. & eò amplius annos, quam eſt geſtum bellum Trojanũ. Annulis etiam in veſtibus, aliiſq; operib. veteres Hebræos Iliacis temporibus eſſe uſos, ſic ſcribens teſtatur: Ad hæc autẽ inquit, tertio induitur indumẽto, quod dicit Ephod: ſic enim

Annulus ferreus.

Annulus Judæ.

enim hoc modo ut ſit textus ejus magnitudine cubiti de cunctis coloribus, auroque variatis, amplectens omnem pectoris locum. Et infra, Unitur Ephod cum rationali, annulis aureis per circulos ſingulos ſub æqualitate commiſſis, per vittam hyacinthinã, quæ immittitur pro ligaturis & conſertionibus alterutris annulorum. Et deinde ſubjungit: Cum ergo per ſe illi quos diximus, annuli ſint infirmi, nec poſſint pondus lapidũ ſuſtinere, alii duo majores *& rel q.* Et cum de menſa loquitur quàm idem Moſes fecerat, ait: & per ſingulos ejus pedes ſuperiore labio erãt annuli, per quos vectes deaurati mittebãtur. Idem teſtimonio eſt, jam id temporis gemmas cœpiſſe eſſe pretioſas ac celebres, cum dicat Ephod, quod nos ſuperhumerale vocamus, prout infra dicetur, cum de noſtrorum ſacerdotum indumẽtis ſermo fiet, habuiſſe in utroq; humero duos lapides, onyches, vel ut alii volũt ſmaragdos, & rationale duodecim fuiſſe ornatum lapillis. Hinc igitur, hoc eſt, ab Hebræis, ſi antea non fuerit, annulorum, gemmarumq; uſum fluxiſſe credamus licet, eorũ tamen veluti multarum quoq; rerum obliteratis certis auctoribus. Macrobius autem *libro Saturn.* 7. inquit: Veteres non ornatus, ſed ſignandi cauſâ, annulum ſecum circumferebant. Unde nec plus habere quàm unum licebat, nec cuiquam niſi libero: & imprimebatur ſculptura materiæ annuli ſive ex ferro, ſive ex auro foret. Poſtea uſus luxuriãtis ætatis ſignacula pretioſis gemmis cœpit inſculpere, & hæc certatim omnes imitatio laceſſivit, ut homines aliquantò ſtudioſius lapides pretioſos requirerent. Hinc factũ eſt, ut annulus in digito, qui minimo proximus eſt, ſiniſtræ manus geſtaretur, ne pretioſi lapides (eſt enim hæc manus otioſior) frangerentur. Vel ideò ille digitus, *ut idem Macrob. ait*, annulo ornatur, quia ab eo nervus quidam ad cor pertinet. Deinde *teſte Plin. l.* 33. gemmas violari nefas putarũt, ac ne quis annulis amplius ſignaret, ſolidas gemmas addiderunt. Annuli

Annuli in veſte ſacerdotali.

Gemmæ pretioſa.

Annuli uſus

Annulus cur in manu ſiniſtra.

Ordo equeſtris. inſuper, ut hoc quoq; ponam, apud Romanos diſtinxerunt alterum ordinem, id eſt, equeſtrem cujus ipſi annuli notæ erant, à plebe, ut ſemel cœperunt eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis ſenatum tantùm.

CAPUT XXII.

De origine Vitri, & Electri, & quis primus invenerit Minium, & Myrrhina in urbem aſportaverit, & de Cryſtallo.

Vitri origo. QUoniam Plinius *lib. Natur. hiſt. 36.* de vitri origine eleganter ſcribit, ejus ideo verba ponam, quæ ſunt: Pars eſt Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Judææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Candebœa, ex ea creditur naſci Bel' *Candebœa palus. Belus amnis.* amnis, quinq; milliũ paſſuum ſpatio in mare profluens juxta Ptolemaidem: lentus hic currit, inſalubris potu ſed ceremoniis ſacer, limoſus, vado profundus, non niſi refuſo mari arenas fatetur: fluctib. enim volutatæ niteſcunt, detritis ſordibus: nunc & à marino creduntur aſtringi morſu, non prius utiles. Quingentorum eſt paſſuum non amplius littoris ſpatium, idq; tantùm multa per ſecula gignendo fuit vitro. Fama eſt, appulsâ nave mercatorum nitri, cum ſparſi per littus epulas pararent, nec eſſet cortinis attollendis lapidum occaſio, glebas nitri è nave ſubdidiſſe, quibus accenſis, permiſta arena littoris, translucentes nobilis liquoris fluxiſſe rivos. Et hanc fuiſſe originem vitri. De hoc amne Joſephus etiam *in ſecundo de bello Judaico*: Stadiis, ait, duobus à Ptolemaide Belus amnis diſtat, juxta quem *Vitrea arena.* ſepulchrum Memnonis eſt, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circumjectis jugis cõvehunt, inexhauſta ſeculis vi, ſed ante omnia, mirabili naturâ, mu- *Electri inventio.* tandi alia quoq; in vitrum quæ attigerit metalla. Electrum, *teſte Diodoro lib. 6. primo* in Baſilia inſula inventum eſt, quæ Scythiæ ſupra Galatiã oppoſita in Oceano

eſt, in

eſt, in quam, *ut idem ait*, tempeſtas electrum plurimum ejicit, nulla alia in parte orbis repertum. Nec me præterit fabulas ex lachrymis ſororũ Phaethontis fieri tradere. Sed de electro, id eſt, ſuccino, variæ ſunt ſcriptorum opiniones, quas Plin. *lib. Natural. hiſt. ult.* latè exequitur. Minium quod in argentariis quoque reperitur, inventum eſt, *ut author eſt Plin. in* 33. à Callia Athenienſe, initiò ſperante aurum poſſe excoqui; arenâ rubente in metallis argenti, id quod in Epheſiorum agris, Vitruvio *libro* 7. *Architect.* repertũ placet. At minium priſcis Romanis ſacrum fuiſſe conſtat, quare Jovis ſimulachri faciem diebus feſtis minio illini ſolitam, triumphantiumque corpora: ac ſic Camillum triumphaſſe; idem Plinius teſtatur. Myrrhina quæ, *teſte Plinio*, Oriens mittit, (eſt enim humor ſub terra calore denſatus) Pomp. Magnus primo in triumpho, quem de piratis duxit, in urbem invexit. De cryſtallo cum in pleriſq; locis reperiatur, nullo hujus rei ab initio inventore prodito, non habeo quid quam dicere, niſi quod Plin. *lib. ult. Nat. hiſtor.* prodit, cryſtallum gigni gelu vehementiore concretum, nec alicubi certè reperiri, niſi ubi maximè hyberna nives rigent & glaciem deniq; eſſe. Quod Solinus falſum eſſe probat. Nam ſi ita foret, inquit, nec Alabanda Aſię, nec Cyprus inſula hanc materiam procrearent, quibus regionibus citatiſſimus calor eſt. Verùm hoc ſignificantius à Diodoro *in* 3. declaratur, ſic ſcribente: Cryſtallus enim lapis ex aqua oritur pura congelata, non quidem à frigore, ſed divi caloris vi, qua duritiem ſervet, varioſq; ſuſcipiat colores.

Minium. *Minium ſacrum.* *Myrrhina.* *Cryſtallus.*

CAPUT XXIII.

De origine Simulachrorũ, & qui primi Statuas poſuerint, & Græcos contrario Romanorũ more, eas nõ velare, & de uſu incendẽdi thus cereoſq;, ad ipſas

ſtatuas: & qui primi thus vendere cœperint: item quædam memoratu digna de imagine Magni Alexandri.

Imagines cur inventa.

UT poſſet eorum memoria retineri, qui vel morte ſubtracti vel abſentiâ ſeparati eſſent, idcirco ab hominibus, ut nemo ſanè ambigit, fingendarum ſimilitudinũ ratio inventa eſt. Quo fit, ut cum Deus ubiq; præſens ſit, nihil à principio poſt homines natos ſtultius viſum ſit, quàm ejus ſimulachrũ fingere. Quam ob rem Moſes vir ſanctus & innocens ac ſapientiſſimus, *auctore Joſepho in primo contra Appionẽ, & in 17. Antiq.* ſuis legibus prohibuit omninò ſimulachrum fieri, aut in templo poni. Ex quo cum Cajus

Caligula Imp ſtatua.

princeps Petronium legatum in Syriam miſiſſet, eique mandaſſet, ut omni ope modisq; omnib⁹ curaret, ſuũ ſimulachrũ in templo Hieroſolymis erigendũ, Judæi ne patrias leges frangerent, adeò reſiſtere cœperunt, ut jamjam ad arma ventum eſſet, niſi, *ut idem teſtis eſt lib. 18. Antiq.* Agrippa Judæorum Rex à Caio impetraſſet, ne hujuſmodi ſtatua in templo poneretur. Apud Seres etiã, *ſicut tradit Euſebius libro de Præparat: Evangel. 6.* lege exceptum erat, ne ſimulachra colerentur.

Imagines prohibita.

In Romanorum quoq; templis Clemens ait ex decreto Numæ, Moſaica dogmata penitus æmulati annis C. atq; LXX. ab urbe condita nullam imaginem neq; fictã, neq; pictã eſſe conſpectam. Aſſerit idem Plutar. *in Vita Numæ.* Perſæ itidem, *teſte Her. lib. 1. & Strabone 15. Geog.* ſtatuas non extruebant. Verùm ut ne noſtri peccaſſe videantur, qui poſtremò colendarum imaginum inſtitutum admiſerunt, alibi cauſam ponemus.

Simulachra.

Sed undè ſimulachra fingendi uſus profectus ſit, non facilè inter auctores convenit. Macrobius enim ab Hercule autumat, qui *lib. Saturnalium primo*, Epicad⁹, inquit, refert Herculem, occiſo Geryone, cũ victor per Italiam armenta duxiſſet, ponte qui nunc Sublicius

dicitur

dicitur ad tempus instructo ſimulachra pro numero ſociorum, quos caſu peregrinationis amiſiſſet, in fluvium dimiſiſſe, ut aqua ſecunda in mare devecta pro corporibus demortuorum veluti patriis ſedibus redderentur: & inde uſum talia ſimulachra fingendi inter ſacra manſiſſe. Verum deinde ſibi magis placere ait, hunc morem à Pelasgis fluxiſſe. Sanè illi *teſte Dionyſio Halicar. in primo Annal. Romanorum*, poſtquam diu errabundi in Latium venerant, in lacu Cutulienſi erratam inſulam deprehenderũt, decima prædæ ſecundũ reſponſum Apollinis conſecrata erectiſq; Diti ſacello & Saturno ara, illum humanis capitibus hunc virorũ victimis placare ſe exiſtimabant, propter oraculum in quo erat.

Et capita inferno & patri tran mittite lumen.

Saturni ſacra, Saturnalia nominantes Poſthæc Herculem ferunt cum Geryonis pecore per Italiam revertẽtem ſuaſiſſe illorũ poſteris, ut fauſtis ſacrificiis infauſta mutarent, offerentes Diti non hominum capita, ſed oſcilla, id eſt, parva ora ad humanam figuram formata, & Saturni aras non mactatis viris, ſed accenſis cereis excolentes. Inde fuit conſuetudo, ut & cerei Saturnalib⁹ mitterentur, & ſigilla, hoc eſt, oſcilla arte fictili fingerentur. Alii *auctore Diodoro libro* 4. dicunt Æthiopes ſimulachrorum uſum primum inveniſſe, & ab eis dein Ægyptios accepiſſe. Sed Lactantius. Fir. à Prometheo manaſſe hujuſmodi uſum tradit *lib. Divinarum inſtitut.* 2. cum inquit Verum quia Poëtas dixeram nõ omninò mẽtiri ſolere, ſed figuris involvere, & obſcurare quæ dicant, nõ dico eſſe mentitos, ſed primũ omniũ Prometheum ſimulachrum hominis formaſſe de pingui & molli luto, ab eoq; natã eſſe primò artem ſtatuas & ſimulachra fingendi. *Hæc ille.* Reperimus tamẽ lõge ante Prometheũ, qui *teſte Euſebio*, poſt Ogygium diluviũ in Attica fuit, ſimulachrorũ uſum fuiſſe; nam Rachel, *teſte Joſepho in Antiq.* cum Jacob

Pelasgi in Latio.

Saturnalia

Ditis ſacra

Oſcilla.

Promethe⁹ plaſtes.

ejus

eius vir è Meſopotamia à Laban ſocero aufugiſſet, ſimulachra deorum furata eſt. Euſebius etiam ex teſtimonio Plutarchi *in 3. de Evangel.* præparat. ſimulachrorum fabricam eſſe antiquiſſimam comprobat ſic, ut ſi eorum originem accuratè exquiramus, facilè invenerimus Deum ipſum primum demonſtraſſe modũ fingendarum ſimilitudinum, qui ut ſui intelligentiam rudes rerum cœleſtium homines à principio doceret, ſibi humana membra aſſumpſit, ut quaſi oculis occurreret qualis eſſet. Ait enim, *ut eſt in Geneſis lib. cap. 18.* Clamor Sodomorũ & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggravatum eſt nimis. Deſcendam & videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere cõpleverint. Idem *Exodo capit. 7.* immittam manum ſuper Ægyptum. Deſcendere hîc & videre ac immittere manum, eſt habentis pedes, oculos, & manum. Quin & Propheta, ut planius perſonam Dei nobis oſtendat, dat ei aures & faciem, *Pſal. 16.* canens: Auribus percipe orationem meam, & *Pſal. 50.* Averte faciem tuã à peccatis meis. At Eſaias integrum dat corpus cum *ca. 6.* inquit: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium. Formulam igitur fingendæ ſimilitudinis Dei, quo eius memoriam facilius animo conplecteremur, ipſe Deus nobis præmonſtravit. Proinde homo, qui ſuopte ingenio paratus eſt ad imitandum, ſi quid ſit quod ad ipſius diſciplinam, contemplationem, delectationeḿq; attineat, Dei memoriæ retinendæ gratiâ, quàm prudentiſſimè ab initio ipſius Dei ſimulachrũ ſibi finxit, ut qui intelligebat oportere ſe eum, *quemadmodum Chriſtus apud Marcum teſtatur,* diligere ex toto corde ſuo, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus, idcircò putavit ſe diligentius facturum officium, ſi ob oculos exemplar continenter haberet. Atque iſthæc vera ſimulachrorum origo. Sed cętera proſequamur. Romæ *teſte Plinio in 34.* ſimulachrum ex ære factum Cereris primum conſtat ex peculio Sp.

Deus ſimilitudinum autor.

Cereris ſimulacrũ.

Caſſi.

Caſſi, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat. Poſtea à diis ad homines ſtatuæ tranſierunt, & id quidem, cum excellentium virorum memoriæ perpetuandæ tū virtutis initiandæ causâ, quod Saluſtius *in initio ſui Jugurthini* plenè teſtificatur, ſcribens: Nā ſæpè audivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cum majorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi, ſcilicet non ceram illā, neque figuram tantam vim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quàm virtus eorū famam atque gloriam adæquaverit. Quare Athenienſes primi ſtatuas publicè poſuiſſe, Harmodio & Ariſtogitoni tyrānicidis, dicuntur, id quod haud prorſus Plinius ſcire affirmat. Statuam auream & ſolidam primus omnium Gorgias Leontinus Delphis in templo ſibi poſuit ſeptuageſimâ circiter Olympiade: quāvis, *ut idem ait*, ſtatua ex auro ſolida, quam Græci holoſphyraton vocant, omnium prima in templo Anaitidis poſita dicatur. Argenteam quidam primam fuiſſe volunt, quam ſibi fecit Pharnaces, quam Magnus Pomp. in triumphis tranſtulit *autor Plinius*. In Italia, *teſte Valer. Max. lib. 2.* M. Attilius Glabrio primus ſtatuam equeſtrem auream patri ſuo poſuit. Fiebant etiā ex ære, ebore, ligno, & marmore. Romanis antiquitus, quod non eſt prætereundum, ſtatuas velare, contrà Græcis nudas ponere mos fuit. Illi item ſolebant ad eas thus & cereos incendere: *teſtis Cic. qui lib. 3. Offit.* de ſtatuis C. Mario à multitudine poſitis, ita ſcribit: Omnibus vicis ſtatuę factæ ſunt, & ad eas thus & cerei. Quem morem nos retinemus: id quod nō fuerat olim, auctore Plin. *Lib. 13.* ubi inquit. Iliacis temporibus, thure non ſupplicabatur. Thus autem in Arabia naſcitur, cujus aliò vecti mercaturam primi Arabū Minęi, vel ut idem ſcribit, fecerunt. In hac ſtatuaria arte plu-

Imaginum uſus & ori-gi-nu.

Aurea ſta-tua.

ὁλοσφύρατον.

Argentea ſtatua.

Statuæ velatæ.

Thure ſupplicare.

Statuarii inſignes.

rinii; olim floruerunt, quos Plin. *in* 34. luculenter explicat, ante omnes tamen Phidiam Athen. Magnis ad cœlum fert laudibus, de quo Fab. itidem *lib.* 12. meminit. Occurrit hic memorandũ uti Romæ Macrianorum familia ſolenne ſemper habuit, ut Alexandrũ magnum, viri in auro & argento, mulieres in reticulis & annulis exſculptum geſtarent, quod *ſicut Julius Capito in vita 30. tyrannorum teſtatur*, diceretur juvari in omni actu ſuo qui Alexandrum ſculptum aut auro aut argento geſtaret. Quare, ut opinor, Auguſt. Cæſar in ſigna dis epiſtolis Magni etiam Alex. imagine diu uſus eſt, *auctor Tranquil.*

Alexandri Magni effigies.

CAPUT XXIV.

De origine Picturæ, & quis primus Colores invenerit, aut Penicillo pinxerit.

PRoximum eſt, ut poſt ſtatuariam artem de picturæ initiis primum dicatur, quando illa effigies rerum lignis, ebore, metallis, ut dictũ eſt, fingit hæc imagines colorũ varietate, aut lineamentis quibuſdã ſimilitudines reddens facit. Picturam itaq; *teſte Plin. l.* 7. Gyges Lydius omnium primus invenit in Ægypto: in Græcia vero Pyrrhus Dædali cognatus, ut Ariſt. placet: ut Theoph. Polygnotus Athenienſis: quod haud quaquam idem Plinius *l.* 35. *cap.* 9. approbare videtur, ſic ſcribens: Sicut Polygnotus Thaſius, qui primus mulieres lucidã veſte pinxit, capita earum mitris verſicoloribꝰ operuit, plurimumq; picturæ primus contulit: ſiquidem inſtituit os adaperire, dentes oſtendere, vultum ab antiquo rigore variare. Incerta igitur de picturæ initiis quæſtio eſt: nam & Aegyptii, *eodẽ Plinio teſte*, ante ſex millia annorum apud ſe inventam quàm in Græciam tranſiret, affirmant. Græci autem alii apud Sicyonios, alii apud Corinthios repertam dicunt: omnes ab umbra hominis lineis circumducta. Quod

Ars pingẽdi.

Pictura Polygnoti.

Fabius

Fabius apertè teſtatur *in* 20. dicens: Non eſſet pictura, niſi quæ lineas mòdo extremas umbræ, quas corpora in Sole feciſſent, circumſcriberet: ac ſi omnia percenſeas, nulla ſit ars, qualis inventa eſt, nec intra initium ſtetit. *Quintilianus hactenus*. Talis itaq; prima fuit pictura. Altera ſingulis coloribus poſtea operoſior inventa eſt, duratq; talis etiamnum. Linearis, *ut Plin. in* 35. tradit, à Philocle Aegyptio, vel à Cleanthe Corinthio inventa eſt. Primi eam Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius exercuerunt, ſine ullo etiam colore. Cleophantus Corinthius colores invenit, *idem auctor*. Penicillo gloriam primus Apollodorus Athenienſis contulit. In hac illuſtres fuerunt Timagoras Chalcidenſis, Pythis, deinde Polygnotus, Aglaophon: alii quoq; poſt hos, de quib' Plinius & Fabius Quintil. *in* 12. affatim ſcribunt, quos ſtudio brevitatis omitto, cum præſertim tale minimè ſit inſtituti operis mun'. Non ſilebo tamen de cive meo, qui nobis ſuâ induſtriâ & ingenio picturam velut de integro in præſentia reſtituit, atq; illos, qui in ea olim maximè claruere gnaviter vel arte refert, vel peritiâ æquat, adeò proprios ducit de colorib. vultus. Is eſt Raphaël cognomine Sanct' undè ejus quoq; metiri poſſes & mores & vitā.

Pictura exculta. *Colores.* *Pictores inſignes.* *Raphael Sanctus.* *Raphael*

CAPUT XXV.

De primis Plaſtices inventoribus, & quis totam figulariam repererit.

Convenit picturæ contexere plaſticen, hoc eſt, figulinam artē, quæ ex terra ſimilitudines itidem fingit. Hanc, *ut Plin.* 7. *ait* Choræb' Athenienſis invenit. Sed idem *lib.* 35. Dibutadi hoc aſſignat, dicens: Dibutades Sicyonius figulus primus invenit Corinthi, filiæ operâ, quæ capta amore juvenis, illo abeunte peregrè, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circunſcripſit, quibus pater ejus impreſsâ argillâ typum fecit, & cum cæteris fictilibus induratum igni

Plaſtices authores.

propoſuit,

propoſuit, eumque ſervatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius everteret tradunt. Sunt qui in Samo primos omnium plaſticen inveniſſe Rhœcum & Theodorum prodant, Demaratumq. Corinthium profugum qui Tarquinium Priſcum populi terrarum principis regem in Hetruria genuit comitatos fictores Euchiram, & Eugramum, & ab iis Italiæ deinde traditã plaſticen. Et proplaſtice, id eſt, formâ, quæ ad fingenda alia opera adhibetur effigiem formare prim' invenit Lyſiſtratus Sicyonius frater Lyſippi: idem hominis figuram gypſo è facie ipſa primum omniũ expreſſit. Sic res uſque eo crevit, ut nulla ſigna ſtatuæve ſine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuiſſe ſcientiam, quàm fundendi æris. *Hæc ex Plinio.* Hinc inſuper plurima vaſorum fictilium genera reperta ſunt, quæ modo humanæ vitæ uſui ſunt. Rotam figulariã auctore Ephoro, *ut ait Strabo lib. 7. Geograph. & Laert. libro primo & Plin. in 7.* Anacharſis Scythes Philoſophus primus invenit. In quo tamẽ ipſe Strabo Ephorum arguit: Hæc, inquit, ipſa autem loquor apertè, haud ignar', quod hic ipſe non omnia veriſſimè proferat, & illud præcipuè de Anacharſide: nam quomodo rota ipſa ex ejus inventione eſt, quam Homerus antiquior illo noverit?

Argilla uſus.

Rota figularia.

Ceu figulus cui dextra rotam quatit, ocyus aptam,

& reliqua. Hyperbios Corinthius, ut alii volunt, invenit. Diodorus verò *lib.* 5. dicit, Talaum Dædali ſororis filium reperiſſe. Figuli autem, *teſte Plinio* laudatiſſimi fuere, Dimophilus & Gorgaſus.

Figuli nominati.

LIBRI SECVNDI FINIS.

POLY-

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

A quibus primum inventa Agricultura, & quot ea redundet bonis.

NON ſum equidem neſcius quoſdam fore, qui vehementer dimirabuntur, nos poſtremo ferè loco de inventoribus agriculturæ aliquid tradere diſtuliſſe, cum præſertim uti Cicero *in Officiorum libris* inquit, omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil ſit agricultura melius, nil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Verum nec eò mihi ſuccenſeant, quatenus hoc ipſum conſultò, vel, ut verius dicam, ex induſtria fecimus, ut longo legentes itinere defatigati, novum tandem paſtum, ſive, ut ita dixerim, nectar offenderent, quo vires recreare, & veluti diutinam famem explere poſſent. De hujuſce igitur rei initiis hîc commode dicemus, poſtquam demonſtravero, quantis eam laudibus jure ac meritò præſtantiſſimi auctores efferant, utpote quæ multis abundet bonis. Columella itaque *in 1. de Re ruſtica* conquerens ſui temporis mollitiem ait: At me herclè vera illa proles Romuli aſſiduis venationib. nec minus agreſtibus operib. exercitata, firmiſſimis prævaluit corporib', ac militiam belli, cum res poſtulavit, facile ſuſtinuit, duratam pacis laboribus, ſemperq; ruſticam plebem urbanæ præpoſuit. Cato itidem de Agricultura inquit: Fortiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur, minimeq; male cogitantes. Ex quo, *teſte Cicerone de Se-*

Agricultura laus.

Agricolæ milites.

neſtute, in agris ſenatores erant, ut L. Quintius Cincinnatus, qui dum agrũ arabat, renunciatus eſt dictator: ut Curius, & cæteri ſenes. Quare qui eos accerſebant, viatores nominati ſunt. Quid, quod etiam *teſte Plinio libro* 18. agrum male colere, cenſorium probrũ judicabatur? atq; *ut inquit Cato* quem virum bonum colonum dixiſſent, ampliſſime laudaſſe exiſtimabant. Et id ſanè quia, *quemadmodum Cicero pro Roſcio Amerino docet*, ruſtica vita parſimoniæ, diligentiæ, juſtitiæ magiſtra eſt, at urbana, non item, quam luxuries facile inficit: ex luxuria neceſſe eſt exiſtat avaritia, ex avaritia erumpat audacia, inde omnia maleficia gignantur. Sed ne putes hoc tantum in Romana Repub. contigiſſe, de cultu agri præcipere, principale etiam, *ut Plinius dicit*, fuit apud exteros: ſiquidem & Reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus. Unde non injuria Xenophonti, *quemadmodum teſtis eſt M. Tullius in Catone*, nihil tam regale videbatur, quam ſtudium agri colendi. De laudib. hactenus. Agriculturam primum omnium *teſte Diodoro in* 1. Oſirim, qui & Dionyſius dicitur, reperiſſe ferunt. Affirmat item Tibullus, ita ſcribens:

Viatores. *Colonus.* *Ruſtica vita.* *Reges agricultores.* *Agriculturæ inventio.*

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitavit humum.
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ,
Pomaq; non notis legit ab arboribus.

Sed hoc, ut opinor, apud Ægyptios tantummodo; ſicut Triptolemus primus in Græcia & Aſia, *teſte Juſtino in* 2. invenit, de quo Ovidius *in* 4. *Faſtorum*:

Iſte quidem mortalis erit, ſed primus arabit,
Et ſeret, & culta præmia tollet humo.

Et in Latio Saturnus, *ut ſuo loco dicemus*. Sed omnium primam Cererem, quæ, *uti Ciceroni lib. 2. de Natura deorum placet*, à gerendis frugibus, quaſi Geres nominata eſt, mortales agriculturam docuiſſe teſtatur Vergilius *in* 1. *Georgicorum* ſic ſcribens:

Ceres unde dicta.

Prima

Prima Ceres ferre mortales vertere terram
Instituit.

Teſtatur & Ovidius *lib. 5. Metamorph.*

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris.

Verùm hæc haud ſcio quantum fide digna ſint, quando illud verius eſſe duco quod Joſephus *in* 1. *Antiquitatum* tradit: dicit enim Cain Adam filium omnium primum comperiſſe terram colere, primumq; terræ terminos poſuiſſe. Atque hoc agriculturæ initium haud dubiè fuit. Quapropter, ut dubium non eſt, ex illis quos commemoravimus deinceps agriculturam alios aliis primos monſtraſſe credere par eſt. Sed jam ad alia quæ pertinent ad cultum agrorũ tranſeamus. *Cajin primus agricola.*

CPAUT II.

Quis primus mortalibus Fruges, & eas molendi, aut ſtercorandorum agrorum, vel pinſendi frumenti uſum monſtraverit, & boves aratro junxerit, aut Ferramenta ruſtica invenerit, vel Cribra diverſi generis.

Rerum naturam primum homines glandib⁹ aluiſſe Plin. *in* Proœmio 16. *lib.* auctor eſt. Item & Naſo teſtatur *in* 1. *Metamorph.* dicens: *Glandes cibus priſcorum.*

Contentique cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus montanaque fraga legebant,
Cornaque & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Jovis arbore glandes.

Deinde inventum eſt frumentum. Vergil. *in* 1. *Georg.*

—Cum jam glandes atque arbuta ſacra.
Deficerent ſylvæ, & victum Dodona negaret,
Mox & frumentis labor additus.

Quod, *ut Plinius lib.* 7. *dicit*, Ceres, cum antea, velut dictum eſt, homines glande veſcerentur, invenit. Eadem & molere, & conficere docuit, in Attica, Italia & Sicilia, ob id dea judicata. Idem quoq; Maro affirmat *Frugum uſus a Cerere inſtitutus.*

& Diodorus *volumine* 6. ſcribens, Cererem primam inveniſſe uſum frumenti, quod fortè inter alias herbas naſceretur ignotum cæteris, docuiſſeque homines ſervandi ac ſerendi modum. Sed eidem in Sicilia tantùm placet eſſe inventum, quoniã iis in locis agreſte triticum oriretur. Strabo etiam *lib.* 15. cum de Indiæ fœcũditate loquitur, dicit in Muſicani regione frumẽtum ſuâ ſponte naſci tritico perſimile. Atqui idẽ Diodorus *in primo*, hujus frugis inventionem Iſidi tribuit. Nec eò tamen, ut opinor, à priore ſententia diſcrepat, quandoquidem ipſe paulò ſuperius Iſidem dicit eandem eſſe, quam Cererem nuncupant. Huic Deæ Ovid. non modo frumenti, ſed omniũ frugũ uſum aſſignat.

India fertilitas.

Iſis.

Prima dedit fruges alimentaque mitia terris.

Verùm Juſtinus *libr. ſuæ epit.* 2 ſcribit ſub Erichtheo Athenarum rege: frumenti ſationem apud Eleuſinà Triptolemo repertam, cui ſcilicet, *teſte Diodoro lib.* 6. à Cerere mandatum fuit, ut id ab ea ante inventum homines doceret. Sed idem Juſtinus inibi diverſum ſentiens, hoc potius Athenienſibus adſcribere videt, dicens: Primi lanificii & olei & vini uſum docuere, arare quoque & ſerere frumenta, glande veſcentibus monſtraverũt. Cui Ariſtoteles conſentit: ajebat enim, Athenienſes (ſic eos reprehendebat) frumenta & leges inveniſſe, verùm eos frumentis quidem uti, non item legib. Quod Diodorus probè declarat *in ſexto* ſcribens, Cererem poſt Siculos, uſum frumenti primos Athenienſes docuiſſe. Quo fieri poteſt, ut ſecundũ Cererẽ & Siculos, ipſi primi hoc aliis oſtenderint. In Latio autem, *teſte Macrobio*, Saturnus omnium primus docuit, de quo Eutropius ipſe inquit: Saturnus adhuc rudes populos, domos ędificare, terras celere, plantare vineas docuit, atque humanis moribus vivere, cum antea ſemiferi glandium tantummodo alimentis vitam ſuſtentarent. Uſum autem ſtercorandorum agrorũ, *teſte Servio ſuper* 9. *Æneid.* Pitumnus invenit, unde

Sationis inventum.

Athenienſes.

Saturni inſtitutum.

Agros ſtercorare.

undè & Sterquilinus dictus eſt. Pilumnus verò ejus frater pinſendi frumenti; propter quod à piſtoribus colebatur. Piſtores autem ſive piſores à veteribus vocabantur, qui tam in piſtrino farinam pinſebant, quàm ii qui panem faciebant, coquebantq;. Hos Romani tardè publicè habuerunt. Plinius *libro decimo octavo, capite undecimo*: Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellū, anno Urbis cōditæ ſuper D L X X X. Ad rem revenio. Quamvis Plinius *in* 17. hunc ſtercorandi uſum jam Homeri ætate fuiſſe, & Augeam regē in Græcia excogitaſſe, divulgaſſe vero in Italia Herculem tradat. Boves ad aratrū, Diodorus *libro quarto & quinto* ait Dionyſium ſecundū ex Jove & Proſerpina genitum, vel, ut alii ſentiunt, ex Cerere, primum junxiſſe, cùm terra prius manibus hominū coleretur: Plinio verò *libro ſeptimo* teſte, aratrū Briges Athenienſis invenit, ut alii tradunt, Triptolemus, de quo Poëta *in primo Georgicorum* intellexit, cum dicit:

Piſtores.

Boves aratro juncti.

Aratrum.

—U*nciq; puer monſtrator aratri.*

Quo in loco Servius, Alii, inquit, Triptolemum, alii Oſirim, quod verius eſt: nam Triptolemus frumenta diviſit. Tacuit autem de nomine, quia non unus in orbe aratri monſtrator fuit, ſed diverſi in diverſis locis. Ex quo Trogus prodidit Habidem Hiſpaniæ regem barbarum populum primò docuiſſe boves aratro domare, frumentaq; ſulco ſerere. De Oſire, *ut oſtendimus*, ſentit etiam Tibullus. Cæterùm omnia ferramēta ruſtica, quibus terra vertitur, ſimul, ut puto, cum aratro Cererē comperiſſe; Vergilius proculdubio hoc verſu demonſtrat;

Ferramēta ruſtica.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit.

Quod vel Servius approbat, dicens: Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus indicavit: nam quamvis vel Oſirim, vel Triptolemum aratrum inveniſſe dicant, illa tamen omnem agriculturam docuit: quia

ferrum dicendo, omnia agriculturæ ferramenta expreſſit. Verùm aut illi, quos commemoravimus, noviſſimi, vel alii alibi, hæc cõmonſtrarunt: nam *ut Euſebii atq; Lactãtii teſtimonio conſtat*, ante multas tempeſtates, quàm eſſet Ceres, Dionyſius, Saturnus, Triptolemus, frumenti uſus apud mortales erat, præſertim apud Hebræos & Aegyptios, uti ex Joſepho cognoſcere licet. Ille enim *in ſecundo*, ubi, ne altius repetam, tradit, quemadmodum Judæa caritate annonæ laborante, Jacob ad emendum frumentũ filios in Aegyptum miſerit. Ex quo cum Hebræi, *ut ſuperiore capite indicavimus*, primi omniũ terram coluerint, porrò extra omnem controverſiam credibile eſt, ab eis tũ agrorum culturam, tum fruges ac molendi uſum, tũ & ferramenta ruſtica ad poſteros manaſſe, & hos ea ipſa (nulla enim ars, *ut Fabius ait*, intra initium ſuũ ſtetit) deinde adauxiſſe. Cribrorum genera, *teſte Plinio lib.* 18. è ſetis equorum Gallia invenit. Hiſpania ex lino excuſſoria ad excutiendam farinam, & pollinaria ad purgandum pollinem id eſt craſſiuſculum pulverẽ. Aegyptus verò ex papyro juncoq;, poſtea ex pellib. ſuillis Italię.

Frumenti uſus apud Hebraos.

Cribrorum genera.

CAPUT III.

Quis primus Vites & alias Arbores plantaverit, earumq; Inſitionem docuerit, & uſum vini repererit, & vino aquam miſcuerit, deque novo vitandæ Ebrietatis modo, & qui Caupones primi, vel quis Oleam & uſum olei & Mel adinvenerit, vel ex Hordeo potum fecerit, atque Lac coegerit.

ETſi abundè videtur natura homini ſuppeditaſſe, cum eum principio talem procreaverit, ut ipſe ex omnib. animantibus, unus ratione, *ſicut ait Cicero* ad Deum quàm proximè accedere poſſet, tamen cum ſtatim

Natura quid homini largita ſit.

ſtatim genitus nullo foret ſubſidio fultus, (carebat n. indumentis, ædibus, igne, cibo, præterquam in diem quæſito, multis deniq; rebus vitæ neceſſariis, quas deinde urgente neceſſitate, quæ rerum magiſtra eſt, ipſe invenit) non facile eſt *ut Plin. in initio 7. libri perhibet,* æſtimare, natura homini melior parens, an triſtior noverca fuerit. Fatendum eſt tamen, ſi nos his quæ illa nobis tradidit, contenti eſſemus, longè melius res ſeſe habituras. Nam, ut de cæteris ſileam, ecquis modo fieret temulentus, quod fœdiſſimū eſt vitæ dehoneſtamentū, ſexcentorumq; vitiorū origo, ſi aquam primū à natura potum homini datum non vinum potarem᾽, cujus vim, *ut infra dicemus* ejus etiam primus inventor turpiter perpeſſus eſt? Quare divus Hieronymus *ad Euſtochium de Virginitate ſervanda*, inquit, Sponſa CHRISTI vinū fugiat pro veneno, hæc adverſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonū: non ſic avaritia quatit, inflat ſuperbia, delectat ambitio: facilè aliis carem᾽ vitiis, hic hoſtis nobis incluſus eſt: Et *infra* ſubdit: Vinum voluptatis incendiū eſt, undè proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſuevit. Propter quod matronæ Romanæ à vino abſtinebant: quod tamen haud obeſſet, ſi eſſet, ut par eſt, modus in rebus: nam *auctore Plin.* nō eſt quicq̄ aliud vino modice ſumpto utilius. Quinetiam Perſę exiſtimabant fomitē eſſe quendam & incitamentū ingenii virtutiſq. ſi mens & corp᾽ hominis vino flagraret, qui *teſte Strab. l. 15. Geograph.* de rebus maximis inter vinum conſultabant: quas ipſi firmiores putare, quàm quæ in ſobrietate fuiſſent deliberatæ. Cæterum Plato vinum magis ſenibus utile eſſe ducebat, qui illud *in dialogo 2. de legibus*, non facile utendum concedit juvenibus, item militibus in caſtris, ſervis, magiſtratibus, gubernatoribus, judicibus, conſiliariis, & liberis operam daturis. quia partus gigni debet ex moderato puroque ſemine, quod vino refertus, quaſi rabie concitatus, ſerere min᾽

Vini abus᾽.

Vini nocumenta.

Vini commodum.

Vinū quibus prohibitum.

poteſt, undè filii ſæpè fatui & amentes procreantur. Sed jam ipſum vini inventorem indicemus. Vites & vini uſum, atque cæterarum arborum fructus Dionyſium inveniſſe Diodor. *lib.* 4. auctor eſt, ubi dicit, Dionyſium orbem cum exercitu perabulantem, & vitem plantare, & ex racemis vinum torculari, ex quo ipſum Lenæum appellant, educere monſtraſſe. Et alibi vinũ reperiſſe, & arborum fructus teſtatur. Quanquam idẽ alibi dicit, vites ab eo non eſſe ſatas, verùm terram cũ cæteris plantis ſponte ſuâ tuliſſe. Item Vergilius hunc vitium ac reliquarum arborum inventorẽ fuiſſe aſſerere videtur, cum de vitibus & aliis arboribus ſcripturus, *ſtatim in principio* 2. *lib. Georg.* dixit.

Vini inventor.

Nunc te Bacche canam.

Cæterùm Capella de nuptiis Mercurii tradit, eũ apud Græcos tantũ primum vini uſum edocuiſſe, ſicuti Saturnum apud Latinos, Servius *in* 8. *Æneidos* & Eutropius teſtimonio ſunt. Alii Icarum Penelopes patrem apud Athenienſes id reperiſſe tradunt, eumq; poſt dediſſe pœnas à colonis ebriis interemptum. Propertius *in fine lib. Eleg.* 2.

Icare Cecropiis meritò jugulate colonis, &c.

Vitis inventio.

At Athenæus, ait, apud Ætnam montẽ Siciliæ vitem inventã, quod cum Oreſteus Deucalionis filius eò regnatũ veniſſet, ejus canis ramum fortè evellit, quem ille defodi juſſerat, & inde vitium germina nata, quæ à nomine canis œnon appellavit. Undè apud veteres Græcos vitis *οἴνη* vocabatur, & *οἶνος* vinũ dicitur. Idẽ in Ægypto apud Plinthinam civitatem vinum primò repertũ tradit. Ad Gallos primũ ferunt vinum detuliſſe Aruntem Tyrrhenum. Is vir nobiliſſimus à Lucumone alumno ſuo domo pulſus, ad Gallos confugit, eiſq; dulcedine vini allectis facile pſuaſit, ut ſibi auxilio in Italiam venirẽt, qui illuc facto agmine cõcurrentes, poſtea pulſis Tyrrhenis, eâ terrâ potiti ſunt. *auctor Plutarch⁹ in vita Camilli.* Quidã autẽ ex arborib⁹ alimẽta hominibus

οἴνη & οἶνος

Vinum in Gallia.

hominibus à Seculo Venti filio reperta volunt: *auctor Euſebius in primo de præparat. Evangel.* Culturas earum vel aliarum arborum, *teſte Plin. in 7.* Eumolphus Athenienſis docuit: quamvis veriſimilius ſit, id Dionyſium priorem, præſtitiſſe mortalibus qui eas, ut ferunt, arbores plantavit. Inſerendi autem arbores modum primus docuit Saturnus, teſtis Macrobius *lib. Satur.* 1. ita ſcribens. Huic Deo inſitiones ſurculorum, pomorumq; eductiones, & omnium ejuſmodi fertilium arborum tribuunt diſciplinas. Inſitionum verò, *ut Columella lib. ſuo de Arboribus tradit*, tria ſunt genera: aut enim fiſſam in arborem ſurculi inſeruntur: aut inter lignum & corticem ponuntur: aut gemma alterius arboris, ſed æſtivo duntaxat tempore in cortice alterius intercluditur. Sed hæc apud poſteros inventa, cum ſatis conſtet Noë ſtatim atq; egreſſus eſt ex arca, terram ſtudiosè coluiſſe, atque vineam primum omnium ſuâ manu ſeviſſe. Undè arguuntur, qui auctorem vini Liberum putant. Qua ex vinea cum primum fructum cepiſſet, lætus factus bibit uſq; ad ebrietatem jacuitq; nudus, id quod Joſephus *in primo Antiquitatum* tradit. Cauponam, id eſt, tabernam vinariam primi aperuerunt Lydi populi Aſiæ, *ut ait Herodotus*, quò credo, ſuis ludis locum idoneum haberent: nam, *quemadmodum ſupra demonſtravimus*, varia ludorum genera invenerant, quippe tale opus in cauponis maximè ſemper fervet. Vino aquam admiſceri, Staphilus Sitheni filius, *ut prodit Plinius in 7.* inſtituit: cujus rei Diodorus luculenter *in 5. cũ de Dionyſio loquitur*, rationem reddit: Ajunt cùm purum in cœnis vinum detur, omnes Deũ ſoſpitem optare bibenti; cum verò poſt cœnam aquâ miſtum ſumitur, Jovem vocare ſervatorem: nam puri vini potus ad inſaniam redigit: aquâ verò miſtus voluptatem lætitiamq; affert, & prohibet inſaniam. Undè in conviviis aquam vino admiſcendi mos fluxit, medicamentum utiq; præcipuum ad ebrietatem vitandã:

Inſitionum inventio.

Inſitionum genera.

Noa primus vinitor.

Caupona.

Aquam vino miſcere.

ſed aliud ponit Plinius *lib. 30. cap. 14.* ſcribens: Hirundinis roſtri cinis cum myrrha tritus, & in vino quod bibatur inſperſus, ſecuros præſtabit à temulentia. Invenit hoc Horus Aſſyriorum rex. Potum ex hordeo, *ut idem ait,* Dionyſius, id eſt, Liber pater, primus confecit, quem *teſte Euſebio in 2. de Evang. præpar.* cerviſiam vocant, ſecundum Diodorum, Zythum, dicunt paulum à vini ſapore differentem. Olim in primis fuit, communis Ægyptiorum potus, *auctores Herod. & Strabo* Quod Dionyſius potionis genus eos potiſſimum conficere docuit, quorum regio vites non ferret. Quapropter hodiè Angli, Scoti, Hyberni, item Galli, Germaniq; omnes Oceani Occidentalis Septentrionaliſq; accolæ, eo utuntur potu qui advectitii tantùm vini copiã habent. Sed Germani dum cerviſiam faciunt, admiſcent frugib. herbam lupum, quam vulgò lupulum vocant: hæc enim reddit potum ſalubriorem. Quanquã Dioſcorides non valdè potionem probat, ita *lib. 2.* ſcribens: Ex hordeo potus fit qui ζυθος nominatur: is urinam cit, renes & nervos tentat, membranis præſertim cerebrum veſtientib. officit, inflationẽ parit, vitioſum ſuccum creat, elephantiaſin gignit, qui eo potus genere perluitur, agilis, & ad opus obeundum expeditus evadit. *Hæc ille.* Sed eam vim Zythus in eos minus habere videtur, qui à pueritia eo ſint uſi. Oleam autem Minerva Athenis invenit. Vergilius:

Contra temulentiam

Cerviſia inventio.

Cereviſia Germanorum.

Dioſcoridis de cereviſia judicium.

Olea inventa.

— *Oleaq; Minerva Inventrix,*

In hunc ſanè modum cum enim Neptun⁹, atq; Minerva, *teſte Servio*, de Athenarum nomine contenderent, placuit diis, ut ejus nomine appellaretur urbs, qui munus melius mortalibus attuliſſet. Neptunus percuſſo littore, equum animal bello aptum produxit. Minerva jactâ haſtã, oleam creavit, quæ melior judicata fuit, ꝓpterea quod eſt inſigne pacis. At Diodorus *in 6.* dicit Minervam non creaſſe primum oleam, ſed inter alias arbores natam monſtraſſe mortalibus, quibus ignota eſſet.

Athenarũ nomen.

eſſet. Etenim, *uti nos infrà apertè oſtendemus*, antè hujus deæ ortum erat hæc arbor cum aliis ſylveſtrib. immiſta: olei tamen uſus, *ut Diod. ait*, aberat cum eſſet ignota: & eo pacto illam olei exprimendi modum cõperiſſe ferunt. At Cic. *lib. de Nat. deorum* 3. Ariſtæũ Apollinis filium oleam inveniſſe tradit. Oleã verò quanquam ipſe Diodorus, *ut monſtravimus* dicit Minervam reperiſſe, tamen *lib.* 5. hoc Ariſtæo aſſignat, ſicut lac coagulare, atq; mel conficere: quod Juſtinus *in* 13. etiam tradit, quamvis *in* 2. *uti antea diximus*, olei uſum Athenienſes inveniſſe prodat. Plinius verò *in* 7. ſcribit oleũ & trapetes, hoc eſt, molam oleariã, Ariſtæũ Athenienſem, item mella inveniſſe. Oleã præterea longo tempore Athenis tantũ reperiri, teſtatur Herodotus, qui *libro* 5. dicit, Epidaurios cum eis de agrorum ſterilitate oraculum cõſulentib. Pythia juſſiſſet, ut Damiæ & Auxeſiæ ſimulachra ex ligno oleæ erigerent, quoniã ferebatur nuſquã gentium niſi Athenis illâ tempeſtate oleã eſſe, rogaſſe Athenienſes, ut ſibi permitterent oleã incidere. Quod æquè falſum eſſe ex Joſephi teſtimonio deprehenditur, ac illud Minervam vel Ariſtæum hanc arborẽ, aut olei uſum primò monſtraſſe: is enim *in primo Antiquitatum* ſcribit, Noë, cum jam recedentib. aquis, arca in Armenia ſuper verticem cujuſdam montis receſſiſſet, emiſiſſe columbam, & eam mox oleæ ramum ferentem ad illum rediſſe, Quo quidem tempore, ut palam eſt nondum erant Athenæ. Deinde *in* 3. *ejuſdem operis*, docet Moſen in ſacrificiis oleo eſſe uſum ad lumina ſervanda: poſt quem *auctore Euſeb. in* 10. *de præparat. Evang.* Apollo Ariſtæi pater genitus eſt. Ex quo credere convenit, Minervam & Ariſtæum in Græcia duntaxat hæc primò monſtraſſe. In Italiam olea omninò tardè pervenit. Nam Theophraſtus, *teſte Plinio in principio decimequinto libri*, urbis Romæ anno circiter CCCCXL. negavit, niſi intra XL. millia paſſuum à mari naſci. Feneſtella verò dicit, hanc arborem omni-

Olei uſus.

Lac coagulare.

Mel.

Olea in Italia.

omninò non fuiſſe in Italia, Hiſpania, atq; Africa, Tarquinio Priſco regnante ab anno populi Rom. CLXXIII. Mel & Lac cogere Ariſtæum omnium primum comperiſſe, Didor. & Plinius auctores ſunt: cum quibus cõſentit Iuſtinus *in* 13. *licet libro* 44. uſum mellis colligendi Gargori regi Curetum attribuat, qui in Hiſpania ſaltus Carteſiorum incoluit. Sed hic ut opinor, tantùm in Hiſpania primus fortaſſe hujus rei auctor fuit. Verùm hæc Hebræis potius aſſignaverim: ſiquidem *teſte Joſepho*, & mortalium omnium primi paſtores fuerunt, & apud eos multò ante Ariſtæum mellis uſus fuerat.

Mellis lactisq; coagulatio.

CAPUT IV.

A quibus quædam peregrinæ Arbores in Italiam translatæ.

Arborum uſus neceſſarius.

Arbores tam magno ſunt mortalibus uſui, ut ſine quis vita degi non poſſit: arbore enim, ut Plinius ait, ſulcamus maria, terram vertimus, tecta ædificamus, ſimulachra deorum conficimus: arbores præterea communem animantib. victum ſuppeditat: quarum aliæ peregrinæ ſunt, de quibus hoc loco carptim ac breviter dicemus. Hæ aliæ alibi naſcuntur: quia non omnis terra, *ficuti poëta inquit*, omnia ferre poteſt Ex quo multæ in Italiam abundè translatæ ſunt, ſicut Ceraſus, quam L. Lucullus poſt victoriam Mithridaticam, *teſte Plin. lib.* 15. anno urbis DCLXXX. primus vexit è Ponto. Teſtatur etiam D. Hieronymus *ad Marcellum* ſic lepidiſſimè ſcribens: Accepimus & caniſtrum ceraſiis refertum talibus, & tam virginali verecundiâ rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem: ſiquidem hoc genus poni Ponto & Armeniâ ſubjugatâ, de Ceraſunto primus Romam pertulit. Unde & de patria arbor nomen accepit. At annis CXX. poſt, trans Oceanum, in Britanniam uſq; pervenit. Et Zizipha & Tuberes malorum genera, hæc ex Africa, illa ex Syria,

Ceraſus.

Zizipha. Tuberes.

Sex.

Sex. Papinius noviſſimis divi Auguſti temporibus primus attulit. Et Armeniacus & Perſicus arbores, quæ ex nomine ipſo peregrinæ eſſe apparent, quis tamē eas tranſtulerit, non facilè dixerim. Multa etiam ficorum genera ſunt, quæ ex aliis gentibus ad nos pervenerunt, incertis propemodum auctoribus, *teſtis Plinius.* Sed Platanus inprimis ex iis quæ aliunde vectæ ſunt, mirū in modū celebrata eſt, quę ut ad nos venerit, aut quantum ei honoris acceſſerit, Plinius *in* 12. *docet*, ſic ſcribēs: Sed quis non jure miretur arborem umbræ gratiā tantùm ex alieno petitam orbe? Platanus ea eſt. Hæc per mare Jonium, in Diomedis inſulam ejuſdem tumuli gratiâ, primùm invecta, inde in Siciliam trangreſſa, atque inter primas donata Italiæ, etiam ad Morinos uſq; pervecta, ad tributarium etiam pertinens ſolum ut gentes vectigal & pro umbra pendant. Dionyſius prior Siciliæ tyrannus Rhegium in Urbem tranſtulit eas, domus ſuæ miraculum, & reliqua. At nihil ad noſtrā Laurum, quæ nonnullis in locis aliquando in peregrinis arboribus fuit, dicente eodem Plinio: Notatum antiquis, nullum genus lauri in Corſica fuiſſe, quod nunc ſatum & ibi provenit, &c. Hæc, inquam, poſt hominum memoriam, feliciſſima arbor eſt, ad cujus comparationē platanus nihil: quippe non unam habet laurus dotem, dicatur enim triumphis, quando triumphantes ea coronati erant: valet adverſus fulmina, quare ante limina excubat. Quapropter ferunt Tiberium & Cæſarem tonante cœlo, conſuevisse laureâ uti coronâ. Item exornat domos, & idcircò Cæſarum pontificumq; olim janitrix erat. Quin & pacifera habetur, quam prætendi inter armatos hoſtes, quietis ſit indicium. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia, addebatur lituis militumq; lanceis, ac Imperatorum faſces decorabat: abdicat inſuper ignes crepitu & deteſtatione quadam, & deniq; Apollinis eſt arbor. Quas ob res tantū eſt huic arbori ſemper honoris habitum, ut eam prophanis

Armeniacus Perſicus. Ficus.

Platanus.

Laurus.

Laurus contra fulmina.

Pacis ſignum laurus.

Honos lauri.

phanis uſibus pollui fas minimè eſſet, vel quòd fortaſsè unius arborum Latinâ linguâ nomen viris imponatur, & cujus folium vocetur Laurea. Appellavi ſupra noſtram Laurum, utpote quam noſtræ Vergilianæ familiæ nomini ſacram mei majores unà cum duobus lacertis, inſigne gentis, ratione non inani habuere, id quod carmen illud indicat:

Vergilianæ familiæ inſignia.

Sum Laurus virtutis honos pergrata triumphis,
Janitrixque domus, fulmina dira fugo:
Hoſtibus immiſſa & pacem, requiemq; laborum,
Victori palmam lætitiamq; fero.
Phœbus amat Laurum, & capitis nos illius inſtar.
Formoſam gerimus tempus in omne comam.
Ecce mea gemini ludunt ſub fronde lacerti,
Qui mecum quare hæc accipe ſigna colunt.
Ver ago perpetuum, hic primo ver tempore monſtrans.
Unde tenet nomen Vergiliana domus,
Quæ tam immota diu caſuraque tempore nullo
Stabit, quam viridi fronde perennis ero.

Malum. Pyrum.

Quid, quod præterea malorum pyrorumq; genera, penè infinita quotidie atq; huc atq; illuc deferuntur, quarum nonnullæ ab auctoribus, ut Appia, & Pipina; quædam à ſapore, ut quæ ferunt mellimela; aliæ ab odore, aliæ à colore nomina habent? De his ſatis ſuperq;: non eſt enim ſuſcepti operis munus, peregrinas arbores deſcribere: ſed hæc quando ad agriculturam attinent, perſtrinximus, ut illi quos res ruſtica delectat, plurimas arbores quæ modo ubiq; gentium abundant, aliundè originem habuiſſe intelligerent.

CAPUT V.

Quis primus Animalibus, rebusq; aliis Nomen impoſuerit, & de primo Immolandi inſtituto, ac Carnium eſu, uſuq; victus delicatioris, & more nominandi eum, cui in convivio poculum tradatur, ac de uſu Venandi, Piſcandi, & Salis inventione, &

qua

quis apud Roman. Aviaria ferarumq; Vivaria inſtituerit, aut quæ animalia Legionum Inſignia fuerint.

QUoniam rus diverſi generis animalib' abundat, quæ veluti humanæ vitę neceſſaria Deus finxit, conſentaneum eſt, ut ſummatim de iis aliquid dicatur. Animalibus itaque ſimul ac creata ſunt, Adam *teſte Joſepho in primo Antiquit. & Euſebio in 11. de Præparat. Evang.* nomina impoſuit, quibus etiam nunc vocantur, impoſuit & rebus aliis, quibus jam tum uti cœperat, quod à vero non utiq; abhorrere exiſtimandum eſt: nam multis rebus cum ipſi Adam, tum ejus filiis opus fuerat, quæ ſine nomine internoſci minimè potuiſſent. Iſtuc autem facere, *teſte Cicerone in Tuſcul.* ſummæ ſapientiæ viſum Pythagoræ. At animalia *ſecundum Plinium volumine 7.* Hyperbius Martis filius occidere primus inſtituit, ſicut Prometheus bovem. Quod magis Abel Adam filio tribuerim, qui omnium primus, *ut Joſephus eſt auctor*, primogenita ſuorum gregum Deo immolavit. Manavit poſtea iſte immolandi mos tam ad Abel poſteros Judæos, quàm ad alias quoq; gentes, reiq; apud eas initium fecit ſuillum pecoris genus, ſi Varroni credimus, qui *lib de Re ruſtica 2.* ejus opinionis argumentum ſumit ex eo, quod initiis Cereris, porci immolabantur, quod in fœdere feriendo porcus occidebatur, quod in cõjunctione nuptiali, nova nupta & novus maritus primum porcũ immolabat, quod deniq; priſci Latini, & etiã Græci in Italia idē factitabant. Et illi porci ad ſacrificium electi, eximii porci dicebantur, quod ut majores & optimi de grege eximerentur. Ritus verò ſacrificandi talis erat: primũ lotis manibus, hoſtias purâ aquâ purgabant, fruges capitibus earum inſpergentes: deinde precabantur, votaq; nũcupabãt, poſtea hoſtiarũ tẽpora vectib. pcutiebãt, ac occidẽtes mẽbratim dividebãt, ita primitias ex omnibus

Adam primus animalium nomenclator.

Animaliũ mactator.

Porci immolatio.

Eximius porcus.

Sacrificandi ritus.

bus membris & extra collecta poſtquam farris involviſſent farina, projiciebant diis in altaria, focumve, aut aras, hoc eſt, vaſa, quæ tripodes dicebantur, atq; poſtremò ſuccendebant vina fundentes. Hujus moris meminit Vergilius, cum diis marinis ſacrificium fieret:

Dii quibus imperium eſt pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras votireus, extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.

Aras tenere. Qui verò immolabant, non deos modo voce precabantur, ſed etiam aras manibus prehendebant. Idem:

Talibus orantem dictis araſque tenentem.

Ara anſa dicta. Quapropter Varro ſcribit, aras primò anſas dictas, quod à ſacrificantibus tenerentur, quæ deinde mutatione literarum, aræ vocatæ ſunt. Et is hoſtiarum etiam humanarum diis immolandarum modus, quem Homerus in ſua poeſi poſuit, & Romani quoque *teſte Dionyſio Halic. lib. 7.* uſurparunt. *Hoſtiæ humanæ.* *Carnis eſus.* Carnes autem ſub Saturno, hoc eſt, in aureo ſeculo, cum omnia humus funderet, nullum comediſſe, ſed univerſos vixiſſe frugibus & pomis, quæ ſponte terra gigneret, *auctore divo Hieronymo adverſus Jovinianum; teſtatur Dicæarchus in libris Antiquitatum, & deſcriptione Græciæ:* & Aſclepiades Cyprius, ætate qua Pygmaleon in Oriente regnavit, ſcribit uſum comedendarum carnium non fuiſſe. Cheremon Stoicus *de Vita antiquorum Ægypti ſacerdotum ſcribens*, narrat eos ex eo tempore quo cœpiſſent divino cultui deſervire, carnibus & vino abſtinuiſſe: ovum quoq; pro carnibus vitaviſſe, & lac: eorum alterum carnes liquidas, alterum ſanguinem eſſe dicentes colore mutato. *Ovum & lac.* Brachmanæ apud Indos, *teſte Euſebio lib. 6. de Præparat. Evangel.* nihil animatum edebat. *Judæorum ſecta.* Joſephus *lib. 2. de bello Judaico, & in 13. & 18. Antiquitatum*, treis deſcribit ſectas Judæorum, Phariſæos, Sadducæos, Eſſæos quorum noviſſimos fert ad cœlū laudibus,

dibus, propterea quod ab uxoribus, & vino, &, *ut Hieronymo placet*. carnibus ſemper abſtinuerint. Nec etiã, *ſicut idem ſentit*: Hebraico populo ſtatim poſt peccatũ Adã, ut carne veſceretur, à Deo conceſſum eſt, hoc eſt, non ante tempora Noë. In Creta, *ut Euripides tradit*, Jovis prophetæ non ſolùm carnibus non veſcebantur, ſed ne coctis quidem cibis. Herodotus verò *in primo*, Babylonios piſcibus olim tantùm victitaſſe dicit. Xenocrates autem philoſophus ex Triptolemi legib[*] apud Athenienſes, tria duntaxat præcepta in templo Cereris Eleuſinæ remanſiſſe ſcribit: Honorandos parẽtes: Venerandos Deos: Carnibus non veſcendum. Lacedæmoniorũ etiam menſæ, ſummæ frugalitatis erãt. Multa deniq; hujuſcemodi continentiæ exempla referre poſſem, quæ in præſentia non invitus conſultò omitto, nonnulla poſt ad hæc additurus, *cum de modo Chriſtiana abſtinentia tractabitur in libris inſequentibus*. Secundas menſas, quæ bellaria nuncupantur, Jones primi omnium *teſte Val. Max.* invenerunt. Iidem & unguenti & coronarum in convivio dandarum conſuetudinem, haud parva luxuriæ invitamenta repererunt. Quamobrem Spartana civitas, *ut idem auctor eſt*, ſeveriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu civium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit, ne illecebris ejus capti ad delicatius vitæ genus prolaberentur, utpote quæ audierat lautitiam, inde etiam immodicos ſumptus, & omnia nõ neceſſaria voluptatis genera fluxiſſe. Quæ ea omnia ipſa tamen Sparte non potuit ita abſtinere, quin poſtremò receperit: ſiquidem apud Græcos paſſim convivia magnificè & ſplendidè concelebrabãtur, quorum moris fuit nominare eum cui poculum traditurì erant, quo unà biberent. Mos iſte hodiè ubique propè gentium retinetur, ſed certè quidem neſcio quàm ſalubriter, ne dicam, quàm prudenter, ut quis edendo cogatur pro alterius arbitratu bibere. Nam idcirco cibum potumque capi-

Tria in Cereris templo præcepta.

Bellaria.

Unguentũ & Coronæ in convivìis.

Aſia luxurioſa.

Græcorum convivia.

muſ,ut corpus nutriatur:quare æquè debemus cibum potione temperare,atq; fabricator murorum temperationem facit aquæ,arenæ & calcis, quæ ſi nimis dura aut liquida ſit,ut tenacior non eſt ad cōſolidandū murum apta,ſic cibus multo liquore in ſtomacho fluctuans minimè alit. Fuit alius ipſorum Græcorum mos valdè quidem honeſtus,ut in convivio virorum nō accumberent mulieres,*auct. M. Tullius in Tuſc. & in Verrem.* Redeo rurſus eodem. Unde Poſtea ad Romanos hanc mali contagionem tranſiſſe veriſimile eſt, apud quos indies magis magiſq; latius ſerpere: nam tanta erat cōviviorum luxuria,ut facilè unâ menſâ patrimonium etſi amplum abſumeretur, magnumque ſæpius Reſpub. detrimentum pateretur. Quare Cato verus in hac parte vates,*teſte Plutarcho*,ajebat,difficile eſſe eam Rempub. ſalvam fore,ubi piſciculus pluris quàm bos vænit. Quod Juvenal.*ſatyra 11. conquerens* inquit:

Simile.

Romanorū luxuria in conviviis.

Multos porrò vides,quos ſæpè eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet expectare macelli,
Et quibus in ſolo vivendi cauſa palato eſt.
Egregius cœnat meliuſq; miſerrimus horum,& c.

Ex quo multæ leges quas Cato cibarias vocat,de coercendis ſumptibus latæ ſunt. Sed quid de Romanis loquor?nonne illa Cleopatra luxurioſiſſima centies ſeſtertium,*ut teſtis eſt Plin. in 9.* hoc eſt, centies centenis ſeſtertiis,quæ faciunt ducenta quinquaginta millia aureorum noſtrorum,cœnata eſt, hauſto unione pretioſiſſimo? At, ut veterum mores omittamus, quæ ætas unquam majore aut curâ aut luxu gulæ indulſit,quàm noſtra?palati enim causâ totum percurrimus æquor, &,ut ait Hiero.propter brevem gulæ voluptatem,terram luſtramus & maria, & ut mulſum, vinum pretioſuſque cibus fauces noſtras tranſeat,totius vitæ opera deſudamus: Juvenal.

Leges cibariæ.

Cleopatra prodigalitas.

Interea guſtus elementa per omnia quærunt.

Verius vero igitur eſt quod Socrates dictabat, multos pro-

Socratis dictum.

propterea velle vivere,ut eſſent & biberent: ſe autem bibere atq; eſſe,ut viveret. Poſſem in hoc loco multorum invitamentorum gulæ inventores prodere, quos tamen malo in tenebris jacere,quàm eos nominando, tot conviciis obnoxios reddere. Uſum venandi & piſcandi quidam, *teſte Euſebio, in primo de Praparat. Evangel.* apud Phœnices repertum volunt: veluti ſalem & ejus uſum Miſor & Selech inveniſſe dicuntur. Romę pavonem Q. Hortenſius augurali cœnâ primus poſuit, *auctores Varro in 3. de Agricultura, & Plinius in 10. & Macrobius libro Satur. 3* Aviaria, hoc eſt, loca in quib⁹ domi aves educantur, primus, *teſte Plinio*, inſtituit incluſis omnium generũ avibus, M. Lælius Strabo Brunduſii equeſtris ordinis. Habuit etiam Romæ Alexander Imperator voluptatis gratiâ: *auctor Lampridius.* Ex quo cœptum eſt animalia carcere coërceri, quibus natura cœlum aut terram aſſignaverat: nàm & leporaria, id eſt, vivaria ferarum, muris undique ſepta *auctore Plin. in* 8. à Fulvio Hirpino primum condita ſunt, ut etiam hodiè nonnulla in Italia extant: divus enim Federicus dux Urbini duo equidem fecit, in quibus omne ferarum genus incluſit, ut quoties per negotia liceret, animi causâ ſe honeſtiſs. hujuſmodi venationis genere exercere poſſet. At alibi, & præſertim in Anglia, paſſim ejuſmodi vivaria ſunt, quæ cùm roboreis ſudibus ſepta ſint, rectè veteri vocabulo roboraria dici poſſunt. Et hæc loca Angli in ſummis cum voluptatibus tum opibus habent, quando nullâ apud eos videtur magnifica villa, quam vivarium ferarũ, cervorum & damnarum non ornârit. Non eſt inſuper ab re demonſtrare, tantùm honoris quibuſdam acceſſiſſe animalibus, ut legionum Romanarum inſignia forent: erant enim ſigna, lupi, minotauri, equi, apri, & aquila, quam legionibus C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo propriè dicavit: *auctor Plin. lib. 10. Naturalis hiſtoria.*

Venatio & piſcatio.

Salis uſus.

Aviaria.

Vivaria.

Roboraria in Anglia.

Legionum Romanarũ inſignia.

CAPUT VI.

Quis primus invenerit Linum, Retia: nendi, texendique modum, vel artem Fulloniam, & Saponem: aut qui Lanas infecerint, aut repererint Lanificii, Veſtiumque variarum ac Pellium uſum, Fuſos. Aulæa, Sutoriam artem, Sericum, & quando ejus copia per Europam fieri cœperit, ac Bombycinam veſtem atque Purpuram, & quid ipſa Purpura, ac quanto in honore olim & pretio fuerit.

Linum. MIlle lini uſus ſunt, ſed præſertim in velis faciundis, quod execratione dignum eſt, ad perniciem hominum. Quod enim majus miraculũ videri poteſt, quàm ut herba ſit hoc linum, quæ eatenus Ægyptum, Syriam, Africam, Hiſpaniam, Galliam Italiæ admoveat, ut multi parvo quidem temporis ſpatio, ad ea ipſa loca leviſſimo etiam ventorum flatu perveniant? Audax itaq; vita & ſcelerum plena, *ut Plinius ait*, aliquid ſerere voluit, ut ventos procellasq; reciperet: ita enim tam parvo ſemine naſcitur, quod orbem terrarum ultrò citroq; portat, hominemq; ipſum, perinde quaſi parum fuiſſet in terra mori, cogit perire in aquis, ubi inſepultus à monſtris marinis voretur. Propter quod Plin. ait, haud ſe ſcire quæ execratio ſatis eſſet contra inventorem. Sed ad rem veniamus. Linum Arachne virgo, quæ Lydia fuit omnium prima, *teſte Plinio libro 7.* invenit, quanquam ejus uſum apud Hebræorum antiquiſſimos multò ante fuiſſe comperimus. Hæc lanificii periti ſſima Minervam in certamen provocavit, a qua in beſtiolam, quæ araneola dicitur, conversa eſt, *auctor Ovidius in 6. Metamorph.* Hæc eadem retia invenit, quæ feris avibuſque atq; piſcibus capiundis tenduntur. Nendi autem texendiq; artem Palladem

Lini inventio.

Araneolæ ortus.

Retia.

Nendi & texendi ars.

ladem inſtituiſſe nemo ambigit quippe quæ Minervæ ars nominatur. Quod innuere videtur Naſo *in primo de Arte amandi* his verſibus:

> *Quid facis Æacide? non ſunt tua munera lanæ,*
> *At titulos alia Palladis arte pete.*

Et Auſonius *libro primo:*

> *Litia qui texunt, & carmina, carmina muſis,*
> *Litia contribuunt caſta Minerva tibi.*

Plinius tamen *in* 7. dicit Ægyptios textilia comperiſſe, qui etiam plurimis litiis texere, quæ πολύμιτα vocant (*Polymita.*) ſimul inſtituerunt: *idem auctor libro 8.* Fulloniam artem Nicias Megarenſis invenit, quam qui exercent fullones (*Fullonia ars.*) nominantur, ii veſtimenta curant poliuntq;, & (*Sapo.*) ad id ſapone utuntur, quem Plinius *libro 28. capite* 12. à Gallis inventum tradit. Græcè dicitur σμῆγμα quicquid purgat. Idem *libro* 27. cum de Oſyris herbæ foliis & ſemine tractat: Smegmata, inquit, faciunt mulieri- (*Smegmata.*) bus ex his: Lanas infecere primum Sardibus Lydi, *auctor Plinius.* Uſum verò lanificii Juſtinus *lib.* 2. Athe- (*Lanificiũ.*) nienſes primos docuiſſe tradit. Quod ego Minervæ potius tribuerim, ſiquidem illa erat antequam Athenæ conditæ forent: & quoniam lanificium callebat, credibile eſt eam primo lanificium monſtraſſe, præſertim Athenienſibus, apud quos caſtiſſimè colebatur. Quapropter Juſtinus, ut puto, facilè intelligit Athenienſes lanificii uſum primos poſt Minervam docuiſſe, veluti eos *auctore Diodoro*, primos ſecundum Cererem, vel Siculos, frumentum monſtraſſe probavimus. Fuſos in (*Fuſus.*) Lanificio reperit Cloſter filius Arachnæ, *teſte Plin.* Illud quaſi prætériens non omittam, olim in pleriſq. Italiæ locis, lege paganâ ſancitũ fuiſſe, ut ne mulieres fuſos per itinera ambulantes torquerent, neve detectos ferrent, quod id adverſaretur omnium ſpei præcipueque frugum. Hinc cognoſcere licet, quàm vana fuerit veterũ religio; hodie enim Italicæ mulieres illud paſſim

Aulæa. faciunt,ſine tamen alicujus rei maleficio. Aulæa ornamenta,quibus parietes & aulæ teguntur primum,*teſte Servio ſuper 3. Georgicor.* in aula Attali regis Aſiæ,unde nomẽ habent,inventa ſunt,poſtquam is populum Romanum fecit hæredem. *Sutoria ars.* Sutoriæ artis inventionem Plinius neſcio cui Boëthio aſſignat: ego verò dixerim Hebræos primos ſutores fuiſſe, quando ſatis conſtat Moſen calceatum extitiſſe,cui *velut in Exodo cap. 3. patet,* *Veſtium uſus.* dictum à Domino fuerit, Solve calceamentum de pedibus tuis. Veſtium uſum Palladem inveniſſe Diodorus *libro 6.* auctor eſt. Sed,ut ait Euſebius, *cum de rebus Phœnicum in L. de Evangel. Præparat. ſcribit*, Uſo ex Siculi genere ortus traditur primus corporib. tegmina ex pellibus ferinis confeciſſe. Quod ego illi apud Phœnices duntaxat tribuendum duco, quando Adam primus à Deo creatus pelliceam ſibi veſtem fecit,quod proculdubiò veſtes faciendi poſteris exemplar extitit. Præterea,quoniam de veſtibus facta eſt mentio, videtur locus exigere, ut ſingulorum veſtimentorum inventores prodamus. *Latusclavus.* Latusclavus primum repertus eſt ab incolis Balearium inſularum, quo Cajus Cæſar, *auctore Tranquillo*, ad manus fimbriato uſus eſt, & à latis clavis,qui ejus veſtitus tunicæ inſerti erant,nomẽ habet: unde tunica laticlavi palmata à genere picturæ dicta. *Aurum intextum.* Auri intexendi modum,*uti Plin. in 33. & in 8. eſt teſtis* Attalus Rex Aſiæ invenit, unde Attalicæ veſtes dictæ. *Acu facere.* Acu facere excogitaverunt Phryges Idæi,ideoq; Phrygiones vocati ſunt & veſtes ipſæ phrygianæ. Rectã tunicam Tanaquil prima contexuit. Apud Græcos inventum eſt pallium,ſicut apud Hetruſcos prætexta *Pallium. Prætexta.* ita nuncupata,quod ejus circuitus & oræ purpurâ prætextæ eſſent: & magiſtratuum veſtitus erat. Contra *Toga.* toga alia pura dicebatur,cui nihil purpuræ foret prætextum, qua,*teſte Plin. in 8.* tyrones ac novæ nuptæ induebantur. Item colores diverſos intexere Babylonii cœperunt. Martialis:

Teſte

Veſte Semiramia, quæ variatur acu.

Undulatam veſtem, quæ toga regia dicebatur, qua Servius Tul. uſus eſt, fecit Caja Cæcilia, quæ eadem Tanaquil vocata eſt, *auctor Plin. in octavo* & undulata dicta, quod undis aſperſa foret, quæ fit ex pilis hircorum caprarumque. Hoc genus panni nos Symballoton vulgò vocamus. Dalmatica veſtis longa, non admodum lata, à Dalmatis primum confecta. Gabanium à Græcis inventum ejuſdem ferè formæ, ac Dalmatica eſt, manicis ejus longitudinem æquantibus, quo Itali etjam nunc unà cum Græcis utuntur. Eorundem Græcorum inventum fertur mantæle, quod eſt genus penulæ, quam ipſi μανδύαν vocant, nos verò mantælum, at vulgò cappam, cujus nunc ubique gentium uſus eſt perquam celebris. Braccæ Gallorum veſtitus fluxus inconſuſque ac varii coloris: undè pars Gallia frigidior Braccata appellata eſt. Sindonem ex lino amictum primum in urbe Sidone factam conſtat, qua corpus Servatoris noſtri involutum Matthæus tradit. Hæc de veſtimentis, quorum auctores produntur, dicere habui. Erant veſtes aliæ aliis peculiares, ut toga Romanis & Gallis, ex quo Gallia Ciſalpina Togata nuncupata eſt. Togam autem ipſam Tertullianus *libro de Pallio*, ſcribit à Pelaſgis inventam, ad Lydos primum, à Lydis deinde ad Romanos delatam fuiſſe, apud quos diverſa ejus fuerunt genera. Tunica interior veſtis ſine manicis, ſenatoria, eadem nobis linea proxima carni eſt, quam Camiſiam vocamus. Bulla aurea puerorum nobilium Romanorum erat: trabea triumphantium: Lacerna ludorum ſpectantium: militum verò, Paludamentum, Chlamys, quæ & Macedonum Græcorumque Abolla, Læna, & Sagum, quod vulgò ſayon vel cotta dicitur, à quo milites noſtros ſagatos appellamus. At Stola matronarum erat, ad pedes uſque demiſſa, extremaque in parte inſtita, faſciolâ exornata. Atque hæc Romanorum aliorumq; popu-

Toga regia. *Symballoton.* *Dalmatica.* *Mantale.* *Bracca.* *Toga.* *Tunica.* *Bulla aurea.* *Stola.*

L 4

lorum veſtimenta propria, quæ uno alterovè tempore ab illis ipſis inventa dixerim. Eſt & Cilicium veſtis genus, confectum ex villis hircorum atq; caprarum quod *teſte Varrone*, Cilicia, undè nomen habet, primùm invenit, ut illud denſe duplicatum adhiberetur ad ſagittarum ictus excipiendos. In eo apud nos ſumma eſt ſanctitatis tutela, quando viri ſanctiſſimi ad domandum corpus proximè carnem utuntur. Pellium uſus frigoris vitandi cauſâ, olim apud Britannos fuit, quemadmodum in noſtra Anglica hiſtoria oſtendimus. Item apud Scythas, Ovidius *de Triſt. l. 3* inter quos exulavit:

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis,
Oraq; de toto corpore ſola patent.

Apud veteres Romanos non fuiſſe, teſtatur Tranquil. ſcribens Auguſtum ſolitum eſſe hyeme ſe quaternis tunicis munire, adverſus vim frigoris: quod utiq; non feciſſet, ſi pellibus longè mollioribus uti mos fuiſſet. Poſtea Neronis temporibus ea mollitia apud ipſos quoque Romanos irrepſit, quando Seneca *in epiſt.* frigoris causâ, meminit de pelliculis vulpium & murium Ponticorum, quas Itali Zebellinos, & alii præſertim, Angli ſables vocant, quæ ut quàm aliæ molliores ita pretioſiores multò ſunt. Sed longum etſi nimis fecerimus, non præteribo tamen Sericum, feminarū virorumq; luxuriæ uberrimum alimentum. Hoc Seres Scytharum populi, à quibus nomen habet, primùm invenerunt, dicente Plinio *in 6.* primi ſunt hominum qui naſcantur, Seres lanicio ſylvarum nobiles perfuſam aquâ depectentes frondium caniciem: undè geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumque texendi: tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat. Item Vergil. *in 2. Georgiorum*:

Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres.

Ex his autem Vergilii verbis multi ſuſpicantur hujuſmodi vellera non à vermibus, ut apud nos fiunt, cōfici, ſed

Cilicium. Pellium uſus. Sericum.

ſed ſuâ ſponte in frondibus illarum arborum naſci. Cui opinioni Solinus etiam ſuffragari videtur, cum ſcribat, Seres aquarum aſpergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectere, liquoris & lanuginis teneram ſubtilitatem humore domantes. Verùm Servius hoc non minus ſcitè, quàm eleganter declarat ſuper 2. Georgicorum, ubi Maro oſtendit apud alias quoque gentes lanigeras arbores naſci, dicens: *Sericũ naſcens in arborib.*

Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? &c.

Ait enim: Apud Indos & Seres ſunt quidam in arboribus vermes, qui bombyces appellantur, qui aranearũ more, fila tenuiſſima deducunt, unde eſt ſericum. *Hac Servius:* cui Plinius ſuppetias ferre videtur, *cum in 11. de bombyce Coa loquitur,* ſcribens: Et in Co Inſula naſci traduntur cupreſſi, terebinthi, fraxini, quercus, florẽ imbribus decuſſum terræ halitu animante. Fieri autẽ primò papiliones parvos nudoſque mox frigorum impatientiâ villis inhorreſcere, & adverſus hyemem tunicas ſibi inſtaurare denſas, pedum aſperitate radente foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his quoque cogi, ſubigique unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine: & reliqua. Bombycinas igitur veſtes à ſericis non diſtinguunt, quas in filũ retorquere, ac inde texere in Co inſula Pamphila Platis filia invenit: *auctor Ariſtoteles de animalibus, & Plin. in 11.* At ſerici uſus tardè omninò ad nos acceſſit, magnique fuit pretii: nàm *uti Vopiſcus teſtatur,* Aureliano principe, qui regnare cœpit anno circiter ſalutis humanæ CCLXXIV. ſerici libra auri pondo, id eſt, librâ vendebatur: quare is princeps modeſtiſſimus nũquam holoſericam veſtem, quæ tota ex ſerico intexta erat, induere voluit, qua paulò antè primus Romanorum Antoninus Heliogabalus homo luxurioſiſſimus uſus eſt: *auctor Lampridius,* cùm id temporis tantùm in uſu eſſet veſtis ſubſerica, cujus ſtamen ex ſerico foret, trama autem ex alia materia, cujuſmodi hodie *Bõbix quomodo naſcatur.* *Bombycina veſtes.* *Aurelian' Imp.* *Subſerica veſtis.*

Satin. pannum in primis conficiunt Flandri, quem Satin de Brugis vulgò appellant. Poſthac, circiter annum ſalutis D L V. ingens ſerici copia per totam Europam fieri cœpit, cum per idem tempus duo monachi, *velut Procopius auctor Græcus* tradit, vermiculorum ſemen, hoc eſt ova ex Serinda Indiæ urbe, ad Juſtinianum Imperatorem Conſtantinopolim attulerint. Fit autem ex puro ſerico panni inprimis triplex genus, unum vulgò dicitur raſum, quod in eo nullus utrinque ſit pilus, apud alios vocatur ſatin: alterum damaſcum floribus intextum, quod Damaſci in Syriæ oppido primo cõfectum ſit: tertium villutum, id eſt, villoſum, quod ex altera parte villos habet. Purpura verò quo pacto, & quando ſit inventa, eſt apud Pollucem *lib. de Verbis idoneis ad Commodum primo*, qui inquit: Tyrii ferunt captum amore Herculem cujuſdam Nymphæ indigenæ, cui nomen Tyros, quem ſequebatur canis, qui irreptantem ſcopulis purpurã conſpicatus pereſa carũcula ſua ſibi labra cruore puniceo infecit. Cùm igitur ad puellam adiſſet Hercules, delectata illa inſuetâ tincturâ, affirmavit ſibi cum illo poſthac nihil fore rei, niſi ad ſe veſtem afferet, etiam canis illius labris ſplendidiorem: Quocirca Hercules inventâ animante, collectoque ſanguine, munus puellæ detulit primus, ut Syrii dictitant, puniceæ infecturæ auctor. Sunt autẽ purpuræ, *teſte Plin. lib 9. cap. 36.* piſces ex concharum genere, quæ ſeptem ut plurimum vivunt annos, congregantur verno tempore, mutuoque attritu liquorem quendam veluti ceræ emittunt: ſed nobilem illũ ſuccum, quo veſtes tinguntur, in mediis habent faucibus, quem cum vita evomunt, ideo vivæ capiendę ſunt. Hinc purpureus color, qui nigricãtis roſæ ſplendore ſublucet. Eſt ejuſdem concharum generis ſed non idẽ, murex piſcis, qui & conchylium dicitur, cujus cruore cõficitur color etiam purpureus, quem oſtrum appellant. Ex quo à bonis auctoribus ejuſcemodi piſcium, purpu-

Serici veſtimẽti triplex genus.

Purpura inventio.

Purpura Concha.

Murex piſcis.

purpuræ, muricis, conchylii nomina pro ipſum colore paſſim uſurpantur. Fuit Romæ purpuræ uſus jam indè ab initio urbis conditæ, diſtinguebatque ab equite curiam, id eſt, inſigne erat Romanorum magiſtratuum, quæ idcirco quàm plurimo vendebatur: nam violaceæ purpuræ libra tempore Augusti Cæſaris centum denariis vænibat, hoc eſt, decem noſtris coronatis aureis. Poſtea dibapha tyria, ita dicta quod bis tincta eſſet, & apud Tyrios infectores optimos, in libras, *ut inquit Plin.* non poterat emi mille denariis, id eſt, centum coronatis. Quapropter cum poſteritas ſemper luxurioſa fuerit, mirum profectò eſt, purpuræ uſum tam rarum, vel potiùs nobis penitùs eſſe ignotum. *Purpuræ uſus Romæ, ejusq; æſtimatio.*

CAPPUT VII.

De origine Architecturæ.

HOmines primùm more ferarum, in ſylvis & ſpeluncis naſcebantur, ciboque agreſti veſcendo ibi vitam agebant: poſtea reperto igne, *ut Vitruvio, de Architect. placet*, cognitâque ejus commoditate ad teporem propter vim frigoris arcendam, propius accedentes, in unum plures convenire cœperunt, & in eo congreſſu quicquid vellent, jam tum facilè tractare, ut qui rationis participes erant, alii ex fronde tecta facere, alii ſpeluncas ſub montibus fodere, uti Troglodytæ & Libyæ quidam populi Heſperiis Aethiopibus vicini, *teſte Strab. in 17. Geogr.* factitabant: nonnulli hirundinum nidos imitantes, ex luto & virgultis condere loca quæ ſubirent. Et ſic uſu venit, ut homines, quorum ad quidvis intenditur ingenium, valet, novis inventionibus gloriantes, & alii aliis deinde oſtendentes, ædificia informare, parietes furcis rectis, & virgultis interpoſitis luto texere, luteas glebas arefacientes ſtruere, & ut imbres & æſtus vitarent arũdinibus vel fronde tegere, vel ex ulva paluſtri tuguria *Aedificiorum origo.*

compo-

componere cœperint. Quæ ædificia Vitru. teſtatur, ſua etiam ætate conſtruxiſſe Galliam Hiſpaniam, Luſitaniam, Aquitaniam, Phrygiam. At etiam Ægyptus poſuerat, *ſecundum Diodorum*: imò apud omnes ferè gentes, talia hodiè viſuntur: nec mirum, cum ſint qui etiam nunc ſine ædificiis, ſub dio vitam ducant, pars in curribus, ut Scythæ propè omnes, pars in campis, ut Nomades & Saraceni in Africa, qui Sylveſtres nuncupantur. Atque eo pacto rem paulatim ad artem, id eſt, architecturam, deductam ferunt, quæ ædificandi rationem docet, quam *auctore Diodo. in 6.* Palladi aſſignant. Quod ego ex Joſephi teſtimonio, aut Cain Adam primi hominis filio, aut Jobal ex Lamech genito potius attribuerim, quorum alter primus, *ſicut infra dicemus*, oppidum, alter tabernaculum condidit. Undè deinceps non modo caſas, ſed domos ex lateritiis parietibus & lapide ſtructas, tum deorum templa quã ornatiſſima facere cœperunt. Sed jam ad ædificiorum diverſi generis auctores tranſeamus.

Architectura.

Architecti primi.

CAPUT VIII.

Qui primi Luteas aut Lateritias Domos ædificaverint, & Tegulas & Lapidicinas invenerint, & de prima Columnarum origine, & quando primum Marmorum uſus Romæ in ædificiis.

Domus lutea.

Lateritia.

Domos luteas, *teſte Plin. lib. 7* Doxius Gellii filius primus ædificavit, ſumpto ab hirundinum nidis exemplo. Lateritias verò, hoc eſt, ex lateribus conſtructas, *eodem auctore*, Euryalus & Hyperbius fratres Athenis primùm fecerunt. Earum ſtructuras Diodorus *in 6.* dicit, Veſtam Saturni ex Rhea filiam primam inveniſſe. Domos ipſas & agros, *teſte Laertio*, Epimenides Cretenſis primitus expiaſſe dicitur. Tegulas

gulas quibus domus teguntur, Cinyra Agriopæ filius in Cypro inſula invenit: Lapidicinas, hoc eſt, loca ubi lapides effodiuntur, Cadmus Thebis, aut ſicut Theophraſto placet, in Phœnicia *auctor Plinius.* Verùm ego hujuſmodi rerum inventionem verius, ut opinor, Cain, aut Seth ejus fratris filiis aſſignarim, quando ille, *teſte Joſepho in primo Antiquitatum,* mortaliũ omniũ primus oppidum condidit, *de quo infra mentionẽ pleniorem faciam:* iſti verò, *ut in primo hujus operis volumine demonſtravimus* columnas duas, id eſt, unam lateritiam, alteram lapideam, ut in eis rerum cœleſtium diſciplinam inſcriberent, conſtruxerunt, quam primã columnarum atque laterum originem eſſe dixerim. Quo apparet, in ipſo ferè mundi primordio domos aliaque ædificia ex diverſis materiis conſtruendi uſum fuiſſe. Non eo tamen inficias, eos quos ex auctoritate Plin. prodidimus, uſpiam deinceps hæc primos docuiſſe. De marmore reſtat dicere, cujus fodiendi causâ (tantùm enim deliciarum olim mortalibus obrepſit) natura ipſa rerum penè acta eſt in planum, montes ipſi cæſi, promontoria mari aperta, viſcera denique terræ in ſexcentas partes dilacerata ſunt. Undè, ut de cæteris ſileam, ad Romanos tanta marmoris, cujus convehendi gratiâ naves etiam fiebant, copia venit, ut M. Scauri ædilitate, *auctore Plin. lib. 36. Natur. hiſtor.* trecentæ ſexaginta columnę marmoreę ad ſcenam theatri non diutius ludorum celebritate duraturi, portatæ ſint. At L. Craſſus orator primus peregrini marmoris columnas habuit. M. verò Lepidus primus omniũ limina ex Numidico marmore in domo poſuit, magnâ reprehẽſione, qui cõſul fuit anno Urbis. DCLXVI. Cruſta marmoris primus, *teſte Cornelio Nepote*, totius domus parietes Mamurra eques Roman⁹ operuit, qui fuit præfectus fabrorum C. Cæſaris in Gallia. Marmore autem ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scylus, geniti in Creta inſula, priuſquam Cyrus in Perſis regnare inciperet.

Tegulæ. *Lapidicina* *Oppidum.* *Columnæ.* *Marmoris inventio.*

CAPUT IX.

Qui primi condiderint Oppidum, Muros, Turres, Tabernacula, Delubra: aut quis primus Deo omnipotenti Templum poſuerit: & qui Puteos foderint.

MOrtales ab initio conditis per rura caſis, ut dictum eſt, paulatim inter ſe coeundo e fera agreſtiq; vita ad manſuetiores mores pervenerunt tuncque primùm vinculo quodam ſocietatis ſimul viventes, oppidum, hoc eſt, locum muris munitum, ædificarunt, ut eo opes ſuas conferrent, ubi nullum eſſet hoſtium periculum: qui inde cives à coeundo vocati ſunt: & ipſum oppidum urbs, quam colit civitas, id eſt, civium cœtus dicta ab urvo parte aratri curva, quo illi antiqui homines ritu Hetruſco, ſulcum ducebant: intra quem oppidum poſituri eſſent, ut illud foſsâ muroque munitum foret. Hoc primus omnium, *teſte Plinio,* Cecrops condidit, qui fuit, *ut Juſtinus ait in ſecundo,* ante Deucalionis tempora, idq; à ſe Cecropiam nominavit, quæ deinde arx fuit Athenis. Aliqui Argos, quod Pelaſgicum, *auctore Strab. libro octavo Geogra.* Homerus vocat, à Phoroneo rege ante conditum volunt, de quo Lucanus *in ſexto.*

Oppidi ædificatio.

Urbs unde dicta.

—Ubi nobile quondam,
Nunc ſuper Argos arant.

Fuit alterum Argos in Attica, aliud, *ut Plin. in 4. eſt teſtis,* in Achaja, Hippium cognominatum. Quidam etiam Sicyonem prius conſtructã dicũt. Ægyptii verò multo ante apud ſe Dioſpolin, id eſt, Jovis oppidum, ædificatam aſſerunt, quod fidem propius eſt, cum ipſi omninò antiquiſſimi ſint. De hoc oppido Strab. *lib. 17.* meminit. Muros Thraſon fecit primus omnium. Turres, ut Ariſtoteles ait, Cyclopes invenerunt: ut Theophraſtus, Phœnices, Quod Vergilius Palladi aſſignare videtur *in Bucolicis:*

Murorum extructio.

Turres.

Pallas

Pallas quas condidit arces, Ipſa colat.

Quæ quidem omnia poſtea inventa puto, cum Cain Adam filius, qui ſicut palàm eſt, in ipſo propemodum orbis principio fuit, *auctore Joſepho in primo Antiquitatum*, mortalium omnium primus urbem condiderit, muriſque muniverit, quam ab Enoch filio ſuo ſeniore Enochiam appellavit. Turrim verò quæ præ altitudine vix oculis terminari poterat in eo loco quæ deinceps Babylon vocata eſt, *ut idem teſtatur*, juventus poſt diluvium Noë, rurſum vim aquarum formidans, id ſuadente Nemroth, primum conſtruxit. Quare Cecropiam, Argos, Sicyonem, Dioſpolin, urbes unà cum turribus poſtea conditas fuiſſe, jam meo judicio liquido conſtat. Tabernacula, *teſte Joſepho in primo Antiquitatum*. Jobal filius Lamech fecit, quamvis Phœnices Seculi nepotibus attribuant, *auctor Euſebius de Præparatione Evang.* Delubra Epimenidem Cretenſem primum ædificaſſe, auctor eſt Diogenes Laertius *libro primo*. At Vitruvius Pythium architectum primum omnium Priene ædem Minervæ feciſſe tradit. Herodotus tamen *lib. 2.* Aegyptios, *ut nos in primo hujus operis volumine ſcripſimus*, primos diis delubra ſtatuiſſe prodidit. Romæ, *teſte Livio*, Romulus templum locavit Jovi Feretrio, quod primum omnium more gentis ſacratum fuit. Deo autem Omnipotenti Salomon Rex Hebræorum ab ortu Adam primi hominis, tribus millibus centum & duobus poſt annis, primus omnium, *auctore Joſepho libro 8. Antiquitatum*, Hieroſolymis templum condidit, quod David illius patrem extruere parantem, Deus per Nathan Prophetam ab opere, propterea quod manus hoſtium ſanguine pollutas haberet, revocavit, eiq; juſſit, ut id Salomoni filio cōdendū relinqueret. Quod quidē templū cū miro opificū artificio, tū ingenti auri copiâ quo ornatū erat, omnium

Cain urbis ædificandi autor.

Turris Babylonica.

Tabernacula.

Delubra.

Templum Salomonis.

omnium profectò operum, quæ tunc in orbe terrarū extabant, celeberrimum fuit. Secus tamen factitavit *Alexander Imp.* Alexander Romanus Imperator, vir in hac parte haud me hercle contemnendus, qui *teſte Lampridio*, in templis nunquam præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam poſuit, identidem verſum Perſii repetens,

In ſacro quid facit aurum?

Puteorum foſſio. Puteos, *auctore Plin. in* 7. Danaus ex Aegypto advectus in Græciam quæ vocabatur Argos Dipſion fodit. Quod ſanè abſurdum eſt, nam ut ab ovo, veluti dicitur, incipiam, conſtat primò Abraham, & Iſaac, *ſicut patet in Gen. lib.* 1. *cap.* 26. ac deinde alios Hebræos de Aegypto egreſſos, duce Moſe, per ſolitudines multos fodiſſe puteos, quo tempore nondum Danaus erat, *dicente Joſepho contra Appionem:* Jam palam verò eſt ex prædictis annis, tempore computato, quia hi qui vocabantur paſtores, id eſt, noſtri progenitores, ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc provinciam inhabitavere quam Danaus Argos accederet. Sed nec Argis quidem Danaus puteos fodit, verùm ejus filiæ: poëtæ enim ajunt, *ut teſtis eſt Strab. lib.* 8. Argos aquis carere, Undè Homeri verſus.

θεοὶ δ' αὖθέσαν ἄργος ἄνυδρον:

Dii poſuere Argos lympharum protinus expers.

Sed non ipſam regionem, quæ amnibus irrigua eſt, aquarum inopiâ laborare volunt, verùm oppidum. Urbem verò illam, *ut Strabo ait*, in loco jacuiſſe arido ferunt, in qua magna erat puteorum copia, quos non Danaus, *ſicut Plinio placet*, ſed ejus filiæ fecerunt, teſtificante hoc carmine:

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν δανααὶ θέσαν ἄργος ἔνυδρον:

Argos aquis vacuum Danaa ſtruxere redundans.

De

CAPUT X.

De primis Labyrinthorum Pyramidumque auctoribus, & de Mauſoleo ſepulchro: ac de vario apud gentes olim Sepeliendi uſu, & undè apud Romanos mos Cremandi cadavera, conſecrandorumque Imperatorum poſt mortem, atque de origine Funebris orationis.

OPeræ pretium eſt, ut ante quàm hinc digrediamur, labyrinthos dicamus portentoſiſſimū humani ingenii opus:in ſe enim continent mille itinerum ambages, occurſus ac recurſus inexplicabiles, crebris foribus inditis,ad fallendum occurſus,redeundumque in errores eoſdem. Quatuor fuiſſe commemorantur: primus in Ægypto, quem alii regiam Mothærudis principis fuiſſe exiſtimant: alii ſepulchrum Meridis,quod etiam Diodorus ſentit: plures alii Solis honori extructum ferunt. Hunc Plinius *lib.* 36. ait à Peteſucö rege, ſive à Tithoe eſſe conditum. At Herod. *lib.* 2. commune Ægyptiorum regum opus appellat, ſeque illum vidiſſe paulò ſupra ſtagnū Myrios, verſus Crocodilorum urbem conditum teſtatur, de quo Strabo etiā *in decimoſeptimo* meminit. Hinc ſumpſiſſe Dædalum exemplar illius, quem fecit in Creta, non eſt dubium, ſed centeſimam tantum ejus portionem imitatum. Alter hic ab Ægyptio labyrinthus fuit, de quo intellexit poëta *in ſexto Æneidos* dicens: *Labyrinthi quatuor.* *Primus.* *Secundus.*

Hic labor ille domus, & inextricabilis error

Et Ariadne apud Ovidium *epiſtola* 10.

Cum tibi, ne victus tecto morerere recurvo;
Quæ regerent paſſus pro duce fila dedi.

Idem Naſo *in 8. Metamorph.*

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis;
Ponit opus; turbatq; notas, & lumina flexu

Ducit in errore variarum ambage viarum.

Plinius quoque & Plutarchus *in vita Theſei*, & Strabo atque divus Hieronymus mentionem faciunt. Tertius in Lemno fuit, quem, *eodem Plinio auctore*, fecere architecti Zmilus & Rholus & Theodorus indigena, cujus Plinii ætate, *ut ipſe eſt teſtis*, reliquiæ extabant. Quartus in Italia: omnes lapide polito, fornicibus tecti. Italicum labyrinthum, *ſicut teſtatur Plinius*, ſibi fecit Porſena Rex Hetruſcorum ſepulchri cauſâ, de quo Varro: Sepultus eſt Porſena ſub urbe Cluſio, in quo loco monimentum reliquit lapide quadrato, ſingula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenum, inque baſi quadrata, intus labyrinthum inextricabilem, &c. De labyrinthis ſatis eſt dictum. Sequuntur pyramides, quarum auctores minimè ſunt ſua laude fraudandi propter videlicet earum magnitudinem: tam altæ enim in Ægypto fuiſſe traduntur, ut magna omnium admiratio fuerit, qua ratione in tantam altitudinem ſubvecta forent cæmenta. Tres autem pyramides, *auctore Plinio*, inter Memphim, & Deltam fuiſſe conſtat, quarum unam ac reliquarum maximam, *teſte Diodor. lib.* 2. CCCLX. hominum millia annis XX. conſtruxiſſe produntur: quam, *ut idem dicit*, ſibi fecit ut in ea ſepeliretur, (quando iſtæ pyramides aliud nihil erant, niſi ſepulchra.) Chemis Rex, quem Herodotus Cheopem appellat. Poſt hunc regnum obtinuit, *ſicuti Diodorus ait*, Cephus ejus frater: quidam non fratrem, ſed filium nomine Chabreum regnum tenuiſſe aſſerunt, quod ſimilius vero Diodorus autumat. At Herod. non Chabreum, niſi codex mendoſus eſt, ſed Cephrenem, & non filium, verùm fratrem illius qui primam condidit pyramidem, vocat. Conveniunt tamen, ut hic ſive filius ejus, ſive frater fuerit, alteram pyramidem ædificaverit, arte priori ſimilem, magnitudine quidem imparem. Et hæ duæ, auctore

Tertius.

Quartus.

Pyramides tres.

Prima.

Secunda.

auctore Strab. inter ſeptem ſpectacula mundi numerarę ſunt. Martialis :

Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis.

Hunc regem *ut Herodotus & Diodorus produnt*, ſecutus eſt Mycerinus Rex, prioris pyramidis auctoris filius. Is tertiam pyramidem longè minorem paternâ vicenis, *velut teſtatur Herod. in 2.* pedibus, ex omni parte reliquit. Hanc quidam, *teſte Strabone*, Rhodopæ meretriculæ ab amantibus poſitam volunt, narrantes hujuſmodi fabulam: Cum ea aliquando lavaretur, aquila alterum calceum è manu ancillæ rapuit, & in gremium regis jura Memphi dantis dimiſit: Rex demiratus, perquiri mulierem juſſit, quam in urbe Naucratitarum inventam uxorem duxit, & mortuæ inde pyramidem conſtruxit. Quod Herod. prorſus falſum eſſe dicit, cū Rhodope mulier lōgè poſt fuerit, quā reges qui pyramides feciſſent. Iſti igit reges quos commemoravimus, pyramidū auctores traduntur: etſi Diodor. *lib. 2. & Pli. in 26. Natural. hiſt.* à quibus factæ ſint, non ſatis conſtare dicunt, juſtiſſimo caſu obliteratis tantæ vanitatis auctoribus. Pyramides autem faciendi, *teſte Plin.* cauſa à quibuſdam traditur, ne plebs eſſet otioſa. Quare Joſephus *in 2. Antiquitat.* dicit, Ægyptios coëgiſſe Hebræos pyramides ædificare, ut eos hujuſmodi labore atteretet: aut ne reges pecuniam ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus relinquerent vel præberent, propter quod ipſe Plin. hæc opera, regum pecunia otioſam ac ſtultā oſtentationem vocat. Verùm ego hanc potius fuiſſe cauſam opinor, quod Ægyptii, *ut ait Diodorus*, domos noſtras diverſoria appellabant, tanquam brevi tempore à nobis inhabitandas: mortuorum verò ſepulchra ſempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum ſit tempus: idcircò domus ædificandæ curam contemnebant, ſepulchrorum magnificentiæ, ut ſtultiſſimè fit etiam apud nos hodiè, ſummum ſtudium operamque tantam impendentes. Quamvis nonnulli, *teſte Diodoro*,

Tertia.

Fabula de pyramide.

Pyramidū ædificandarū cauſa.

Ægyptios hujuſmodi ſepulchrorum præcipuum ſtudium ab Aethiopibus eſſe mutuatos, aſſeverent. Nemo tamen Rex ex iis, qui eas pyramides condiderant, in illis ſepultus eſt: *auctor Diod. in* 1. Mauſoleum autem, id eſt, Mauſoli regis Cariæ monimentum, *auctore Strab. libro* 14. *Geogr.* Artemiſia ejus uxor extruxit, quod *teſte Plin. libro* 36. inter ſeptem miracula annumeratum eſt. Martialis:

Mauſoleũ.

Aere nec vacua pendentia Mauſolea.

De quo etiam meminit Cicero, Lucanus, Gellius, & Vitruvius. Varius præterea apud gentes olim uſus ſepeliendi cadavera fuit: mortui enim Perſarum non prius humabantur, quàm aut ab alite, aut à cane traherent. Maſſagetæ & Derbicæ miſerrimos putabant, qui ægrotatione morerentur: & parentes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectutē perveniſſent, jugulatos devorabant, rectius eſſe ducentes, ut ipſi potius quàm vermes comeſſent. Tibareni quos dilexiſſent, ſenes ſuſpēdebant patibulis. Albani Caucaſi montis accolæ, mortuorũ curam habere, aut meminiſſe, nefas putabant, quibus cum etiam pecunias defodiebant. Aegyptii ſtatim mortuo homine, ferro incurvo cerebrũ per nares educebant, locum illũ medicamentis explentes, dehinc acutiſſimo lapide Aethiopico circa ilia cōſcindebant, atq; illac omnē alvum protrahebāt, quàm ubi repurgaverant, rurſus odoribus contuſis refarciebant, inde iterum conſuebant, ubi hæc feciſſent, ſaliebāt nitro abditum LXX. dies: nam diutius ſalire non licebat: quibus exactis, cadaver ſindone involvebant, gummi illinentes. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciebant, in qua inſerebant mortuum, incluſumq; itaq; reponebant. Et id, ut arbitror, ideò factitabant, ut eo pacto condita cadavera diuturnius incorrupta ſervarentur: nam Aegyptii, *teſte Servio in tertium Æneidos*, ſecuti Stoicorum ſententiam, perſuaſum habebant tandiu animam durare, quandiu durare

Sepeliendi varius uſus.

Aegyptiorũ mos in condiendis cadaveribus.

rarec

raret & corpus. Aethiopes Macrobii, id eſt, longævi, in vitreis ſepulchris mortuos condere. Scythæ eos qui à demortuis amati fuiſſent, vivos infodiebant cum oſſibus mortuorum: regem autem ſuum ubi mortuum ad eas gentes quibus imperaſſet, circumtuliſſent, ſimiliter humo tegebant. atq; cum eo ſepeliebant aliquam ejus pellicum ſtrangulatam, & eum q vina miſcuiſſet, aut qui præfuiſſet nuntiis, necnon omnium rerũ primitias. Naſamones ſedentes mortuos humabant, obſervãtes, ut dum quis cœpiſſet agere animam, eum ſedentem conſtituerent, ne ſupinus ſpiritum efflaret. Hyrcani volucribus & canibus ſemivivos projiciebant. Thraces mortuos ſuos per luſum & lætitiam terræ demandare, prædicantes in qua tot malis liberati eſſent felicitate: contra edito puero, propinqui eum ploratu proſequebantur, exponentes quaſcunque neceſſe foretilli, quod vitam ingreſſus eſſet, perpeti humanas calamitates: inſtitutum me hercle inter tot vitæ mala ſapientiæ plenum. Eorum autem optimates ſimulatq; combuſti eſſent, ſepeliebantur. Quidam Aethiopum demortuos in flumen projiciebant, exiſtimantes id optimum ſepulchrum eſſe: aut vitro circundatos domi ſervabant: aliqui fictilibus condebant, atque infodiebant. Aſſyrii melle condebant, ac cera oblinebant. Nabathæi cadavera pro ſtercore habebant, regeſque ſuos in ſterquiliniis defodiebant. Taxili mortuos vulturibus non ſecus projiciebant, atq; Caſpii cæteris beſtiis. Quædam Indicæ fæminæ cum viris cremari ſibi feliciſſimum glorioſumq; putabant. Bactriani canib⁹ ad hoc ipſum nutritis objicere ſenes. Quod *ut divus Hieronymus eſt teſtis*, quum Alexandri præfectus Nicanor emendare voluiſſet, pene amiſit provinciam. Parthorum ſepultura, aut avium aut canum laniatus erat. Iſſedonum Aſiaticæ Scythiæ populorum mos erat parentum funera cantibus proſequi, & proximorum congregatis cœtibus, cadavera ipſa dentib. laniare

Sepultura varia.

pecudumq; carnib⁹ miſta comedere, ac capitib⁹ auro inc[illegible]ctis pro poculo uti, quę, *auctore Plin. l. 4.* ultima erant pietatis officia. Herodotus tamen *in quarto* dicit, illos parentum capitib⁹ nō loco poculi, ſed pro ſimulachro uſos eſſe, imolantes illis quotānis majores hoſtias multis cum ceremoniis. Hyperborei hoc ſepulturæ gen⁹ optimū arbitrabantur, ut ſi quos ſatietas teneret vitæ, epulati delibutiq;, de rupe nota præcipitarēt ſeſe in mare profundū. Romani, *teſte Plin. in 7.* poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognoverunt, cadavera cōburere cœperunt. Primus omniū in Cornelia domo, Sylla dictator crematus eſt, veritus talionem, id eſt, timens ut ſuū corp⁹ è ſepulchro extraheretur perinde ac ipſe Marii cadaver eruiſſet. Hinc igitur apud Romanos cremandorū cadaverū uſus increbuit; ſed hūc magis foris quàm domi ſervatū eſſe duco, nec tamen ſemper cōbuſta ſunt. Illud vel ſcire licet, apud Romanos conſueviſſe filios & propinquos mortuorū corpora in rogū injicere: auctor Cicero, qui *lib. Tuſcu. 1.* Ita de ea re ſcribit, Metellum multi filii, filiæ, nepotes in rogū impoſuerūt. Fuit & apud alios hujuſcemodi mos cōburēdi Plin. n. teſtat. *in 19.* cū de lini generib⁹ loquit. ſcribens: Regum inde funebres tunicæ corporis favillam ab reliquo ſeparāt cinere. Optimates etjam Thracum, *ut diximus*, comburebantur. Sed de hac re funerea plura alibi dicemus, cum de anniverſariis noſtrorum exequiis diſſeretur. Non eſt tamen ſilendum de more Imperatorum conſecrandorum, qui Romanis talis fuit. Sepulto corpore, Imperatoris imaginē fingebant, eamq; in regię veſtibulo ſupralectum eburneū ponebant, ad ægroti ſpeciem pallidam, quam circumſtantib. utrinq; ſenatu & matronis nobilioribus, medici inviſebant quotidie: ſeptimo autem poſt die, ubi viſus erat obiiſſe mortem, juvenes utriuſq; ordinis lectum humeris in vetus forum primò, dein in campum Martiū perferebant, ibiq; in tabernaculo ad exemplū turris

Cadaverū combuſtio.

Imperatores conſecrandi mos apud Romanos.

turris ſtructo, ac aridis fomitibus oppleto locabant, cũ ingẽte aromatum acervo. Hic ceremoniis patrio more cõcelebratis, ſucceſſor imperii facẽ tabernaculo admovebat, cæteriſq; ignẽ ſubjicientib⁹, cuncta comburebãtur: mox è faſtigio quodam aquila dimittebatur, quę in cœlũ credebatur ipſam principis animã deferre. Ac jam ex illo, unà cũ cæteris numinib. Imperator colebatur. De hac re Herodianus *ſtatim in initio quarti libri* latius meminit. Cæterum hãc conſecrandi rationem poſteritas ſumpſiſſe videtur ex Cæſaris dictatoris funere, cujus forma non multũ ab iſta fuit diverſa. Funebrem orationẽ de Bruti laudib⁹ primus Valer. Publicola habuit, quæ adeò grata jucũdaq; Romanis fuit, ut ex eo conſuetudo manſerit, ut qui ſtrenuè pugnando interjiſſet, ab optimatibus laudaretur. Dicitur etiã funebrib⁹ Græcorũ orationib⁹ illa vetuſtior fuiſſe, niſi jam Solon, qui *teſte Gellio l.* 17. Tarquinio Priſco Romæ regnãte, leges Athenienſibus dedit, hujus rei auctor, ut Anaximenes orator dicit, antea fuerit: *teſtis Plutarch⁹ in Vita Valerii*. Apud Romanos deinde, *auctore eodẽ Plutarcho in Vita Camilli* cum mulieres ornamenta aurea, quib⁹ utebant, ad conficiendã paterã in Delphũ mittendã contribuerint, ſenatus decrevit, ut quẽadmodũ pro viris, ita etiam pro fæminis, in funere orationẽ haberi liceret. Hinc igitur demortuos laudãdi mos fluxit, quẽ nos hodiè ſervam⁹. Servam⁹ autẽ in laudandis illis, niſi quid falſi dicere audem⁹, qui dũ vixere ſumoperè curarunt ut ab omnib⁹ benè audirẽt: nam hoc unum in primis indicium virtutis & vitii in homine exiſtit. Quippe natura quadam optimus quiſq; invigilat, ut de ſe reliqui mortales non malam mbibant opinionem, & poſt mortem omni tempore benè loquant: at ignaviſſimus nõ item. Cujus ſane rei conjectura, Plato *in Ep ſt. 2. ad Dionyſium tyrannum*, ſe duci affirmat, ut credat eſſe aliquem ſenſum iis, qui mortui ſunt, rerum noſtrarum.

Funebris oratio.

Mortuos laudare.

CAPUT XI.

Qui primi Obeliſcos fecerint, aut Romam invexerint, & inibi locus Plinii emaculatus, & de notis obeliſcorum, & quales eſſent Aegyptiorum Literæ.

LAbyrinthos ac Pyramides regum opera omni admiratione digna, ſuperiore capite deſcripſimus, eorum ſimul proditis auctoribus. Sequuntur modo obeliſci quos reges juxta certatim fecerunt. Sunt autem obeliſci trabes lapideæ Solis numini ſacratæ, propter quod ad radiorum ſimilitudinẽ fiebant. Apud Aegyptios nomen habent à radio: & planè talis eſt radii forma, dum per feneſtram intrat. Græci à veru ſimilitudine nuncupant, apud quos ὀβελὸς veru eſt. Obeliſci primũ in Aegypto, inde Romæ plures erecti ſunt. Primus omnium *teſte Plinio libro 36.* hoc opus inſtituit Mitres, qui in Solis urbe regnavit, ſomnio juſſus: hoc n. ipſum in eo inſcriptũ erat. Poſtea & alii Aegyptiorum reges in eadem urbe fecerunt. Sochis enim quatuor erexit quadragenorũ & octonũ cubitorũ lõgitudine. Rameſes autẽ is, quo regnante Iliũ captũ eſt, 40. cubitorum idem & alium poſuit longitudine undecentenis pedibus per latera cubitis quatuor. Erant & alii duo, unus à Myrne poſitus, alter à Phio. *Hæc ex Plinio volumine 36.* Verùm quidam codices non à Myrne ſed à Smarre: & non à Phio, ſed ab Eraphio habent, ut in alterutris mendum ſit. Unum Alexandriæ ſtatuit LXXX. cubitorum Ptolemæus Philadelphus. Phæron etiã duos in æde Solis poſuit, hanc ob cauſam: ferunt enim hunc regem, *teſte Herodoto lib. 2.* facinus admiſiſſe, quod ſpiculum in medios fluminis vortices cõtorſerit, & propter id è veſtigio amiſſo viſu, deceñio cæcũ fuiſſe: undecimo autẽ anno ab urbe Buci oraculũ accepiſſe, viſum eſſe ſibi redditurũ, ſi oculos abluiſſet loti*o*

Obeliſci quid & unde dicti.

Pharon lotio mulieris viſum reſtituens.

lotio mulieris, quæ cæterorum virorum expers, ſuo tantùm viro contenta fuiſſet: & ante omnia, cum lotiū uxoris tentaſſet, ac nihil amplius cerneret, reliquarum deinde urinam expertum, tandem vidiſſe, ibiq; omnes mulieres quas fuiſſet expertus, prętereà eam (uxorem enim duxit) cujus lotio lotus viſum recepiſſet, concremaſſe, atque ea calamitate liberatum, cum alia in aliis templis donaria poſuiſſe, omnia egregia ad diurnitatem memorię, tum maximè memorabilia ac ſpectaculo digna in templo Solis gemina ſaxa, quos obelos vocant à figura veru, centenum cubitorum longitudinis, octonum latitudinis. Fuerunt & plures alii in ipſa Ægypto: quapropter Auguſtus Cæſar, *teſte Ammiano* duos Romam ex Heliopoli urbe Ægyptia tranſportavit, quorum unus, qui, *ut auctor eſt Plinius*, exciſus fuit à rege Semneſerteo, in circo maximo, alter qui à Seſoſtride factus eſt, in campo Martio poſitus fuit. Tertius in Vaticano erat, à Cajo principe invectus, qui etjam nunc eo lo co ſtat, de quo Plin. *lib. 16. cap. 40. cum de arborum magnitudine loquitur*: Abies admirationis pcipuæ viſa eſt in navi, quæ ex Ægypto Caji principis juſſu obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum adduxit. Hunc, *ut idem in 36. teſtatur*, fecerat Seſoſtridis filius Nuncoreus. Et deinde ſubdit: Ejuſdem remanet & alius centum cubitorum, quem poſt cæcitatē, viſu reddito, ex oraculo Soli ſacravit. *Hæc Plinius*. Ex his verbis facilè conjicere poſſumus, Plin. intelligere de altero obeliſco, quem *ut ſupra oſtendimus, ex teſtimonio Herod.* Phæronem non Nuncoreum, ut apud Plinium legitur, recepto oculorū viſu, Soli ſacraſſe conſtat. Ex quo extra omnem controverſiam Plin. locus depravatus eſt, qui ut emaculetur loco Nuncoreus legendum eſſe duco Phæro: ne duo inter ſe graviſſimi auctores certare videantur, cum haud difficulter fieri potuit, alterum ex iis quos Phæron fecerit, eundem eſſe, quē Cajus Romam portarat. Quod demiror Hermolaum

Obeliſci tres Romā translati.

Plinii locus emendatus.

Hermolaus Barbarus. Barbarum, virum utiq; ſagaciſſimi ingenii, nō animadvertiſſe, præſertim cū paulò ſuperius admonuiſſet *undecimo capite ejuſdem trigeſimiſexti Plinii voluminis, ubi Nuncoreus inſcriptus eſt*, legendum eſſe Seſoſtridis, non Seſotidis: qui, *teſte Herodot.* fuit hujus Phæronis pater, de quo Plin. *lib. 6. cap. 20.* meminit & Strabo *lib. 7.* & Joſephus *contra Appionem volumine 2.* Non eſt etiam tacitum relinquendum, obeliſcos quàm plurimū notis quibuſdam, id eſt, variâ animalium effigie, *Hieroglyphica in obeliſcis.* inſculptos fuiſſe, quæ vel regum gloriam, vel eorū perſoluta vota ſequentibus ætatibus monſtrarent, quæ loco literarum erant, dicente Plin. *lib. 36.* Etenim ſculpturæ illæ effigiesq; quas videmus, Ægyptiæ ſunt literæ. Et Cornelius Tacitus *libro ſuarum hiſt. 13.* Primi, *Ægyptiorum litera.* inquit, Ægyptii per figuras animaliū, ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monimenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur: Strabo etiam *lib. 17.* ait, In obeliſcis quibuſdam literæ ſunt, quæ regum illorum divitias ac potentiam declarant: nam per ſpeciem apis mella conficientis, regem indicabant, cui *Apis hieroglyphicum.* cum jucunditate moderante, aculei ineſſe debent. Per accipitrem, rem denotabant cito factam, quoniam hęc aliarum fermè omniū avis ſit velociſſima. Per inſtrumenta etiam quædam membravè humana ſcribebant: quod Diodorus *ſtatim in principio quarti libri* planè demonſtrat.

CAPUT XII.

A quibus primò Aſylum conſtitutum fuerit, & quo nos pacto aſylis utamur.

POſtquam Hercules migravit è terris, nepotes ejus, *auctore Servio in 8. Æneidos*, timentes inſidias eorum quos avus afflixiſſet, Athenis ſibi primi omnium aſylum, hoc eſt, templum miſericordiæ, *Miſericordiæ templū.* collocarunt, undè nullus per vim poſſet abduci: nam com-

componitur ex *α* quod eſt ſine, & *σύρω* traho: quod Statius affirmat *in* 12. *Thebaidos* dicens:

Aſylum unde dictum.

Fama eſt defeſſos acies poſt buſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes,
Sic ſacraſſe loco commune animantibus agris
Confugium.

Cujus Plutarchus etiam *in vita Theſei* mentionem facit. Verùm ego hoc primum inventum Moſi verius, ni fallor, aſſignaverim, qui, *ut auctor eſt Euſebius*, longe ante Herculem fuit. Is enim *teſte Joſepho lib. Antiq.* 4. in tribus ex iis urbibus quas ipſe cõdiderat, dum Hebræũ populum in patrium ſolum reduceret, aſylum conſtituit, quod illis tantùm profugio foret, qui minimè ſcientes homicidium commiſiſſent. Secundum hæc, longo deinde tempore Romulus, ut haberet advenas plures, cum quibus conderet Romam, ad imitationem Athenienſis, *ut Servius tradit*, aſylum *teſte Livio in primo ab Urbe condita*, *& Dionyſio libro ſecundo* aperuit quò quiſquis proficiſceretur, ab omni noxa liberatus eſſet. Ovidius *in* 3. *Faſtor.*

Aſyla prima inſtitutio.

Romulus ut ſaxo lucum circundedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge; tutus eris,

Vergilius quoque *in* 8. ait.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum
Rettulit.

Fuit & aliud aſylum, *auctore Strabone, in octavo Geograph.* non procul Trœzene, in inſula nomine Calauria, Neptuno dicatum. Tum aliud quoque in Ægypto, ad Canopicum Nili oſtium, Herculi conſecratum, de quo Herod. *lib.* 2. meminit: Erat, inquit, & in eo littore quod nunc quoque eſt, Herculis templum ad quod ſi quis cujuſcunq; hominis ſervus confugiens capiat ſacras notas ſeſe Deo tradens, eum nefas eſt tangere: quæ ſanctio ad meam uſq; ætatem, prorſus immota perſeveravit. Fuit etiam in ipſa Ægypto, *ſicut commemorat Strab. l. decimoſeptimo. & ultimo Geograph.*

Aſyla varia.

Oſi-

Aſyla in Anglia. Oſiris aſylum,& in Syria Apollinis: Sunt hodiè in orbe noſtro Chriſtiano, præſertim apud Anglos, paſſim aſyla, quæ non modo inſidias timentib. ſed quibuſvis ſontibus etiam majeſtatis reis patent: quod facit ut manifeſtè appareat, nos id inſtitutum non à Moſe, qui illis duntaxat qui nolentes hominem occidiſſent, aſylum poſuit, ſed à Romulo eſſe mutuatos. Quæ nempè res hauddubiè in cauſa eſt, cur benè multi à maleficiis minus abſtineant manus. Quid, quòd templa noſtra ubiq; gentium iſtiuſmodi ſceleratis hominibus inſtar aſylorum ſunt? & id contra quàm Moſes etiam conſtituerit, qui *in Exod. cap.* 21. ita ſanxit: Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo avellas eum, ut moriatur.

CAPUT XIII.

De origine Theatri, & in eo recitandi Comœdias Tragœdiaſque modo, & qui primò Romæ Theatrum & Amphitheatrum ac Circum conſtruxerint, & quare Amphitheatrum arenâ ſpargeretur: & inibi de frequenti apud veteres Lavandi uſu, ac Thermarum origine.

Theatri etymologia. THeatri (quod hemicycli ſpecie conſtructum erat, ἀπὸ τοῦ θεάομαι, quod eſt video, appellatũ, Latine dici ſpectaculum poteſt) conſuetudo, *teſte Caſſiod. in epiſt.* à Græcis ſumpta eſt: nam cum agrorũ cultores feriatis diebus ſacra diverſis numinibus per *Theatri inventio & inſtitutio.* lucos vicoſq; celebrarent, Athenienſes primum hoc in urbem ſpectaculum tranſtulerunt, theatrum græco vocabulo appellantes, quod in eo eminus aſtans turba conveniens ſine aliquo impedimento conſpiceret: apud quos, *auctore Euſebio in* 2. *de Præparat. Evangel.* Dionyſius primus theatrum fecit: propter, quod, ut mea fert opinio, Servius ait, theatrales ludos in honorem

rem duntaxat apud veteres Liberi patris fieri conſueviſſe, Plutar. ſimiliter Athenis theatra fuiſſe, *in vita Theſei* apertè oſtendit. Sanè apud Alexandriam in Antirrhodo inſula theatrum etiam fuiſſe, Strabo *in 17.* auctor eſt. Hunc morem Romani quoq; , ut pleraq; alia, in urbem conſtruendi theatri tranſtulerunt, quod ita diſpoſitum erat, ut à fronte inter duo cornua, ſcena eſſet dicta *ἀπὸ τῆς σκηνῆς* quod apud Græcos tabernaculum ſignificat, ita appellatum à facienda umbra. Scena primò inventa eſt umbræ gratiâ, in qua ludi ab eo loco ſcenici nuncupati, à principio facti ſunt, qui *teſte Livio,* anno urbis cond. CCCXCI. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone Coss. peſtilentiæ ſedandæ causâ inſtituti ſunt. Porrò cum vis morbi nec humanis cōſiliis, nec ope divinâ levaretur, inter alias iræ cœleſtis placationes ejuſmodi ludos introducere placuit, inſanis certè hominum mentibus, qui putarent Deum laſcivis ſaltationibus ſibi placatum iri. Itaq; ex Hetruria ludiones acciti, qui ſine carmine ullo, ſine imitandorum carminū actu, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus dabant. Res nova ſic bellicoſum populum delectavit, ut juventus inde jocularia ſimul inter ſe verſib. inconditis fundentes, eos imitari cœperint. Hæc ridicula carmina ſine cantu jactata, græcè exonia appellabantur, ſicut epodia, quæ cantabantur. Et quia hiſter Thuſco verbo ludus vocabatur, id nomen hiſtrionibus eſt inditum. Poſt annos deinde centum & viginti duos, qui fuit annus ab urbe condita DXIII. Livius Andronicus fabulam verſibus intextam primus recitandam dedit. Ac ita ludus paulatim in artem verſus eſt, cum in ſcena comici tragiciq; & cæteri poëtæ ſua recitarent poëmata: in ea etiam erant præcones, tibicines, citharœdi & hujuſmodi, qui vel in fine cujuſque actus canerent. Hoc ſanè loco non abs re videtur eſſe aliquid dicere de modo in primis agēdi comœdias, tragœdiasq;. Nam cum Cicero *libro 3. de Orat.* de Roſcio, qui fuit homo

Theatrum Romanum.

Scena unde nominata.

Ludi ſcenici quo modo inſtituti.

Ludiones.

Hiſter.

Modus agendi comœdias.

homo Gallus, & comœdus peritiſſimus, ac ejus præceptor in pronunciationis, geſtuumq; exercitatione, dixerit: Nunquã agit hunc verſum Roſcius eo geſtu, quo poteſt: nonnulli ſuſpicati ſunt comicos & tragicos ſua poëmata recitare ſolitos, & mimos, hoc eſt, hiſtriones præſtò fuiſſe qui perſonarũ inductarũ facta dictaq; exprimendi cauſâ, eorũ voces geſtib. tantũ perſequerentur, id quod alibi Cic. *in Paradoxis* falſum eſſe demonſtrat, cum inquit: Hiſtrio ſi paulò ſe moveat extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus eſt ſyllabâ unâ brevior aut longior, exſibilatur & exploditur. Si igitur hiſtrio geſtu, nõ item voce agebat, qui fieri potuit, ut mutus in pronuntiatione reprehẽderetur? Theatralis autem ſcena apud antiquiſſimos parietem non habebat, ſed frondibus tantùm tegebatur: poſtea tabulata cœperunt cõponere inſtar parietis; & ſic binis & ſæpè pluribus contignationibus conſtabat. Deinde erat proſcenium ſuggeſtum in quo ludi exercebantur: Vergilius:

Scena Theatralis.

Proſcenium.

—— Et Veteres ineunt proſcenia ludi.

Orcheſtra In medio orcheſtra, in qua ſenatorum ſedibus erant loca deſignata unde omnium agentium genus ſpectari poſſet: dicta orcheſtra, quod in ea ſaltationes fieri conſueverant: *ὀρχησις* enim græcè, ſaltatio dicitur.

Cavea. In cavea verò quæ pars media theatri erat, ſubſellia equitum erant in caveos eodem modo diviſa. In circuitu hemicycli erant gradus ita diſpoſiti, ut altiores in ambitu ſemper excreſcerent, in his plebs promiſcuè ſedebat. Quibus non erat locus ſedendi, ii ſtantes in cavea ſpectabant: nam ſenatus à populo ſecretus ludos ſpectare, cujus rei, *teſte Livio in quarto de bello Macedonico, & Plutarcho*, Scipio ille Africanus, & Valer. Sempronius Longus Conſules, primi auctores fuerunt, quod & vulgi animum avertit, & favorẽ Scipionis magnopere quaſſavit. Valerius autem Max. hoc ex ſententia poſterioris Africani actum eſſe narrat. Caveę theatri nullis fornicibus obductæ, velis tegi ſolebant.

ex

Ex quo primus omnium Q. Catulus, *teſte Plinio in* 19. linteis theatro umbram fecit, primuſque byſſina vela duxit. In hanc ſanè formam theatrum M. Scaurus in ſua ædilitate, non quidem perpetuò duraturum, ſed in triginta tantùm dies ſcenicorum ludorum, (principio enim ad tempus fiebant theatra) primus omnium Romæ extruxit, dicente Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Hic fecit in ædilitate ſua opus maximum omnium, quæ unquā fuere humanâ manu factâ, non temporariâ morâ verum etiam æternitatis deſtinatione, *& reliq.* C. autem Curio, qui bello civili in Cæſarianis partibus obiit, in patris funere theatra duo è ligno conſtruxit: quibus inter ſeſe averſis, ne invicem obſtreperent ſcenæ, & repente circumactis, ac cornibus inter ſe coëuntibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula edebat. Manſurum theatrum è quadrato lapide, ut ait Cornelius Tacitus, primus Romæ conſtruxit Pompejus Magn⁹ cujus exemplar ex eo quod Mitylenæ erat, poſt devictum Mithridatem ſumpſiſſe, teſtis eſt Plutarchus. Amphitheatrum autem, qui locus erat ſpectaculorum gratiâ, formâ rotundâ, & veluti, *ut ſupra oſtendimus*, ex duobus conſtans theatris, primus omnium *teſte Cornelio de geſtu Neronis*, in campo Martio poſuit C. Jul. Cæſar, quod paulò poſt, *auctore Tranquillo*, Auguſtus mauſeolum ædificaturus deſtruxit, qui & ipſe amphitheatrum deſtinavit mediâ urbe, quòd à Veſpaſiano conditum fuit, & à Tito conſecratum *auctor Suetonius in eorum Vitis*. Sed quoniā Domitianus, *ut idem eſt teſtis* omnibus operibus quæ poſt mortem illorum vel reſtituit vel perfecit, ſuum duntaxat titulum addidit ſine ulla priſtini auctoris memoria: hinc, ut opinor, illi de hoc amphitheatro Martialis ſtatim in principio ſui operis adulatur, dicens:

Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro,
Unum pro cunctis fama loquatur opus.

Auguſto etiam Cæſari Herodes Hieroſolymis theatrum

Theatrum Scauri.

Theatra Curii.

Theatrum conſtans Pompei.

Amphitheatrum Jul. Cæſaris.

trum & amphitheatrum condidit: *auctor Joſephus in 15. Antiquitatum*, In amphitheatro autem beſtiarum & gladiatorum ludi celebrabantur: nam per multi capite damnati, aut in bellis capti, illic cum feris pugnando mortem oppetere cogebantur. Quod epigrammaticus poëta affirmat, de delatoribus dicens:

Ludi in Amphitheatro.

—— Nec cœpit arena nocentes.

Seneca teſtatur, duos, qui ad id certamen deſtinati erant, ſibi prius mortem conſciviſſe. Arenâ, ut hoc commodum moneamus: aliquando pro amphitheatro, id eſt, contentum pro continente, ab auctoribus eleganter ponitur. Martialis rurſus,

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Arena in Amphitheatro.

Et id quoniam amphitheatrum ſpargi arenâ ſolebat, vel ne pugnantes fœdarentur cruore occiſorum, vel ne cruor ſparſus ſpectantibus eſſet horrori, propter quod juvenum multitudo arenam vertendo cruorem obtegebat. At quidam aliam ſpargendæ arenæ cauſam cõmentati ſunt tradentes eam ſterni ne gladiatores diffluerent. Circo *de hujus forma libro ſuperiore, cap. 14. affatim diximus*, regnante Tarquinio Priſco, locus primum deſignatus eſt, atq; ſimul patribus equitibuſque loca diviſa, undè ſpectarent ludentes. Certamen fuit equorum pugilumq; qui ex Hetruria accerſiti fuerant. Is Maximus circ⁹ dictus eſt. Poſtea duo alii poſiti ſunt, Flaminius & Neronis. In hoc obeliſcus olim fuerat qui nunc Romæ in Vaticano extat. In circo item *teſte Dionyſio*, athletæ certabant qui aut pugnabant, aut currebant, vel luctabantur, quorum certamen tum primò Romanis ſpectaculo fuit, cum Sp. Poſthumius Albinus, & Q. Martius Philippus conſules fuere, anno Urbis conditæ DLXVIII. *auctor Livius l. 9. dec. 4.* Sed horum operum magnificentiæ jam jungatur thermarum luxus: fuit enim mos priſcorũ quotidie lavari, quod ea re, credo, *teſte Celſo*, ad proſperam valet conſervandam valetudinem. Ex quo uſu venit ut civis quiſque

Circus.

Ludi in Circo.

Thermarũ uſus.

pro opibus privata haberet balnea: ſed poſtea, creſcente principum luxuriâ publicæ balneæ haberi cœpere: quippe loca aſſignata erant, quæ aut aquis calentibus, aut igne calefactis, lavandi ſudandivè uſum præberent quæ Græcè thermas appellarunt: & cum alibi, tum Romæ in modum provinciarum, *ut ait Ammianus*, videbantur extructæ, in quibus plebs etiam lavaretur: fuitq; adeò populare principibus id cum ea promiſcuè facere, ut Cõmodũ, Gordianũ & Galenũ juniores, alios ter, alios quinquies, vel ſepties æſtate, bis verò hyeme in die lavaſſe Capitolin⁹ tradat, in thermisq; cœnitaſſe. Admittebantur & mulieres, idoneũ voluptatis inſtrumentum. Thermæ inprimis celebres Romæ fuere, Agrippinæ, Neronianæ, Titi Veſpaſiani, Domitianæ, Antonianæ, Alexandrinæ, Gordianæ, Severianæ, Dioclecianæ, Aurelianæ, Conſtantinianæ, Novatianæ. Hæ magno ſumptu ædificatæ ſunt inſtar ferè urbium. Erant in his areæ ampliſſimæ, erant porticus, in porticibus exedræ habentes ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetores, reliquiq; quibus ſtudia erant cordi, ſedebant diſputantes. Erat & palæſtra, in qua ſe athletæ exercebant. Erant præterea multa intus loca ad fovendam luxuriam fabertimè extructa. Adeò veſanâ dementiâ, omnium voluptatum quæſiſſe tentamenta videntur Romani principes, cum tanto impendio tam paucis profuturo.

Balnea publica.

Thermæ Romanæ Impp.

Palæſtra.

CAPUT XIV.

Quis primus invenerit Fabricam materiariam, & in ea Serram, Aſciam, Perpendiculum, Terebram, Glutinum, Normam, Libellam, Tornum, Clavem, Circinum, Securim, Dolia & vaſa viminea.

FAbricam materiariam, hoc eſt, lignariãm, Dædalus, ut Plin. *Lib.* 7. ſcribit, primus omnium inve-

Fabrica lignariæ ejuſque inſtrumentorum inventores.

nit: & in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, id eſt, inſtrumentum quo plumbo à filo, & gnomone pendente, rectio ſive obliquitas operis perpēditur, hoc eſt, examinatur: & terebram & glutinum, quod Græci collam nominant, quo ligna conjunguntur, & conglutinantur. Normam autem & tornum atq; clavem Theodorus Samius reperit. Ovidius tamen *libro 8. Metamorph.* dicit Perdicem Dædali ex ſorore nepotem, circinum, hoc eſt, inſtrumentum quo circuli vertendo deſignantur, & ſerram inveniſſe: traxerat enim in exemplum ſpinas in medio piſce notatas, de quo etiam *in Ibim* ait:

Serra inventio.

Ut cui cauſa necis ſerra reperta fuit.

At ſecundum Diodorum *libro quinto* Talaus non Perdix adoleſcens filius ſororis ejuſdem Dædali, qui ab eo erudiebatur, repertâ ſerpentis maxillâ, parvulum, cum ſecuiſſet lignum, imitatus poſtea dentium ſerpentis ſpiſſitudinem: ſerram ferream primus omnium fecit: reperit etiam tornum, & rotam figuli, *ut ante monſtravimus*, ita cum pluribus rebus hominibus profuiſſet, magnâ laude celebratus eſt. Hunc puerum Dædalus invidiâ motus, exiſtimans turpe eſſe, magiſtrum ab adoleſcente gloriâ vinci, dolo interfecit. At normam, cujus ratio ut longè alia ſit, ac communis normæ, non modo in menſuris, ſed etiam in ædificiis utilis eſt, inventum Pythagoræ eſſe Vitruvius *libro nono* dicit ejuſque formam valdè artificioſam ponit. Securim Pantheſilea Amazonum regina inveniſſe fertur. Cæterum ego hujus lignariæ artis vel ejuſdem inſtrumentorum, quamvis alia alicubi uſurpentur, inventionem potius Hebræis tribuerim, apud quos multò ante Dædalum optimi opifices fuerunt, præſertim in conſtructione tabernaculi, quod Moſes qui etiam Dædalo, *ut auctor eſt Euſebius*, antiquior fuit, Deo dicavit. Vel aſſignaverim Tyriis, qui *teſte Joſepho in 8. Antiquitatum*, in ea arte Hebræis longè excellentiores fuerunt, propter quod

Norma inventio.

Tyrii artifices.

Salo-

Salomon Deo templum conditurus, ab rege Tyri per literas fabros lignarios, *ſicut idem Joſephus & Euſebius teſtimonio ſunt*, petiit. Quo pacto autem ex gracilioribus lignis capacia & in ventrē tumentia vaſcula, veluti ſunt dolia, fierent, Pſeuſippus, *auctore Laërtio*, docuit. Vaſa ex viminibus facta, ut quallos, corbes, &c. *teſte Servio in primum Georgic.* Ceres omnium prima monſtravit.

Dolia.

Vaſa ex viminibus.

CAPUT XV.

Quis primus mari imperaverit, & ut primo navigari cœptum ſit, qui invenerint artem Navigandi, Navigia diverſi generis, Remum, Vela, Anchoram, Gubernaculum, & pugnam navalem.

Quis non fatetur humanum genus merito ſuo inſaniæ audaciæq; coargui, cum ſeſe intra ſuos fines minimè ſciat tutum continere? Nam quamvis Deus Opt. Max. ei abundè conſuluerit, ſua tamen ſpontè in pericula ruit. Ille enim nobis terram veluti ſolidum & ad nos ſuſtentandum idoneum elementum dedit, at nos cœlum atq; mare tentamus. Nonne Dædalus fabricatis alis, cœlum ipſum adivit? nonne modo ſævâ pecuniæ cupiditate obcæcati, tenui ligno freti mare nō dico ſulcamus, ſed propemodum habitamus? Quod Fla. Horatius dolens *in 1. Carminum* inquit:

Inſolentia humana.

Nec quicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt vada,
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas:

Et in eum *paulo ſuperius* qui hoc primum tentavit,

Illi robur & as triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem. *Primus.*

Et Propertius *libro 3. de Peti naufragio dicit*:

Ergo ſollicita tu cauſa pecunia vita es,
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula prabes,
Semina curarum de capite orta tuo.

Et deinde ſubjungit:

Ite rates curvæ, & lethi quoque texite cauſas,
Iſta per humanas mors venit acta manus.

Idem:

Natura inſidians pontū ſubſtravit a variis & reliq.

Navigandi ars inſtituta. Quid deniq; *ut poëta ait*, non mortalia pectora cogit Auri ſacra fames? Itaq; adeò ab initio mare à mortalibus frequentatum eſt, ut deinceps omiſſis ratib. quib. primum eſt navigatum, naves inſtar domorum ædificaverint, quibus etiam nunc totùm ferè pelagus ſternitur. Et ita navigandi arte compertâ, maris imperium ſibi pro ſe quiſq; vendicare auſus eſt, in eoq; non ſecus ac in terra bella gerere. Sed jam ad rem veniamus. Minos, *teſte Strab. li. 10. Geograph.* mari primus imperavit: quod Diodor. *in 6* Neptuno aſſignat, qui primus navigandi autem invenit: ait enim: Neptunus ſecundum Cretenſes, primus navigandi arte juventâ, claſſem inſtituit, ejuſq; præfectus eſt à Saturno factus. Quapropter traditum eſt poſteris, Neptunum imperaſſe mari. Cretenſes omninò jampridem, *ut Strabo demonſtrat*, navigandi principatum tenuerunt, à quibus propter id

Proverbium. fluxit proverbium, Cretenſis neſcit pelagus: in eū, qui ea quæ probè novit, ſe ignorare diſſimulat, *ut in noſtris*

Navigatio prima. *adagiis expoſuimus*. Primùm autem, *auctore Plin. in 7.* inventis ratibus in mari rubro, inter inſulas ab Erythra rege navigari cœptū eſt. Quod etiam teſtatur Quintil. *in 10* dicens: Si nemo plus effeciſſet eo quod ſequebatur, nihil in poëtis ſuprà Livium Andronicum, nihil in hiſto-

hiſtoriis ſupra Pontificum annales haberemus.ratibus adhuc navigaremus,&c.Ipſas verò rates, ſunt qui non Erythram regem,ſed Myſios & Trojanos priores inveniſſe in Helleſponto putent, cum tranſirent adverſus Thraces. Alii in Britannico Oceano primo inventas produnt corio circumſutas. Navem *ſicut Plin.l.7.ſcribit*,primus in Græciam ex Ægypto invexit Danaus: at alii *teſte Euſebio in 1.de Evangel.preparat.* à Samothracis inventam dicunt,aut,ut Clementi placet,ab Atlante: alii verò, *velut oſtendimus* à Neptuno, alii à Minerva *auctor Tertul.lib.de Militis corona.* Verùm ego hoc aliquanto verius, ut par eſt, Noë tribuendum judico, qui *ex teſtimonio Euſebii lib.* 10. *de Praparat. Evangel.* perdiu ante Danaum & Neptunum fuit. Is enim vir ſanctus & innocens, *auctore Joſepho in* 1. *Antiq.* cum à Deo diluvium ad perniciem humani generis futurum eſſe cognoviſſet, ut aquarum vim evaderet, arcã ſibi ligneam fabricatus eſt, quæ haud dubiè nihil aliud fuit,niſi navis,& condendorum diverſi generis navigiorũ primum ac unicum poſteris exemplar. Beroſus itidem Chaldæus, *ut Joſephus eſt teſtis*, eam ipſam arcam navim appellat. Ac non injuria igitur & navigandi & condendarum navium uſum primum à Noë,ante quẽ, quod memoriæ proditum,ſit, nemo mare tentaverat, fluxiſſe credere convenit,cum præſertim ab eodẽ Joſepho accipiamus illius nepotes, dum alii aliam orbis regionẽ ad habitandũ peterẽnt,multis navibus eſſe uſos,Tibul.autem hoc Tyriis aſſignat, *Ele.7.* dicens.

Ratès inventa.

Navis erigo.

Noa primus navis fabricator.

Utq; maris vaſtum proſpectet turrib. æquor,
Prima ratem ventis credere docta Tyros?

Ob hoc hercle,ut puto,quod Tyrii, *teſte Strab.l.16.* diu navigandi arte excelluerunt. Ex quo fit, ut etiam qui poſt tempora Noë ad hanc uſq; ætatem,hujuſmodi artem exercuerunt,nõnihil benè meriti ſint:nã cum nulla ferè ars intra initium ſuum ſteterit, multa idcirco cum navigiorum,tum cęterarum rerum nauticarũ ge-

Digitized by Google

nera reperta ſunt, quæ plurimùm artem illuſtrarunt, quorum proinde auctores commemorare haud omninò alienum inſtituto noſtro ducimus. *Longa navis.* Longam itaque navem Jaſon primus ædificavit, qua apud Ægyptios, ut puto, *Diodoro lib. 1. teſte*, Seſoſtris rex Ægyptiorũ primus omnium poſtea uſus eſt. *Biremis &c.* Biremem Erithræi fecerunt. Triremem Amoclem Corinthium inveniſſe, prodit Thucydides. Quadriremem Carthaginenſes, ſecundum Ariſtotelem. Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminius: quod navigii genus, *teſte Polybio Volumine* 1. Romani primi omnium in Italia, apparatu primi belli Punici ędificarunt. Sed ab ea ad deciremem Neſigiton, ad duodecim ordines Alexander Magnus, ad quindecim Ptolemęus Soter, ad triginta Demetrius Antigoni, ad quadraginta Ptolemæus Philadelphus, ad quinquaginta Ptolemæus Philopater, qui eſt Triphon cognominatus. *Oneraria navis.* Onerariam navem Hippius Tyrius invenit. Lembum Cyrenenſes, Cymbam Phœnices, Celocem Rhodii, Circerũ Cyprii, Linteres Germani circa Danubium habitantes, Scaphas Illyrii, quæ naviculæ majores ſequuntur naves. Remum autẽ Copæ invenerunt, latitudinem ejus Plateæ, Vela Icarus. Diodorus tamen dicit Æolum velis uti nautas primum docuiſſe. Malum, id eſt, arborem navis & antennam Dædalus. Hippagines, hoc eſt, *ut Feſto placet*, navis quibus equi vehuntur, Salaminii, vel Athenienſes, Tectas longas Thaſii, Roſtra addidit Piſeus, Tyrrheni anchoram, Eupalamius eandem fecit bidentem. Quod inventum, quidam, *auctore Strabone libro ſeptimo* Anacharſidi aſſcribunt, qui invenit *Harpagones.* harpagonas, id eſt, telum in ſummitate aduncum, quo navigia capiuntur, ab ἁρπάζειν quod eſt rapere. Adminicula gubernandi Tiphys, ſumpto à milvo ave exemplo: hæc enim avis, *teſte Plin. libro decimo* videtur artem gubernandi docuiſſe caudæ flexibus in cœlo monſtrante natura, quod eſſet opus in profundo. Claſſe verò primum depugnaſſe

gnaſſe Minoëm, *auctor eſt Plinio.* Hæc de navigiis dicta ſatis ſint, quæ cum potiſſimum merces ultrò citroque convehendi causâ reperta ſint, eis utique convenire viſum eſt mercaturæ inventores quamprimum ſubtexere.

CAPUT XVI.

Qui primi Mercaturam invenerint, & de primis Inſtitoribus.

Mercatura haud equidem parvo mortalibus auxilio eſt, quando in aſportandis mercibus vitæ humanæ neceſſaria ubiq; locorum ſuppeditat, multarum quoq; ac maximarum rerum uſum experientiamq; homines edócet, ad barbarorum inſuper neceſſitudines regumq; amicitias contrahendas plurimum valere cenſetur. Quapropter Plin. *in* 33. haud temerè putat commercia victus gratiâ eſſe inventa: ſed ibi, ut opinor, de rerum commerciis loquitur, quæ, ut ipſe tradit, Troianis temporib⁹ in permutandis rebus ad victum neceſſariis, mortales inter ſe exercebant, ꝓpter quod cum illis tunc haud dubiè multò præclarius agebatur. Poſthac autem reperto, ſicut idem ſentit, aureo nummo, tanta hominibus lucri cupiditas inceſſit, ut merces aſportandi causâ, ſeſe ad omnia pericula, vel, ut ita dicam, ad aleam, veluti etiam hodie fit, exponerēt. Ex quo veriſſimè Flaccus Horatius de his ait: *Mercaturæ utilitas.* *Lucri cupiditas, Mercaturæ inventrix.*

Impiger extremos mercator currit ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.

De hujuſmodi mercatura Cic. quoque *in* 1. *de Offic.* Mercatura autem, inquit ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna & copioſa, multa undique apportans, multisque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda: etiam ſi ſatiata quæſtu, vel contenta potius, ut ſæpè ex alto in portū, ex ipſo portu ſe in agros poſſeſſionesque contulerit videtur jure optimo poſſe laudari. Mercaturam etiam, *teſte Plutarch.* viri præ-

clariſſimi exercuerunt, Thales, Solon, Hippocrates, & Plato. Hanc *auctore Plin. lib. 7.* Pœni invenerunt: verum Diodor. *in* 6. Mercurio aſſignat, id quod Galli quondam ſibi perſuaſum habuere, qui, *ut Cæſar ait*, deum maximè Mercurium colebant, cujus plurima erant apud eos ſimulachra: hunc enim omnium inventorem artium ferebant, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quæſtum pecuniæ mercaturaſq; vim maximam habere arbitrabantur. Sed Plinius ſibi omninò repugnare videtur, cum in eodem libro dicat emere ac vendere inſtituiſſe Liberum patrem, præſertim cum mercatura, quam ait Pœnos inveniſſe, nil aliud ſit, niſi actus quidam emendi vendendiq; merces. Quare ita fortaſsè intelligendum eſt, ut Pœni mercaturam à Libero patre inſtitutā primi exercuerint. Cæterùm neq; hoc primò Pœnis, aut Mercurio, vel Libero patri aſſignandum ducimus, quando ex teſtimonio Joſephi *lib. 1. Antiq.* uſum vendendi & emendi multo ante apud Hebræos, hoc eſt, Noë temporibus fuiſſe cōſtat. Inſtitores verò primi, *teſte Herod. in* 1. Lydi fuerunt. Sunt autem inſtitores, non qui egregiè mercaturam exercent, ſed qui à mercatoribus emunt, ut deinde emptas merces minutatim vendant, de quibus M. Tullius *lib. Offic.* 1. ita ſentit: Sordidi etiam, inquit, putantur qui mercantur à mercatorib⁹, quod ſtatim vendant: nihil enim proficient niſi admodum mentiantur. His item hodiè veſtium linteorumq; venditores dare ſolent veſtimenta circumferenda, ac ipſi ab aliis opificibus mercari, res majuſculas ad vendendū: qui idcircò omnes urbis vicos ruriſq; ex mercatu, circuire parati ſunt, ſuas pariter merces ac amicorum vendendi causâ: unde vulgò circuitores vocamus: & inſtitores, *teſte Ulpiano*, dicuntur, quod negotio gerendo inſtent. At Labeo Juriſconſultus muliones quoq; ſtabularios tabernarumq; præpoſitos loco inſtitorū habet. Quanquā ſunt inſtitores iidem, atq; mercatores & negotiatores, ſed

Mercatura inventores.

Mercurius deus.

Mercatura quid.

Inſtitores.

Circuitores.

ſed ut iſti honeſti, ſic illi ſordidi habentur: quemadmodum Cicero, *ſicut ſupra dixi*, eorum conditionem rectè tenuerat.

CAPUT XVII.

Quis primus instituerit artem Meretriciam, & Bacchanalia ſacra: ac qualis pœna Adulterii: aut invenerit Tincturam capillorum, vel uſum tondendi, & quando primùm Tonſores Romæ.

VEnerem, quam ex ſpuma maris procreatam princeps apud nos poëtarum, & Ovid. teſtimonio ſunt, impudicam, ad omneſque divulgatam libidines fuiſſe propalam eſt, quippe quæ plures ex adulterio filios procreavit: nam ex famoſo Martis ſtupro genuit Harmoniam, de qua Plutarchus *in vita Pelopidæ* affatim meminit: ex Mercurio Hermaphroditum, ex Jove Cupidinem: ex Anchiſa Aeneam: & ex Bute Erycem: quas ob res, amorum gratiarumque, item pulchritudinis & deliciarum & voluptatum omnium, & libidinis atque coitus dea habita eſt. Hæc autem ne ſola impudica virorumque appetens videretur, omnium prima, *teſte Lactan. lib.* 1. ut eſt in hiſtoria, quam priſci Sacram appellabant, meretriciam artem inſtituit, auctorque mulieribus in Cypro inſula fuit, uti vulgato corpore quæſtum facerent. Ex quo apud Cyprios, *teſte Juſtino libro* 18. mos inolevit, ut virgines ante nuptias ſtatutas dotalem pecuniam quæſituras in quæſtum ad littus maris mitterent, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas. Harum ex numero LXXX. admodum virgines rapi, & in naves imponi juſſit Eliſa, cum illac tranſiret è Tyro fugiens, ut juventus matrimonia, & urbs ſobolem haberet. Apud Babylonios etiam conſuetudo fuit, ut cum rem do-

Venus impudica ejusque liberi.

Ars meretricia.

Virgines proſtitutæ.

meſticam conſumpſiſſent unuſquiſque plebejus ob victus inopiam filias ſuas adigeret ad quæſtum corpore faciendum. Item mulieres ſemel in vita omnibus indigenis communes erant: ſanè ad templum Veneris ſedebant, nodis corollisque tempora revinctæ, è quibus aliæ ad diverticula, quæ aditum externis præbebant ad mulieres, dum ſe conferebant, aliæ regrediebantur. Etenim cum ſemel illic ſederant, non prius domum redire fas erat, quàm hoſpitum aliquis pecuniam in ſinum mulieris jeciſſet, ac cum ea conſuetudinem habuiſſet. Mulier acceptam pecuniam ad ſacrū uſum reſervabat, hoſpes verò dans dicebat: Tanti ego tibi deam Mylittam imploro: ita Aſſyrii Venerem vocant. At pulchriores citò expediebantur, deformiores non item, quas ſæpè uno, vel altero anno expectare oportebat. Ac talis erat lex honoris deæ Veneri habendi gratiâ: *auctor Herod. Volu. I.* Sed Bacchanalia ſacra uberrimū apud cunctas fermè gentes libidinis ſeminarium fuere, quorum, *ut idem teſtatur Herod.* auctor fuit Melāpus Amytheonis filius, primusque ad Græcos detulit ex Ægypto, ubi ea ſacra fieri cœpere: fœminæ. n. ſtatuas cubitales è nervis compactas, quibus ingens mentula in ventre extabat, per pagos præeunte tibia circumferebant, Bacchum canentes. Deinde in Parnaſo monte Bacchanalia, quæ Græcis Dionyſia dicuntur, alternis annis acta ſunt magno cum hominū multo mero incalentiū clamore, tum tympanorum crepitu. Haud ita multò poſt, Græcus quidam homo ignobilis ejuſmodi ſacrorum antiſtes in Hetruriam venit, dòcuitq; ritus. Ex Hetruria ea mali labes mox Romam penetravit, ubi mirandū in modū morbi contagione matronarum pudicitiam corrupit: primò ſacrariū fœminarū fuit, nec quiſquā virorū admittebatur; tres in anno ſtatutos dies habebāt, quib⁹ inter diu baccis initiarentur, ſacerdotes inter ſe matronæ creabantur: cùm demum Pacull a Minia Campana facta eſt ſacerdos, hæc omnia tanquam deorum monitu

Bacchanalia ſacra.

immu-

Immutavit, ſanè viros & cumprimis filios initiavit, nocturnumq; ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus, quinos in ſingulos menſes dies initiorũ ſacros fecit. Tum promiſcuò ſacra viri fœminis permiſti facere cœperũt, ubi cum per noctis licentiã quidvis ſcelerum, unicuiq; edere liceret, nihil facinoris, nihil flagitii prætermittebatur: ſiquidem eò loci ſtupra pariter atque cædes redundabant, quãdo qui aut ad Venerem pigriores, aut dedecoris minus patientes erat, (nã poſtremò nemo major viginti annis initiabatur) morte afficiebantur: nec id multis cognitum, cum nulla vox quiritantiũ præululatu, tympanorum cymbalorumque ſtrepitu exaudiri poſſet, & mortui ex conſpectu illicò in ſpecus abderentur. Summa religionis erat inter eos, viros velut mente captos, corporis jactatione fanaticâ vaticinari, matronas Baccharum habitu crinib. paſſis cum facibus ardentib. diſcurrere, & mactatos dici à diis raptos. Verùm ad extremũ tantorum ſcelerum indicio ad Sp. Poſthumium Albinum & Q. Martium Philippum Coss delato, religio peſtifera extincta eſt, anno Urbis conditæ DLXVIII. Atqui nõ eſt quòd plura veterum probra vitæ repetamus, cum nos forſitan magis reprehendendi ſimus, quando apud nos præ Veneris inſtitutis, parum Dei Opt. Max. præcepta ritè ſervantur. Moſes enim mulierem adulterã cum adultero, *ut in Levit. cap. 20. eſt*, morte mulctãdam ſtatuit: apud Romanos & Græcos, adulterium crimen etiam capitale fuit: Arabes qui Felicem Arabiam incolũt, virum etiam adulterum capite mulctabant. Quin & divus Clemens *Epiſtolâ ſuâ primâ* dicit, ſecundum hereſin adulterium omniũ graviſſimũ eſſe peccatũ, atq; apud juſtum judicẽ majore pœnâ lui, & tamẽ joco habet. Quid, quod uxores & viri palã multis adulteriis inquinati, eò quod aut ad nullã, aut ad majorẽ pœnã quàm culpa ſit, vocantur, nihil penſi habent ſacroſanctum matrimonii fœdus violare? Ita apud nos man-

Bacchanalia impudica.

Lex de adulteris.

Adulterii crimen.

manſuetudo puniendi, illecebra eſt peccandi. Non ſola igitur, ut ipſa cupiebat, Venus impudica eſt: nec tamen prima fuit, ſiquidē ſatis conſtat jam inde ab initio fermè orbis conditi, fuiſſe mulieres, quæ vulgato corpore quæſtum fecerint. Legimus enim in Geneſ. lib. Judam Jacob filium eò rem habuiſſe cum Thamar nuru ſuâ, quod ſuſpicatus eſſet illam eſſe meretricem, prout mulier talem ſe eſſe veſtitu pariter atq; arte ſimularat. At quantò Venere præſtantior Lucretia fuit, quæ non pudicitiæ omnibus pervulgandæ: ſed conſtanter ſervandæ unicum edidit exemplum, ſibi ipſi mortem conſciſcens? Hæc tamen nō facilè multas ſui ſimiles habet, adeò libido crevit, qua me hercule nihil in vita mortalium turpius fœdiuſque eſſe poteſt, quando hæc nobis cum belluis communis eſt, & hac unâ tantum humanæ vitæ internoſcitur infirmitas. Quapropter Mag. Alex. *ut teſtis eſt Plut.* ſe duab. potiſſimum reb. mortalitatem intelligere ajebat, Sopore ac Coitu, quas ſola naturæ infirmitas pareret. Pythagoras verò rogatus quando concumbendum eſſet? Tunc, inquit, cum teipſo infirmior fieri vis: *auctor Diogenes lib.* 8. Quod nos etſi rectè ſcimus, nihilomin^9 tamen mulierum illecebris in libidinem trahimur, veluti canis, ut dicitur, ad vomitum ſuum revertitur. *De his ſatis.* Tincturam capillorum, *teſte Clemente*, Medea primum invenit. Uſum autem tondendi ab Abātibus fluxiſſe ferunt: ita enim hujuſmodi populi cum naturâ bellicoſi forent, expeditius cum hoſtibus cominus congrediebantur. Teſtatur utrumque Plutar. *in vita Theſei.* ſcribens: Vigebat etiam illis temporibus conſuetudo, ut qui ex ephebis exceſſiſſent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent. Acceſſit igitur in Delphos Theſeus, & anteriorem partē capitis arraſit. At Abantes primi hoc tondendi more uſi ſunt, quem quidem non ab Arabibus, ut quidam exiſtimant didicerunt, nec Myſios imitati, ſed quod natura

Lucretiæ pudicitia.

Libidinis deteſtatio.

Mortalitatis argumēta.

Tinctura capillorū ejuſq; tonſura.

tura bellicoſi eſſent, & propè pugnandi ac præter cæteros manus hoſtibus conferendi peritiam tenerēt. Et *poſt paulò* infert: Ne igitur ullas hoſtibus ad capiendum anſas darent, tondebantur. *Hæc ille*. Ea etiam de re Magnus Alex. ſuis ducibus imperaſſe dicitur, ut Macedonum barbas araderent. Tonſores in Italiam ex Sicilia primum venére, anno poſt conditam urbem CCCCLIV. adducente P. Ticinio Menâ, *teſtis Varro*, ante intonſi fuere. Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus, ſequens Divus Auguſtus cultris jugiter uſus: *auctor Plin. volū 7. Natur. hiſt.*

CAPUT XVIII.

Multa cum vetera, tum nova inventa eſſe, quorum auctores ignorentur.

Quanquam probè ſcimus, quantum laudis præmiiq; debeatur illis, qui olim aliquid ſuo ingenio, vel ad uſum vitæ, vel ad animum excolendū utile, nihil non neceſſarium excogitarint, eoque hujuſcemodi rerum auctores hoc uno opere omnes cōplecti, ne quempiam ſuâ laude fraudaſſe videremur, diligentius elaboravi: attamen nobis per vetuſtatem, quæ, *ut Varro inquit*, multa tollit, pauca non depravat, id præſtare minus licuit, quod multis utimur, quæ aut ad ſuos minimè referuntur auctores, aut omninò ad nullos, utpotè qui non produntur. Quapropter, ſi ſcriptores quos ſequeremur, nullos planè habuimus, nemini ſanè mirum ſit, nos quædam ſilentio præteriiſſe: quando iſtud admiratione dignius eſt, ut plurima nova inventa ſint, quorum inventores non tradantur, & ex iis quædam nec ſcripta habeamus, quo nomine vocari poſſint. Nam quid jucundius reperiri potuit horologio? quo nobis, etſi occultato ſole, per tintinnabulum ſuâ, ut ita videtur, ſponte ſonans, horæ nuntiātur? Aut quid gratius ipſo tintinnabulo, quod alii cāpanam,

Vetuſtas.

Horologii uſus.

Campana.

panam, nonnulli nolam nuncupant, inveniri potuit? quod licet recens inventum non ſit, Moſis enim temporibus, *teſte Joſepho in 3. Antiq.* ejus uſus erat, de quo Martialis ait:

Redde pilam, ſonat as thermarum, ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus abire domum?

Pyxis nautica. utriuſq; tamen pariter auctor latet. Sed & aliud meo judicio admirabilius fuit, invenire pyxidem illam, qua nautæ admodum peritiſſimè navigationem moderatur: quis tamē eam repererit, omnino in aperto nō eſt.

Bombarda. Adde præterea illud tormentū æneum, quod bombardam vocant, omni admiratione execrationeq; dignū, ad perniciem hominum excogitatum, quod haud adduci poſſum, ut humanum ingenium inveniſſe credā, ſed me hercule potiùs malum quempiam dæmonem mortalibus monſtraſſe puto, ut inter ſe non modo armis, verùm etiam fulminibus (eſt enim, ut alio loco diximus, quàm ſimilimum fulminis) pugnarent, cujus auctor Perilli exemplo, ſicut opinor, monitus, non temerè nomē ſuū occultavit, ne in ſe, uti merebatur, primū hujuſmodi tormentū experiri cogeretur. Perillus

Perilli inventum. enim, *teſte Plin. libro 34.* vir Athenienſis, ut Phalaridi Agrigentinorum tyranno poſt hominum memoriam crudeliſſimo placeret, ex ære taurum artificioſiſſimū fabricavit, cui januam in latere poſuit, ut cum reus inclusus ſubjectis ignibus torqueretur, mugitū, non hominis vocem videretur emittere: pro quo opere cum à tyranno pretium poſtulaſſet, in illo ipſe includi omniū primus à Phalaride juſſus ſuppoſitis ignibus, artificii ſui verum experimentum præbuit: de quò Ovid. *in 1. de arte amandi* ita cecinit.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opus.
Juſtus uterque fuit: neque enim lex æquior ulla eſt,
Quam necis artifices arte perire ſua.

Eſt & illud novū inventum, in quo uterq; pes utrinque ejus

ejus quieſcit, qui equo inſidet, nam ut in marmoreis *Stapedes.* ſtatuis Romæ conſpicitur, antiqui non utebantur, nec quo nomine appelletur, apud auctores legitur: vulgò ſtaffa nominatur, quod in eo pedes commodè ſtent. Sunt & hujuſmodi plurima, ſed illa imprimis incitamenta gulæ, quæ hodiè tam diverſi generis ex ſaccharo fiunt: vel etjam pars maxima armaturæ quæ cum ſuis vocabulis haud aptè explicari queant, nihil eſt quod proferam. Eſt vel novitium illud inventũ laneũ tegmẽ capitis, quod biretrũ vocant; veteres n. omninò caput nõ velabant, ſicuti teſtantur numiſmata, vel ipſę ſtatuæ, quæ ut Romæ vidimus, apertũ caput habent, præſertim cum propalam ſit, nos patrio more eo fingi veſtitu, quo prorſus utimur. Sed hęc omninò C. Cæſaris exemplo ſignificantius comprobatur: is enim, *auctore Tranquillo*, cum calvitii deformitatem iniquiſſimè ferret, obtrectatorũ ſæpè jocis propoſitam, deficientem capillũ revocare à vertice conſuevit, ut illam obtegeret. Quod quidẽ quis nõ videt, ab eo fieri abſurdum fuiſſe, ſi more patrio, cõmodus decẽtiaſq; caput, hoc eſt, dehoneſtamentũ illud calvitii obnubere potuiſſet? Ex quo apparet, recens eſſe inventum hoc operimentũ capitis, quo nunc paſſim utimur, auctor tamen ignoratur. Et ſic hujuſmodi ſexcenta ſunt, quorũ juxta auctores non producuntur. Acutius eſt etiam invenıſſe, & multò utilius, qua ratione frumentum ad decurrentis aquæ impetũ molere poſſemus, quamvis nõ utiq; recens ſit, tamẽ apud idoneos auctores ſuo nomine caret, vulgus molendinũ vocat. Multa inſuper noviſſimis temporib⁹ inſtrumenta muſica inventa ſunt, quorũ auctores jam in oblivionẽ venerunt: ex quibus propter ſuavitatem concentus, omni admiratione & laude digna ſunt illa, quæ organa nuncupant, valdè quidem ab illis diſſimilia, quæ David Judæorũ Rex, *ut in 1. hujus operis volumine memoravim⁹*, fecerat, quibus Levitę ſacros hymnos cõcinerẽt, ſicut nos his pariter

Dulciaria.

Biretrum.

Cæſar calvus.

Molendinum.

Organa muſicalia.

Monochordia, Clavicymbala. ter canimus. Item alia id genus ſunt quæ monochordia, clavicymbala, varieque nominantur: eorum tamē æque inventores magno quidem ſuæ gloriæ damno, in nocte denſiſſima delitescunt. Non proditur itidem, *Candela ex ſevo.* quis primus fecerit candelam ex ſevo, rem etſi ſordidam, attamen apprimè utilem: neque is qui primum aves ad venandum domuerit, quod ſimiliter recens inventum eſt. Nec memoriæ proditum eſt, quis annulos primò repererit, quib. apud Romanos, ut demonſtravimus, magnus honos acceſſit. Sed quid miramur ejuſmodi rerum admodum tenuicularum inventores, diuturnitatem temporis obliteraſſe, cum imprimendarum literarum artis nuper divino quodam ingenio excogitatæ, ipſe auctor propemodum in tenebris jaceret? nos tamē pro virili parte operam impendimus, quemadmodum alibi appoſitè oſtendimus, ut ab *Caliga.* omni oblivionis injuriâ vindicaretur. Eſt vel memoriâ noſtrâ crurum tegumentū tam commodiſſimè quàm decentiſſime confectum, quod nos caligas dicimus: etſi caliga calceamenti genus fuerat apud veteres: at auctor tam neceſſarii veſtitus tamq; honeſti, jamjam in occulto latet. Extant plures præterea artes, quæ intra ſuum initium tanquam humile cum minimè ſteterint, deindè ab inſequentibus auctæ, neutiquam ad ſuos priores auctores, ſed ad eos à quibus incrementū acceperint, perperam, ut in plerisque locis hujus operis docuimus, referuntur. Quare proinde ſi vetera quædam inventa aut nova minus attigimus, id profectò in cauſa fuit, quod maluerim paucis verbis certa tradere, quàm multis incerta perſequi.

LIBRI TERTII FINIS.

POLY-

POLYDORI VERGILII URBINATIS IN QUINQUE LIBROS DE INITIIS INSTITUTORUM rei Chriſtianæ, ad Joannem Matthæum Vergilium fratrē, procœmium.

CHriſtus Servator noſter, qui, quemadmodum ipſe teſtatur, ad nos mortales venerat, haud legis reſcindendæ, ſed atque adeò confirmandæ cauſâ, jam inde à principio omnia pura, nuda, apertaque reddidit, quæ antea Judæi umbram ipſius legis ſecuti ſuffecerant, colorarant, fucoſáq; fecerant, & denique quicquid iſti laxarant, ac quo minus pietatis plusque cæremoniarum introduxerant, ille aſtrinxit, atque plus pietatis, minusque cæremoniarum eſſe voluit. Quod Eſaias fore prædixerat, inclamans: Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? dicit Dominus. Cæterùm deinceps ſylva hæc Judaicarum cæremoniarum ſic paulatim agrum Dominicum occupavit, ut periculum ſit, ne aliquando ipſe Dominus illud agricolis crimini det, ab eiſque petat. Quis enim quæſivit hæc de manibus veſtris? Verùm ut non parùm multa à Judæis, ita non modica ab aliis gentibus inſtituta, aut caſu, rationéve accepta, tam in frequentem uſum & conſuetudinem venere, ut pro noſtris habeantur. Quod equidem fecit, ut putarim me operæ pretium facturum, ſi origines ejusmodi rerum omnium quæ ad religionem

pertinerent, proderem, quo luculentius conſtaret, quas Servator, quas Apoſtoli, quas deinde Epiſcopi, quaſve alii introduxiſſent. Et id, amantiſſime frater, tuo præſertim rogatu, mihi officium præſtandum duxi, ut dum tu, qui Græcis pariter atque Latinis literis es longè eruditiſſimus, Patavii, quo nuper à ſenatu Veneto Philoſophiæ docendæ cauſâ accitus es, negotiaris ne ipſe otiarer, Itaq; oẽs noſtræ religionis ritus, eorumq; initia, quinq; libris expoſui, etſi neſcio quàm benè, tamen accuratè, quos ad tres illos de Rerum Inventoribus libellos ab hinc XVIII. annos, à me & ætate & fortaſsè doctrinâ tyrone compoſitos adjunxi, demonſtravique Patres olim in bona illorum parte recipienda, piè ac cum cauſa feciſſe, quippe qui gentes etiam barbaras ad veræ pietatis cultum ducere aventes, arbitrati ſunt humanitatis condimentis tractandas, cum earum inſtituta haud prorſus horruerint, nec ſuſtulerint, ſed meliora fecerint, quo ne ullum religioni periculum crearetur, ſi vel minus admiſiſſent, minuſve mutaſſent, quemadmodum locis perappoſitis commodum demonſtravimus. Atque iſto ipſo labore quem religionis cauſâ non invitus ſuſcepi, Deum Opt. Max. nobis propitium reddidiſſe confido. Vale,

Nonis Decemb. Londini,

M. D. XVIII.

POLY-

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

De principio Eccleſiæ Chriſtianæque religionis.

Quæ ab orbe condito, ad noſtram uſq; ætatẽ quiſque ad uſum humanæ vitæ neceſſaria primus invenerit, tribus ſuperiorib. libris explicavimus: dehinc vero de principio Eccleſiæ Dei ac inſtitutis, & eorum initiis Chriſtianæ religionis agetur, quæ ſola eſt, quæ poſſit hominem facere ac ſervare beatum. Eccleſia, vox Græca, apud nos ſignificat congregationem, cœtum, concilium, multitudinem, concionem, & ut plurimum accipitur pro hominum congregatione credentium uni vero Deo, quos vocant fideles: ac eo pacto Apoſtolus *Epiſt. ad Epheſios cap.* 5. appellat Chriſtum Eccleſiæ caput. At vulgus omne, Eccleſiam vocitat cunctorum ſacerdotum ordinem, ſingulaq; templa Deo atq; divis ejus dicata. Hæc igitur Eccleſia hominum Deo vero credentium, ac ſummo cultu eundem ſanctéq; venerantium eſſe cœpit jam inde à primordio Mundi creati, cum Adam ac ejus filii Cain & Abel Deum colere cœperunt. juvenes. n. ſtatim Deo ſua obtulere dona, *velut lib. Geneſ. extat.* Deinde creſcente hominũ genere, Eccleſia magis fuit celebris, uſq; ad Noë tempora, cum exigua admodũ facta, ex familia tantũ ipſius Noë cõſtitit: poſtea penè extincta eſt, ſed paulo poſt per Abrahã & ejus familiã reſtituta, in ſuo tandiu ſtetit mediocri ſtatu, donec cœperit majorẽ in modũ florere ꝑ Moſen, q eã mãdatis divinis, legib⁹ ceremoniiſq; adauxit, ſtabilivit, ornavit. Poſtremo eam ipſam Eccleſiam

Eccleſia vox.

Eccleſia primitus.

Eccleſia increment.

populo Hebræo per ſuos impios reges & imprimis Achaz ad idololatriam impulſo, *uti eſt lib. Paralip. 2.* jamjam cadentem Prophetæ eatenus ſuſtentarunt, quoad præſtò ei fuit Chriſtus: de cujus adventu cauſaque adveniendi dicturis, aliquanto altius rurſum nobis exordiendum eſt, prodito jam Eccleſię Dei ortu.

Hebræi Judæi appellati. Hebræi itaq; ab Heber, à quo Abraham originē duxit, *auctore Euſebio de Evangel. præparat. lib. 7.* dicti, qui poſt Moſen, *teſte Lactantio lib. divin. inſt. 4.* à Juda, qui illorum fuit dux contra Chananæum, Judæi appellati ſunt, ante multa ſecula, quàm eſſet Moſes, abſque lege aliqua ſcripta, piè ſanctèque vixerunt, utpote qui naturali quadam ratione, ac mentis acumine, magnitudineque animi, veritatem veramq; pietatē conſecuti eſſent. *Principes Eccleſiæ.* Quorum Principes fuerunt, Enos, qui primus *ſicuti ſupra oſtendimus*, nomen Domini Dei invocavit, Enoch, Noë, item poſt iſtius tempora, Abraham, Iſaac, *Iſraëlitæ.* & Jacob, qui quod Deum vidiſſet Iſraël eſt ab ipſo Deo appellatus & ab eo Hebręi Iſraëlitæ nuncupati. Ab hoc 12. tribus Judæorū profectæ ſunt, ſingulæ à ſingulis ejus filiis denominatæ. *Job.* Præter hos Job qui etſi homo alienigena, (erat enim è terra Hus, in Arabiæ Idumeæque finibus ſita) pietate tamen & innocentia Hebræis comparandus eſt. Sed Joſeph Iſraëlis filius in primus vitæ caſtimonia excelluit. Iis igitur ob juſtitiam commiſſa ſunt, *ut Apoſt. Paulus ait*, eloquia Dei. *Eccleſia corrupta.* Verùm nō diuturna fuit ingente integritas: nam poſteaquā ſamem declinaturi primū Abraham, deinde Iſraëlem ſecuti in Æegyptum migravere, ſenſim ex peſtilenti illius populi cōmercio patriæ pietatis obliti, adeò ſeſe maleficæ ſuperſtitioni addicere, & dæmonibus ſervire cœperunt, ut nihil ab ipſis Ægyptiis, nihil ferè à reliqs gentibus, quæ olim ab eis *prout alibi appoſitè demonſtravim⁹* ortū habuerant religione differrent. Deus tamen miſertus poſt annum c c v *ut Joſepho placet*, quā Iſraël cum filiis in Ægyptum venerat, & quàm Abra-

ham

ham in eam terram acceſſerat c c c c x x x. duce Moſe, per quem illis deinde lex data eſt, eos eduxit liberavitque ſervitute, qua ab Ægyptiis premebantur. Pro iis divinis beneficiis honorem Deo non habuerunt, ſed depulsâ jam ſervitute in luxuriam delapſi, ad prophanos Ægyptiorum ritus animum adjunxerunt, atque deinceps nunquam peccare ceſſarunt, veluti cæteræ gentes factitabant. Quocirca ſummus Deus ac parens omnium cum videret malitiam & falſorum deorum cultus orbem terræ occupaſſe, ac jam nomen ſuum ex hominum memoria penè ſublatum, appropinquante jam termino, quo religionem ſuam transferre voluiſſet ad novos cultores, ſecundum illud David oraculũ, Populus quem non cognovi, ſerviet mihi: miſit in mũdum unigenitum filium ſuum nuntium & doctorem ad erudiendos mortales præceptis juſtitiæ ſuæ. Nam ſcire licet, Adam qui noſter primus parens fuit, feciſſe contra quàm Deus mandaverat, ac ob id incidiſſe in pœnam ab ipſo Deo conſtitutam amiſiſſeque donum Juſtitiæ Originalis, & illud Peccatum cum pœna in omnem poſteritatem perpetuaſſe, atque per Peccatũ Mortem ſubjiſſe. Deus igitur miſericors volens homines, quos creaſſet, haud perditos, quippe qui ſeipſos ita delictis inquinatos liberare non poterant, tandem miſit Jeſum Chriſtum, inquam, filium ſuum, qui per ſanguinem ſuum ipſius, redimeret nos, Deumq; patrem placaret, & idem pater ſibi genus humanum reconciliaret, quando idẽ Deus, *ut ait Paulus ad Corinth. Epiſtol. 2. cap. 5.* erat in Chriſto, quem propterea voluit mortali carne indui, & in crucem tolli & morte mactari, qui, ut viva lex, nomen ac templum novum conderet, pium cultum verumque per omnem terrã verbo & exemplo doceret. Sed tamen quo certũ eſſet à Deo miſſum, oportuit illum nõ ita naſci, ſicut naſcitur homo ex utroque mortali genitus, quin ut cœleſtis appareret, crearetur ſine opera genitoris & tunc con-

Ada Lapſus

Meſſia adventus.

Nativitas Chriſti.

ciliator inter Deum & homines, ad immortalitatem duceret ipſos homines, & ſicuti homo præcepta ſuis factis approbando cæteros, parendi neceſſitate conſtringeret. Idcirco voluit morti & afflictionibus cunctis eſſe expoſitus, ut ea tolerando uti bonus doctor, doceret, illa quoq; poſſe perferri à quocunq; mortali homine, qui non ut humanus corpori ſerviret, ſed ut *quemadmodum Origenes ex Apoſtoli ſententia ſuper Geneſin pulcherrimè admonet*, exercens bona animi, cujuſmodi ſunt voluptatũ fuga, doloris atq; mortis contemptus, cœleſtis effect[?], imaginem cœleſtis Dei acciperet. Venit ergò ad nos ſimiliter divinus ac humanus Doctor, id eſt, perfectus Deus, perfectus homo, qui Verbum Dei, qui cũ patre ſemper, & pater cũ eo eſt unus Deus. Ille tanquam ſol, hic tanquam radius ex ſole porrectus: ille quaſi fons, hic rivus, quia æque una utriq; mens, unus ſpiritus, una ſubſtantia eſt, ſicut ſolis lumen in radio, & aqua fontis in rivo. Sed quomodo ad nos venerit, & Verbũ caro, veluti Evangeliſta Joannes ait, factu ſit, audiamus Lucã ita intonantẽ: Miſſus eſt angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Benedicta tu inter mulieres. Et *parum infra*: Ecce concipies in utero, & paries filiũ, & vocabis nomen ejus Jeſum. Is erit magnus & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternũ, &c. Dixit, David patris ejus, quoniam tam Joſeph qui putabatur ejus pater, quam Maria virgo ex regia ſtirpe David orta erat, ſicuti ex genealogia utriuſq; aperte liquet: quando Joachim, qui ex Anna uxore hanc puellam genuerat, ſuum pariter genus ad David referebat. Dum igitur pax in terra poſt hominum memoriam ſumma erat, dum Auguſtus Cæſar univerſo orbi

Paſſio Chriſti.

Adventus Chriſti.

Chriſtus filius David.

Pax Univerſalis.

impe-

imperabat, dum edicto ipſius Cæſaris, Judæi, ut in a-
liis quoq; gentibus fiebat, à Cyrino qui Syriæ preerat,
vocantur, ut tributim dent nomina, dum deniq; Joſeph
ex Galilæa profectus cum conjuge, ut in tribu Juda
cum ſuis profiteret, in Bethleem oppido Judææ mo-
rabatur, quæ terrarum fere media eſt, contigit ut vir- *Chriſti na-*
go, quæ divini ſpiritus hauſtu conceperat, filium pare- *tivitas.*
ret, ſine ullo uteri accepto incommodo, quod partus
divinus eſſet, de quo jam multo antea veteres cecine-
rant Prophetæ, Eſaias: Ecce virgo concipiet, & pariet
filium. Et rurſus: Egredietur virga de radice Jeſſæ.
Fuit Jeſſa David regis pater qui & Iſai dictus eſt, *velut
in extremo decimo capite libri primi Paralipomenon le-
gitur*. Extiterunt & alibi argumenta quædam myſterii
hujus. Romæ regione transtyberina oleum ut Eu-
ſebius ſcribit, per idē temporis terrâ erupit, perq; inte-
grum diem perpetuò manavit fluvio. Item Oroſius
tradit Auguſtum eodem die vetuiſſe edicto ſe Domi-
num appellari, manifeſto præſagio majoris domina-
tus, qui tum in terris ortus eſſet. Fuit hic annus, in quē *Annus na-*
ille ſacratiſſimus incidit partus, alter & quadrageſimꝰ *tivitatis*
imperii Auguſti principis, mūdanę verò originis XCIX. *Chriſti.*
ſupra centeſimum ac quinquies milleſimum. Octavo
deinde die, puer ad templū delatus patrio more circū-
ciditur: non enim venerat ut legem abrogaret, ſed ut
conſummaret; vocaturq; Jeſus, quod idem Hebraicè *Jeſus.*
ſignificat atque Servator. Haud ita multo poſt colitur
à Magis, pretioſisq; muneribus donatur. Magos Per- *Magi.*
ſę ſapientes vocāt, & Chaldęi quos Gręci Philoſophos.
Deinde matris ſecuta eſt purgatio, ut magis lex ſerva-
retur, quàm quod luſtratione aliqua opus eſſet, undè
omnis labes abſuerat. Tulit virgo ſecum puerum ad
templū, quē Simeō vir juſtꝰ miro perfuſus gaudio cu-
pidiſſimè cōplectitur, ac regē, & ſervatorē ſuū prophe-
tico ſpiritu profitetur. Undè Chriſtꝰ ex myſtico chriſ- *Chriſtus un-*
mate dictus, quod certo argumento poteſtatis & regii *de dictus.*

Meſſias. unctus eſt. Chriſtus etiam dicitur unctus, quem Hebræi Meſſiam vocant. Sic Jeſus, id eſt, Servator, & Chriſtus, hoc eſt, rex dictus eſt. Anna itidem prophetica mulier Jeſum Chriſtum vidit, & agnovit. Herodes verò audito nomine novi regis eum perdendum ſtatuit. Quo cognito Joſeph divinitus ante monitus in Aegyptum cum puero & matre aufugit, ubi ſeptem fuit annos. Interim Herodes oraculi neſcius, omnes pueros qui tum in Bethleem erant, occidit, qui propter id ſcelus tabo & ſacro igne correptus, cruciabiliter vitam amiſit. Tum Joſeph iterum per quietem monitus in patriam rediit, & cum audiſſet Archelaum regnare in Judæa, loco Herodis patris, in Galilæam divertit, & Nazareth oppidum incoluit: unde puer Nazaræus eſt appellatus. *Nazaræus.* Secundum hæc cum jam puer 12. eſſet annos natus, Hieroſolymã cum parentibus de more ad diem feſtum agendum proficiſcitur, ibiq; in templo cœpit cum doctoribus, cum percontando tùm reſpondendo, ſupra ætatem diſputare: mox parentes domum ſecutus, usque ad 30. vitæ annum contentus manſit gratiâ Dei & virtute, quæ in eo maxima erat. Tum demum Chriſtianæ rei fundamentum jacturus, & ſuum negotium propter quod venerat, geſturus, tinctus eſt à Joanne propheta in Jordane flumine, ut ea aqua ſpirituali, peccata non ſua, quæ utique non habebat, ſed carnis quam gerebat, aboleret & quemadmodum Judæi ſuſceptâ circumciſione, ſic etiam gentes per baptiſma, id eſt, ſalutaris roris perfuſionem ſervarentur. *Baptiſmus Chriſti.* Delegit apoſtolos 12. & diſcipulos 70. quibus deinde mandaret concionandi munus, ſeu is delectus paulò poſt quam prædicationẽ inchoaverat, ab eo habitus eſt, quod parvi refert. *Diſcipuli Chriſti.* Cœpit docere homines unũ eſſe Deũ, & illũ ſolũ coli oportere, quod diligentibus ſe hæreditatem cœleſtẽ donaret, quo ſic eorũ mẽtes à ſtultitia quâ tenebantur, ad ſapientiam, ab iniquitate ad juſtitiam reduceret; item debere omniũ maximè mutuam charitatem *Doctrina Chriſti.*

tatem

tatem habere, ac cætera præcepta Dei ſyncerâ mente ſervare: ſe verò non Deum, ſed nuntium Dei profitebatur, qui non ſuum, ſed patris honorem quæreret: indè maxima ſimul miracula edere cœpit, non præſtigiis magicis, quę nihil veri oſtentant, ſed vi ac poteſtate cœleſti, quæ jam pridem prophetis nuntiantibus canebātur: ſic viam oſtendebat olympo. Quo fiebat, ut populus ex tota Syria ad eum ob ejus juſtitiam, vel ob hujuſmodi miracula conflueret, & præcepta ejus audiret, ac à Deo miſſum, Deiq; filium crederet. Docuit prætere modum orandi atq; ſacrificandi, ut nihil omitteret quod ad veram religionem faceret, in qua demum cuncti mortales acquieſcerēt. Hæc ſunt facta Jeſu Chriſti præceptoris noſtri, quæ miraculis conſtant: hæc ejus doctrina, quæ continetur decretis, quæ ipſe Evangeliū, hoc eſt, bonum nuntium appellavit. Cæterùm quo magis hæc à pluribus recipiebantur hoc acriores invidiæ ſtimuli exagitabant Judęorum primores & ſacerdotes vociferantes, legem Dei ob hanc novam ſuperſtitionē (ſic enim Evangelium vocitabant) violatum deſertumque iri, qui uſq; eo irâ obcæcati ſunt, ut omnium prophetarum oraculorum immemores, non prius machinari ceſſaverint, quam ipſum Chriſtum in crucem ſuſtulerint, quo ſic per ejus mortem, veteris inſtrumenti myſterium aperiretur, intelligereturq; ac novum inſtrumentum, quod ab eo eſt compoſitum, veteris fieret perfectio, quia ille in utroq; teſtator eſt. Sed fruſtra opponuntur divinæ voluntati humana conſilia: nam Chriſtus poſt tertium diem, quàm paſſus fuerat, reſurrexit, obtulitq; glorioſum corpus ſuis diſcipulis conſpiciendum, qui fuit annus principatus Tiberii Cæſaris decimusoctavus. Illis per hæc confirmatis, quos juſſit Spiritum Sanctum expectare, qui ad eorum mentes inſtruendas eſſet è cœlo mox paulò venturus poſt quadrageſimum diem quàm reſurrexerat, & videntibus ad patrem aſcendit poſt annum trigeſimumtertium,

Miracula. *Chriſti hoſtes & perſecutores.* *Reſurrectio.* *Spiritus ſancti miſſio.*

ac menſes tres, quàm ad humani generis inſtaurationẽ in terram deſcenderat. Verùm priùsquã in cœlum rediret, poteſtatem dedit Apoſtolis, qua rempublicam Chriſtianam conderent, dicens, *uti teſtis eſt Matthæus Evangeliſta:* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia quæcunq; mandavi vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Et *ſecundum Marcum*, illud ipſum repetens: Ite in mundum univerſum & prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Joannes verò Evangeliſta nihil diverſum commemorat, cum inquit: Venit Jeſus, & ſtetit in medio, & dicit eis: Pax vobis, Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus ſuum. Gaviſi ſunt ergo diſcipuli, viſo domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis: ſicut miſit me pater & ego mitto vos. Et cum dixiſſet flavit in eos & dixit eis: Accipite ſpiritum ſanctum: quorumcunq; remiſeritis peccata, remittentur eis, & quorumcunq; retinueritis, retenta ſunt, &c. Et hanc Chriſtus æquam omnibus Apoſtolis auctoritatem fecit, poſtquam ſpiritum dederat, ut qui eâ deinceps uterentur ſcirent, oportere ſe retinere etiam ſpiritum. Deinde Chriſtus in cœlum ſe contulit, qui poſt decimum diem quam aſcenderat ſpiritum ſanctum ad Apoſtolorum mentes divinitus illuſtrandas miſit, qui Hieroſolymis unà erant, & paracletum expectabant: quo repentè afflati, cœperunt loqui aliis linguis prout ſpiritus dabat ut loquerentur. Atq; ipſum Chriſtianæ religionis principium tale fuit, taleque fundamentum quod Servator noſter jecit, & denique tali frumenti granum, quod ille ſolo condidit. Sed age jam dicamus, ut illud enatum ſit, quaſve paulatim protulerit opes.

Miniſterii Eccleſiaſtici inſtitutio.

Aſcenſio Chriſti in cœlum.

CAPUT II.

De Chriſtianæ Reipublicæ origine, ejuſque miro à primo incremento, ac Apoſtolorum Petri & Pauli martyrio.

Apoſtoli ſpiritu ſupernè accepto, ut válido muniti præſidio, nihil formidantes, audacter incipiunt Chriſtum Hieroſolymis prædicare, ubi ille paulò ante datus fuerat neci. Sed Petrus in primis Judæos tanti parricidii intrepidè coarguit, hortaturq; ut eos pœniteat, ac veram religionem quam primum complectantur. Ea concio ita movit, ut tria millia ſexus utriuſq; eodem die baptizata ſint. Confirmat Petrus ſtatim animos iſtorum miraculo, qui in aditu templi, ad Specioſam portam, claudum ex utero matris, JESU Nazareni nomine in pedes erexit. Quo viſo, totus populus ad Petrum & Joannem, qui aderat, cucurrit, & ille rurſus concionatur. Poſt hæc à principibus Judæorum interrogatus: Qua arte id miraculum edidiſſet? aperit illud nomine JESU Chriſti geſtum, quem illi iniquè crucifixiſſent. Ad hæc indignati principes jubent, ut ne id nomen amplius apud populum divulgent: quibus Petrus & Joannes reſpondent, ſe non poſſe quæ de JESU vidiſſent, non loqui: qui cum perſeverarent in ea prædicatione, unà cum aliis Apoſtolis in cuſtodiam conjiciuntur: ſed ſtatim noctu apertis divinitus portis, in templum ſe conferunt, ibiq; docent. Tũ iterum à principibus prohibiti, ne concionarentur apud populũ, reſpõdit Petrus ſic: Obœdire oportet Deo magis, quàm hominibus. Quare principes indignati, cum non auderent in Apoſtolos ſævire, veriti ſi id tentarent, ne in plebe tumultus fieret, Stephanum unũ ex ſeptẽ diaconis, lapidibus confectum interemerunt, cujus cædes nihil minuit piorũ alacritatẽ, cum audiſſent illum dicentem, Ecce video cœlos apertos, & Filium homi-

Petri concio.

Stephanus lapidibus necatus.

hominis ſtantem à dextris Dei. Interea conveniebat multitudo vicinarum civitatum Hieroſol. ad eos afferentes ægrotos,& vexatos à ſpiritibus immundis, qui ſanabantur omnes. Per hęc creſcebat cœtus Chriſtianorum,quib. erat cor unum & anima una, atq; omnia communia. Apoſtoli autem communiter vivebant,& quod illis piè offerebatur (offerebantur autem ad illorum pedes à credentibus pretia agrorum)id extra naturæ uſum,pauperibus erogabant. Philippus inter hęc, unus ex ſeptem diaconis, Samaritanos ad religionem trahit. Simonem magum baptizat. Cucurrit illuc Petrus cum Joanne,qui eam gentem corroboraret: Paulus non multò poſt nominis Chriſtiani acerrimus hoſtis, in piorum cœtum ope divina ducitur. Sed ut illud David carmen eventis probaretur: In omnem terram exivit ſonus eorum,& in fines orbis terrarum verba illorum: haud multò poſt ejuſdem Philippi operâ, Evãgelicus ſermo uſq; etiam ad Æthiopes penetravit. Philippus porrò poſtquã Samaritanos vera religione imbuerat,cumDei monitu Gazam pergeret,quemadmodum in Apoſtolorum actis extat, Eunuchum Candaces reginæ Æthiopum præfectum baptizavit: & Eunuchus deinde reginam ipſam,cum tota familia, bonaq; populi parte,ſic,ut Chriſtiana religio in gente ſemper viguerit. Sanè memoriâ noſtrâ cum Clemens VII. Rom. pontifex. & Carolus V. Imperator Bononiã negotii causâ conveniſſent, accidit ut Franciſcus Alvarez legatus David vulgò Prætogiam dicti, regis Abiſſinorũ Æthiopum,qui mediterraneam Africę partem tenent, eò, Joãnis Luſitaniæ regis oratore duce, acceſſerit, atq; in ſenatu ſui regis nomine, promiſſum fidei obedientiæq; Clementi fecerit, anno ſalutis MDXXXIII. menſe Februario. Ad rem revertor. Petrus oraculo admonitus Joppe, ubi Tabitham vita privatam à morte ſuſcitavit, Cæſaream proficiſcitur, ibiq; Cornelium Centurionem cum tota ejus familia, primum ex gentibus exter-

Eccleſia communitas. *Philippus.* *Pauli converſio.* *Candaces Eunuchus.* *Abiſſinorum regis legatus.*

externis, ſacri roris unda eluit. At Paulo id in primis negotium inter gentes deinde datum eſt. Dum hæc alibi fiunt: Antiochiæ interim prædicatione diſcipulorũ, qui poſt cædem Stephani Hieroſolymis factam aufugerant, multus numerus credentium adjunxit ſe ad Chriſtum, ita ut illi primum eò loci cognominarentur Chriſtiani. Felix Antiochena civitas, quæ prima omniũ auſa eſt Chriſtianum proferre nomen, atq; naſcentis Evangelii celebrare gloriam, noſtrę hęc demum religionis origo eſt, quæ vitiorum omnium expultrix, Deo nos conciliat, & vinculo connectit arctiſſimo, cujus auctor non Saturnus, aut Jupiter, ſed verus Deus, rerũ omnium origo. Accepit ſenſim ſuum deinde incremẽtum reſpublica Chriſtiana: nam Apoſtoli partiti inter ſe provincias, Thomas Parthos ſortitus, Matthæus Æthiopiam, citeriorem Indiam Bartholomæus, Andreas Scythiam, Joannes Aſiam: Petro Galatia, Pontus, Bithynia, & Cappadocia obtigit. Erat Petrus Galilæus ex Bethſaide urbe, Joannis filius, & Andreæ Apoſtoli frater, qui ſeptem inde annos Antiochiæ Epiſcopus Tiberio principe fuit. Quo tempore Jacobus junior Hieroſolymitanæ diœceſi præerat, & is Chriſti frater dictus, quod ortus eſſet ex ſorore virginis: & Apoſtolus, non quod de numero duodecim fuerit, ſed quia, *teſte Hierony. in commentariis in epiſt. Pauli ad Galatas*, viderat Chriſtum, & poſtea prædicarat: quando omnes, qui eo pacto de Chriſto prædicaviſſent, Apoſtoli nuncupati ſunt: item ſanctus, qui, *ut Egeſip. ait*, nullum novit aut vini aut carnis uſum, intonſus, unguenti & balnei expers, & cui ob aſſiduum orandi uſum, genua in camelorum ſpeciem occaluiſſent, quem demũ Judæi è pinnaculo templi præcipitatum, quod Chriſtum prædicaſſet, fullonum fuſte mactarunt. Petrus verò pluribus in Aſia civitatibus novo religionis ritu inſtitutis, & in iis Antiochena, ad majora inde rerum initia Romam anno Claudii Cæſaris ſecundo, proficiſcitur, docenſq; Evan-

Chriſtianorum nomen.

Eccleſia Chriſtiana incrementum.

Jacobus junior ſanctus.

Petrus Romæ docet.

vangelium ſacri pontificatus fundamentum jacit, cujus plures inde annos cuſtos fuit. Atq; ita Reſpub. Chriſtiana paſſim augebatur, cum Maria virgo Mater Chriſti in cœlum aſſumpta eſt, qui fuit annus VII. & XL. humanæ ſalutis. Ducitur haud multò poſt Romam Paulus, qui à Judæis ad ſupplicium petitus, Cæſarem, ut Romanus civis appellaverat. Is etiam ad rem Chriſtianam propagandam mire intentus, utcunque in cuſtodia potuit ſalubriter docere, non prius deſtitit, quã juſſu Neronis, eodem die capite obtruncatus, quo & Petrus pedibus in ſublime elatis, cruci affixus eſt. Sic ambo jactis jam validis religionis fundamentis ſunt martyrii coronam adepti: quod verum eſſe teſtatur Tertullia. auctor antiquiſſimus, qui florere cœpit anno poſt Chriſtum CL. Is itaq; *lib. 4. adverſus Marcionem* ſcribit: Videamus quod lac à Paulo Corinthii hauſerint, ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti, quid legãt Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſii, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Evangeliũ & Petrus & Paulus ſanguine quoq; ſuo ſignatum reliquerunt. Et *lib. de Præſcriptionibus hæreticorum* ait, Clementem à Petro initiatum, quò nemo homo poſſit ambigere eos Apoſtolos apud Romanos auctores religionis fuiſſe. Ac iſta eſt origo reipublicæ Chriſtianæ, quæ etiam græce Eccleſia dicitur, quæ Chriſti Servatoris noſtri documentis præceptiſque inſtituta eſt, atque per mortem ejuſdem & reſurrectionem fundata, munita, conſervata, ſed Apoſtolorum operâ mirifice aucta: cujus qui civis non eſt, jam ille amiſsâ omni benefaciendi facultate, ſeſe totâ juxtà errare viâ, ac perditum ire certo ſciat.

Maria in cœlum aſſumta.

Paulus Romam ductus.

Martyrium Petri & Pauli.

CAPUT III.

Quando primùm Circumciſio inſtituta, ac de ejus duplici genere: & quàm grave viſum ſit ejus rei præſcriptum.

Nos

NOs, *ſicut Origenes ſuper Geneſin ſcienter diſſerit*, ut incorporeum eſſe Deum,& omnipotentem, & inviſibilem profitemur, ita eum curare mortalia, & nihil abſq; ejus providentia geri, neq; in cœlo, neq, in terris,confitemur. Secundum hoc itaq; quod proviſorem omnium dicimus Deum, conſequens eſt, ut quid velit,vel quid hominibus expediat,indicet.Sed quomodo id fiat, Plato *in magna epiſtola* perſpicuè docet,ſcribens: Deus fabilis nullo modo eſt,ſed ex multa inhæſione hærentiaq;,ut ita dixerim,circa rem ipſam, & vitæ integritatem, repentè quaſi ab igne accenſum lumen animo innaſcitur, quod ſeipſum alit. Ita innuit Deum intellectu percipi, quod Propheta multo ante protulit, dicens: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine,dediſti lætitiam in corde meo. Et rurſus: Et in lumine tuo videbimus lumen.Sic igitur Deus dicitur eſſe locutus,cum nobis nota fiunt oraculo ea,quę ejus ſunt voluntatis indicia. Ad hunc modum Abrahæ inquit: Ego ſum,ecce Teſtamentum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium. Et hæc pòſt addidit: Circuncidetur omne maſculinum veſtrum, & circuncidetur caro preputii veſtri,ut ſit in ſignum fœderis inter me & vos,infans octo dierum circumcidetur in vobis. Abraham credidit Deò, uti ſolebat, quia illi attributum eſt ad juſtitiam & ſtatim ipſa die, 99. natus annos, ſe & Iſmaëlem filium ex Agar ancilla ſuſceptum, 13. agentem annum & omnes vernas ſuos circuncidit, quò deinceps ſecundum præceptum Domini, præputium carnis ſobolis ex ſe futuræ circuncideretur. Cujus rei divus Cyprianus rationem reddens, ita ſcribit: Cum, jã fidei tempora appropinquarent,imperata eſt circumciſio, & pars illa corporis in qua eſt voluptatum ſeminarium, & libidinis officina, juſſa etiam in parvulis amputari, ut proprii primitias ſanguinis ei, qui totum ſanguinem ſuum oblaturus erat, offerrent,

Providentia divina.

Platonis de Deo dictum.

Circumcisionis institutio.

Circumciſionis ratio.

Fie-

Circumciſio quomodò fiebat. Fiebat autem circunciſio ad hunc modum: Præputiū, hoc eſt, pellis quæ glandē, id eſt, partem virilis membri ſummam tegit, præputabatur machæra petrina: eſt enim μάχαιρα vox græca, & latinè gladius dicitur. Atq; Deus ita fieri juſſit, Joſue dicens: Fac tibi cultros lapideos & circuncide ſecundò filios Iſraël. Atqʒ hoc fuit circunciſionis initium, quandoquidem non modò ante Abraham, ſed ne prior Moſe, de vitæ inſtitutis inter gētes ſanxit quiſquam, *teſtis eſt Joſephus adverſus Appionem*. Et propterea divus Joannes Chryſoſt. *homilia* 52. *in Matth.* ait circunciſionem omnium aliorum mandatorum longè antiquiſſimam eſſe. Hinc igitur cōſentaneum eſt ad alias nationes morem circuncidendi poſteà manaſſe. Phœnices enim & Arabes, *ſicut divus tradit Cyprianus*, item Saraceni, ut Judæi, veteri ritu circuncidebantur, *Plin.* Judæorum, Æthiopum & Ægyptiorum id fuiſſe inſtitutum, *auctor eſt Herod.* ſimul & Colchorum ait, ſed ex Ægypto tranſlatitium. Et quia per id Dei præſcriptio ſervabatur. ideo circunciſio perinde, *uti teſtis eſt divus Gregorius*, valebat apud Hebræos, vel ad tollendum Originale peccatum, atque apud nos unda baptiſmi: hoc differebat, quod per myſteriū circunciſionis non conferebatur gratia benè agendi, ſicut fit in baptiſmate. Proderat igitur circunciſio, *prout ait Apoſtolus*, cùm legem ſervarent, cùm erga carnis motus non importuni exiſterent, nec ſtatutos legibus terminos ſuperarent, nec aliarum fęminarum niſi conjugum legitimarum notitiam haberent, & ea quoq; ipſa poſteritatis tantummodo cauſâ, certis & legitimis temporibus facerent. Iſti circumciſi præputio carnis ſuæ dicendi erant. Hæc prima, & carnis circumciſio.

Circinionis finis.

Circumciſio ſpiritualis. Altera erat ſpiritus, & perfectior habebatur, quæ non ſolum à vetitis thoris, verùm etiam à conceſſis & licitis temperabat, de qua Moſes ita vaticinatus eſt: Ipſe in noviſſimis diebus circuncidet Deus cor tuum ad dominum Deum tuum amandum. Et prima circunciſio,

teſte

teſte Lactan, hujus ſecundæ figura fuit, ſignificans nudandum eſſe pectus, id eſt, aperto & ſimplici corde oportere nos vivere, quoniam pars illa corporis quæ circunciditur, habet quandam ſimilitudinem cordis, & eſt pudenda. Utramque Apoſtolus innuit, dicens: Non is qui in manifeſto Judæus ſit, Judæus eſt: neé ea quæ in manifeſto fit carnis circumciſio, circunciſio eſt: ſed qui in occulto Judæus fuerit, is Judæus eſt: & circunciſio cordis, circunciſio eſt, quæ ſpiritu conſtat, non literâ, cujus laus nō ex hominibus eſt, ſed ex Deo. Quod & Origenes explicat, Qui verò puram fidem in cōſcientiæ ſynceritate cuſtodit iſte circunciſus eſt corde. Et divus Hieronymus *ſuper illud Hieremiæ: Omnis autem domus Iſrael incircumciſi ſunt corde* ait; Omnis domus Iſraël incircunciſa eſt corde, non carne, quæ incircumciſio ducit ad mortem: illa enim carnis, hæc ſpiritus eſt. Hanc, *ut dicit Cyprianus*, Chriſtus à carne mortali ad animam tranſtulit, quæ ſola manſura eſt. Cæterum viſum eſt præceptum minimè æquū cum ita præſcriptum eſſet: Maſculus cujus præputii caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit, ſiquidem id accidere non poterat culpâ pueri, ſed parentis; quare admodum gravè videbatur, ut negligentia patris deberet malo eſſe filio. Quapropter putant illam pœnam indictam eſſe patri, cum ſubjiceretur, Delebitur anima illa. At contrà plures ad filium referendum ducunt, quo violatio præſcripti majori ſit timori, quando innocens ob alterius culpam plectitur. Verùm divus Ambroſius neutram opinionem ſatis probat, qui maſculi nomine mentem ſignificari autumat, quod ut ſexu potior ille eſt, ita ejus mentis vigor ſit validior. Ergo ait, hæc ratio eſt, quod omnis mens quæ non fuerit circunciſa à ſuperfluis corporalibus, & purgata ſolenni munere, ut exuat ſe paſſionibus & vitiis, interibit. Non caro, inquit, interibit, non homo,

Objectio de circumciſione infantiū.

ſed anima illa peribit, quia potuit ſalva fieri ſi habuiſſet purgationem.

CAPUT IV.

De primo Baptiſmatis uſu, & baptizandorum infantium inſtituto: & de baptiſmo non iterando: ac modo baptizandi adultos, & quibus diebus.

CHriſtus, qui æquè mortalium omnium negotium gerebat, volens vitæ ac ſaluti noſtræ pro æterna ſua pietate conſulere, docuit, quemadmodum ſi cor nudaremus, ſi peccata confeſſi ſatis Deo faceremus, veniam conſequeremur: & ne aberraremus, nobis ſtatim natis gratiam ſuam per baptiſma impertivit, ut ea adverſus dæmonum inſidias muniti, recto itinere ad cœleſtem patriam tenderemus. Quapropter Prophetam ante ſe miſit, qui nos inſtrueret ad eam gratiam promerendam. Is fuit Joannes Zachariæ filius, quo ma or ſurrexit nemo, ut veritas teſtata eſt, ad quẽ anno 15. imperii Tiberii Cæſaris, ſicut Lucas perhibet, factum eſt verbum Domini, & venit in omnem regionem finitimam Jordani, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro Sermonum Eſaiæ Prophetæ dicentis: Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. Tunc, *ut Matthæus teſtatur*, egreſſa eſt ad illum civitas Hieroſolymitana, & tota Judæa, totaque regio undiq; finitima Jordani, & baptizabantur in Jordane ab illo, confitentes peccata ſua. Hoc fuit initium baptiſmi, vel potius gradum faciendi omnibus, qui ſeſe factorum pœnitentes mox digni eſſent, qui ad baptiſma Chriſti percipiendum accederent. Quod Cyprianus comprobat, ita differens: Præparabat viam Domino Joannes, lavando exterius corpora, ut præcederet

Veniam cõſequendi ratio.

Joannis Baptiſtæ officium.

Baptiſmi initium.

ret exterius lavacrum ſecuturum baptiſma, in quo cõferretur animarum ablutio, & peccatorũm remiſſio: Præceſſit quod erat ex parte, ut conſummatio ſequeretur. Et Chryſoſtomus paria teſtatur, ſcribens: Aptè ergo cum dixiſſet, quod venit prædicans baptiſmum pœnitentiæ, adjecit, in remiſſionem peccatorum. Idcircò ſuadebat, ut illos pœniteret, quo ſubſequentem veniam facilius impetrarent, credentes in Chriſtum: Undè baptiſma illud nullam aliam habuit cauſam, niſi ut inſtrueret ad fidem. *Hæc ille.* Sed ipſe Joannes illud ipſum planum facit, cum inquit: Ego quidem baptizo vos in aqua ad pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, (de Chriſto loquitur) fortior me eſt, cujus non ſum dignus, ut calceamenta portem, ipſe vos baptizabit, in ſpiritu ſancto & igne, *& reliq.* Ego verò dixerim, Moſen primitus baptizandi rationem oſtendiſſe, quippe qui baptizavit, ſed in aqua ſolum, id eſt, in nube & mari: quod, *teſte Greg. Nazianzeno*, & baptiſmi Joannis & Chriſti exemplar fuiſſe conſtat, quãdo iſta omnia à Deo proficiſcebantur. Quod autem baptizati à Joanne, rurſus admoverentur ad lavationem, hoc eſt, baptizarentur, illud perſpicuè conſtat teſtimonio Lucæ *in Apoſtolorum actis* in hunc modum ſcribentis: Factum eſt autẽ cum Apollo eſſet Corinthi, ut Paulus peragratis ſuperioribus partibus, veniret Epheſum, & inveniret quoſdam diſcipulos, dixitque ad eos: Num ſpiritum ſanctum accepiſtis, cum credetetis? At illi dixerunt ad eum: imò neque ſit ne Spiritus S. audivimus. Et ait illis: Quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt: Joannis baptiſmate. Dixit autem Paulus: Joannes quidem baptizavit baptiſmo pœnitentiæ populo dicens, in eũ qui ventur⁹ eſſet poſt ſe, ut crederent, hoc eſt, in Jeſum Chriſtum. His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit ſpiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant, &c. Hæc igitur de

Baptiſmus Joannis.

Moſes baptiſmus

Chriſtus baptizatus. cauſa Chrſtus venit ad Joannem, voluitq; ab eo baptizari, ut ſuo baptiſmate illius baptiſmum approbaret, corroboraret, at demonſtraret neminem eſſe, quamvis juſtum & ſanctum, quin eâ foret ſalutari aquâ abluendus, cum ipſe nullius purgationis egens ſic luſtrari voluiſſet. Cujus nempè rei Joannes optimè gnarus, etſi in materno ſanctus habitus fuerat utero, prohibebat illum à ſe, ajens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Chriſtus autem reſpondens, dixit ei: Sine modo: quaſi diceret, poſtea te ſpiritu baptizabo, quod ſecundum Chryſoſtomum & fecit. Quin & alios baptizaſſe ſatis conſtat, *teſte Joanne Evangel. cap.* 3. ubi ait: Poſt hæc venit Jeſus & diſcipuli ejus in terram Judæorum, & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Atq; hoc demum baptiſmatis initiũ fuit, hæcq; eſt unda ſalutis, qua perfuſi innocentes efficimur, ſine cujus roris luſtratione, nulli fas in regnum intrare cœlorum. *Baptiſmus quid.* Primus autem ex gentibus externis Cornelius centurio cum ſua familia, Cæſareæ à Petro, *veluti proximo capite eſt dictum*, baptizatus fuit, qui propterea quod primus ex gentibus credidit, primuſq; gratiam baptiſmi ſuſcipere meruit, jure Primitiæ gentium dici poteſt, vel Origenis teſtimonio, qui *ſuper Numeros* de eo ſic loquitur: Ex quibus eſſe arbitror etiam Cornelium illum, qui Cæſarienſis eccleſiæ, cum iis cum quibus ſpiritum ſanctum meruit accipere, Primitiæ merito dicitur: & non ſolum hujus Eccleſiæ, ſed fortaſſis & omnium gentium Primitiæ Cornelius appellandus eſt: primus enim credidit ex gentibus, & primus ſancto ſpiritu repletus eſt, & ideò rectè Primitiæ gentium appellabitur. *Cornelius centurio primitiæ gentium.* *Hactenus Orig.* Quod autem infantes baptizantur, id inſtitutum vetus eſt, & ab Apoſtolis introductum, uti affirmat idem Origenes omniũ theologorum multò ſcientiſſimus, is enim *in cõmentariis ſuis in epiſtola Pauli ad cap.* 6. de ea re ita diſſerit: Corpus peccati eſt corpus noſtrum, quia nec Adam dicitur cogno- *Infantes baptizandi.* *Corpus peccati.*

gnoviſſe Evam uxorem ſuam, & genuiſſe Caïn, niſi poſt peccatum. Denique pro illo, qui natus fuerit, ex lege offertur hoſtia, par turturum, aut duo pulli columbini, unus pro peccato, alter in holocauſtomata. Nunquid nuper editus puer peccare potuit? & tunc habet peccatum, pro quo hoſtia jubetur offerri, à quo mundus negatur eſſe aliquis, etſi unius diei fuerit vita ejus. Unde David: In peccato concepit me mater mea. Secundum hiſtoriam enim nullum matris ejus declaratur peccatum. Pro hoc & Eccleſia ab Apoſtolis traditionem ſuſceperat, ut etiam parvulis baptiſmum daret: ſciebant enim illi quibus myſteriorum ſecreta cõmiſſa fuerant divinorum, eſſe in omnibus ſordes peccati, quæ ab initio per aquam & ſpiritum ablui deberent. Ut verò infantes apud Judæos octavo ab ortu die circuncidebantur, ſic apud nos ut plurimùm baptizantur, quod tamẽ Angeli in ipſo natali die faciunt, id quod D. Cyprianus *lib. epiſt. 3. ſcribens ad Fidum*, multis rationibus eſſe faciendum probat, & in primis, quod homo id ætatis longè innocentiſſimus ſit. Porro non ab re 7. diem præteriſſe expectabant Judæi, quod is, *Plutar. in Problem. & Feſto teſtificantibus* maximè periculoſus ſit infantibus ſi vexentur, nec ante eum terminum umbilicus reſolvatur, ante quem homo propior eſt plantæ quàm animali. Hunc quoq; diem Romani, Hebræos imitati obſervabant, vocabantque luſtricum, quo infantes luſtrabantur, hoc eſt, expiabantur, & iis nomina imponebant, maribus quidem nono die, unde Nundina Dea apud eis colebatur: fœminis octavo, quia in maris conceptione plus eſſet temporis. Baptiſmo inſuper vel confirmationi, de cujus initio poſt dicetur, ne hęc ſacra forent iteranda, quod per patrum decreta fieri non licebat, Iginius Romanus pontifex ſtatuit, ut unus, quem compatrem vocant, uti teſtis intereſſet. Hodie ut plurimum ſi mas baptizetur, duo viri cum una muliere, quæ vulgo commater dicitur, adhibeantur,

Octavo die circumcidere infantes.

Luſtricus dies.

Nundina dea.

Sponſores baptiſmi.

veluti rei geſtæ teſtes: contra ſi fœmina, duæ mulieres cum uno viro: ii vel ſuſceptores nuncupantur, quod infantem de fonte ſacro ſuſcipiant. At in confirmatione unus duntaxat vir, ſeu mulier teſtis admittitur, qui puerum vel puellam brachiis ſuſtentet. Quod autem baptiſma cum confirmatione (alterum enim ab altero pendet) haud iterandum eſſe patres ſanxerunt, id ab Apoſtolo profectum eſſe exiſtimāt, qui illud colligunt tam ex ejus epiſtola ad Hebræos, ut inquit: Nam fieri non poteſt, ut qui ſemel fuerint illuminati guſtaverintque donum cœleſte, & participes facti fuerint Spiritus Sancti, ſi prolabantur, denuò renoventur per pœnitentiam: quam ex alia epiſtola ad Romanos: Nam Chriſtus quod mortuus fuit, peccato mortuꝰ fuit ſemel, &c. Ac ita diſputant: Quemadmodū Chriſtus ſemel mortuus, & ſemel reſurgens, jam nō amplius moritur, ita ſemel per pœnitentiā, gratia baptiſmatis nobis collata, iterari non poteſt, quia per baptiſmum peccatis priſtinis morimur. Unde Propheta, Renovabitur, ut aquilæ, juventus tua. Præterea cū Servator, *teſte Marco* dixiſſet, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit, jam tum unumquenque oportebat & credere & baptizari ſi cupiſſet ſe ſalvū fore. Sed ut illud ꝑ ſe quiſque poterat præſtare, ita hoc ſine aliena ope fieri non poterat. Quapropter Victor pontificum Rom. ordine x v. decrevit, ut à quocunqꝫ virilis vel fœminei ſexus Chriſtiano, & in quavis nativa aqua, baptiſmum petentes baptizarentur, ſi neceſſitas inſtaret: inſtabat autem neceſſitas, causâ præſertim infantium, quibus cum per ætatem non liceret de ſua fide teſtari, à principio, *ſicut tradit Cyprianus*, proviſum fuit, ut per alios credere profiterentur, quo, quemadmodum alienâ culpâ, id eſt, Adam primi parentis delictum eis quoque malo fuit, quod ſtatim nati originali peccato obligarentur, ſic alienâ operâ bono eſſet, qui idcirco, *Velut ait Ambroſius libro de Vocatione gentium ſecundo*, ex

Confirmatio.

Fidei neceſſitas in baptiſmo.

aliena confeſſione credunt & baptizantur. Atque hoc pacto cunctorum ſaluti conſultum eſt. Atqui ex Evangelio diſcimus, homines alios aliorum pietate apud Deum juvari, quod *Matth.* 9. præclare demonſtrat ita ſcribens: Et ecce viri adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentē: cumq; vidiſſet Jeſus fidem illorū: dixit paralytico, Bono animo eſto, fili: remittuntur tibi peccata tua. Atq; paralyticus per fidem bajulorum ſalvus factus eſt. Ita perſeverabat in hunc modum celebre baptiſmatis inſtitutum, cujus triplex eſt genus fluminis, quo Joannes primitus baptizavit: item flaminis, hoc eſt, Spiritus Sancti, quod Chriſtus inſtituit: & Sanguinis, quo infantes ab Herode occiſi ſunt initiati. Cyprianus: Hi nuper, cruore lacteo loti, primitias baptiſmi martyrio conſecrarunt, tradentes poſteris formam, ubi neceſſitatis articulus excluſerit moram, non minus ad lavacrum animæ ſanguinem efficacem, quā ſanctificatas verbis aquas, maximè cum nec ſanguis hoc elemento careat, ſed aquarum motu per totum corporis alveum fluat. Spiritus verò ſanctus & aquis & ſanguini ſuperfertur, qui ſubjectos ſibi fovet & abluit, quo baptizante, idem occiſio, quod merſio, operatur. *Hæc Cyprianus.* Illud hic admonuerim, in uſu veterum fuiſſe, ut adulti ferè baptizarentur, induti veſtibus albis. Lactantius:

Pietate aliorum juvari.

Baptiſmatis triplex genus.

Sanguine baptizari.

Ritus baptizandi adultos.

Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atq; vetus vitium purgat in amne novo.

Et id fiebat in Paſcha, & Pentecoſte, niſi neceſſitas urgeret. Interim autem dum dies ſtatutos expectabant, de myſteriis religionis erudiebantur, ac ob id Catechumeni dicebantur, quod κατηχεῖν græcè, ſit voce erudire, qui ita myſteriis initiati, & poſtea aquâ tincti, lac & mel deguſtabant, teſte Tertulliano *in libro de militis corona*, ubi ait: Aquam adituri: & ſubjicit: Dehinc ter mergitamur, inde ſuſcepti lactis & mellis concordiam præguſtamus. Item oleo ungebantur

Catechumeni.

Lac & mel.

Oleum.

baptizati, *ſicut idem lib. primo adverſus Marc. tradit*

Vinum. Vinum quoque eis dabant bibere, id quod divus Hieronymus teſtatur, qui *explanans illud Eſaiæ: Venite emite vinum & lac*, inquit: Provocat nos Eſaias non ſolùm ut vinum emamus, ſed & lac, quod ſignificat innocentiam parvulorum. Qui mos ac typus in Occidentis Eccleſiis hodie usque ſervatur.

CAPUT V.

De Sacerdotii, ejuſque graduum apud Hebræos initiis: ac magno Pontificis, minoriſque ſacerdotis conſecrationis myſterio, & quibus uterque amiciretur Indumentis ſacris, & quantum temporis daretur Levitis ad adminiſtrandum.

Hominum duplex genus in Republ. Christiana.

Rempublicam Chriſtianam duplex genus hominum habet, unum quod Prophanorum nomine cenſetur, & iis ſoboli procreandæ ac imperio adminiſtrando fas eſt operam dare: alterum Sacerdotum, quod ſacrificiis faciundis, precibus, & religioni denique ritè procurandæ vacat. Apud Hebræos idem fuit inſtitutum: ſiquidem principio Duces cum populo, deinde Regis reipublicæ curam habebant: Sacerdotes verò ſacra curabant, penes quos, *teſte Joſepho lib. 3. Antiq.* Sacerdotium cœpit ab Aaron, qui primus unctꝰ atq; conſecratus fuit per Moſen fratrẽ, dicente illi Domino: Sume Aaron & filios ejus, & ſtolas & oleum unctionis, & vitulum qui eſt pro peccato, &c. Quare Moſes cõvocato populo dixit: Hoc eſt, verbum quod mãdavit Dominus facere, & applicuit Moſes (*ſicut etiam eſt in Exodo c. 29.*) Aaron fratrem ſuum, & filios ejus, & lavit eos aquâ, & veſtivit eũ tunicâ alterâ ſummâ, alterâ interiore, & præcinxit zonâ, & impoſuit ei humerale, & cinxit eum ſecundum formam humeralis, & impoſuit ſuper eum logiũ, & impoſuit ſuper manifeſtationem

Aaron primus ſacerdos.

Veſtes ſummi Pontificis.

nem & veritatem, & impoſuit mitram ſuper caput ejus, & poſuit ſuper mitram, ante faciem ejus, laminā auream ſanctificatam, ſanctam, ſicut præceperat Dominus. Hæc fuit ſacerdotis primi conſecratio, & ea quidē nō ſine myſterio. Moſes enim, id eſt, lex, *ut Origeni placet*, quam pontifex ignorare non debet, lavit & unxit Aaron ſummum pōtificem cum filiis, hoc eſt, puros reddidit coram populo, quia oportet illum & teſtimonium habere bonum ab iis qui foris ſunt, ſicut Apoſtolus dicit: poſtea veſtivit eum duplici tunica, altera miniſterii humani, altera intelligentiæ ſpiritualis: & præcinxit eum zona, antequam talarem tunicā imponeret, hanc ſtolam nuncupant Induit eum humerali, quod eſt humerorum quidam ex circumductione veſtis ornatus: humeri autem operum figuram tenent, ac laboris indicia. Et cinxit eum rurſus ſecundum formam humeralis, ut conſtrictus eſſet in verbo, conſtrictus in facto. Poſt hæc impoſuit logium, quod rationale dicitur, & eſt ſapientiæ indicium, quia ſapientia in ratione conſiſtit, ſuper manifeſtationem & veritatem. Dabantur & femoralia tanquam indicium caſtitatis: ſed quia licebat ſacerdotibus filios generare, ideò Origenes vult per femoralia innui, non eſſe prædicandum verbum Dei hypocritis, ne illud ſemen pereat, quaſi tunc ſit utendum femoralibus, ne in ſterilem terram ſemina jaciantur. Hæc erant pontificis ornamenta: quorum ordo haud myſterio etiam caret: nam humeralis facta præcedunt, logii ſapientia ſequitur, quia poſt facta quærenda ſapientia: deinde poſt rationale, manifeſtatio: quoniam non antè alios docere, quàm nos inſtruere debemus. Item additur Veritas, quia veritas eſt ſumma ſapientia. Poſtremò Moſes ornavit caput Aaron corona, in quo eſſe debet juſtitiæ Dei ſedes; propterea accepit cidarim, quod eſt operculum: vel ornamentum quoddam capitis, cui ſuper impoſuit mitram, hoc eſt indicium ſcientiæ utriuſq;

Myſtica expoſitio veſtium. *Tunica.* *Zona.* *Humerale.* *Logium.* *Femoralia.* *Corona.* *Cidarim.* *Mitra.*

inſtrumenti. Ante faciem id eſt, à fronte pontificis, laminam auream ſanctam locavit, in qua ſculptum erat vocabulum Dei. Hinc noſtri pontifices indumeta bona ex parte, ſicut mox dicemus, mutuati ſunt. Ita Aron pontifex ſummus eſt à Deo creatus: filii verò ejus, Nadab, Abiud, Eleazar & Ithamar, longè minoribus cæremoniis initiati ſunt, quippe quibus neq; bina indumenta tradita, neq; humerale, neq; rationale, neq; capitis ornatus, niſi tantum cidaris, qui propterea loco minorum ſacerdotum ſunt habiti, quales hodie apud nos ſunt qui presbyteri vocantur. Cæterùm libet deſtinctè ex Joſepho & Hieronymo *ad Fabiolam* de his exponere indumentis. Octo n. genera fuere, quorum quatuor communia pontificibus pariter atq; ſacerdotibus erant: fœminalia quæ linea erant, & uſq; ad genua & poplites velabāt verenda, nos ea vocamus braccas: poderis ex lino etiam tunica talaris, quam interulam dicunt: cingulum textum ſubtegmine triū colorū, cocci, purpuræ, & hyacinthini, byſſino ſtamine: & tiara ex byſſino cōfecta rotunda, ut pileus, quaſi ſphæra media ſit diviſa, ut pars ponatur in capite affabrè laborata: fuit olim Perſarum mulierem capitis ornamētum. Pontificum verò reliqua quatuor propria indumenta erant; tunica talaris tota hyacinthina, & manicata, in cujus extrema parte circa pedes, ſeptuaginta duo pendebant tintinnabula, cum totidem malis punicis, quo pontifex in ſancta ſanctorū vocalis incederet, moriturus ſtatim, ſi hoc non feciſſet. Superhumerale, quod Hebraicè Ephod dicit, ex byſſo, cocco, purpura, hyacinthino, in cujus utroq; humero erant duo lapides onyches, ſeu ſmaragdi: Joſephus Sardones vocat. In ſingulis autem inſcripta erant ſena nomina Patriarcharū, hoc eſt, in dextro humero filii majores nati Jacob, in ſiniſtro minores, ut pontifex ingrediens ſancta ſanctorū, nomina populi pro quo erat Domi. ū oraturus, portaret ſecū. Itē rationale, quod erat pañus brevis,

Lamina aurea.

Sacerdotū indumēta.

Octo indumentorum ſacerdotaliū genera.

Tiara.

Pontificis propria indumenta.

Ephod.

Rationale.

brevis, auro & quatuor, haud alio modo ac ſuper humerale, contextus coloribꝰ, cum duodecim lapidibꝰ, quaterno diſtinctis ordine: in primo n. ordine inſerti erant, Sarda, Topazius, Smaragdus: in altero Carbunculus, Sapphyrus, Jaſpis: in tertio Lyncurion, Achates, Amethyſtus: in quarto Chryſolithus, Onyx Beryllus. Ultimũ veſtimentũ, lamina aurea, cum vitta, qua põtifices tantũ utebantur. Iſti duodecim lapides videnť ſignificaſſe, *ut ait Hieronymus*, Apoſtolos duodecim, ſicut illi duo ſuper humerale portendiſſe Chriſtum & ejus populũ, & quatuor colores retuliſſe quatuor elementa. Atqui byſſinũ, quod eſt genus lini ſubtiliſſimi terræ cõparari poteſt, quia ex terra gignitur, ſicut purpura mari, quod ex ejus cochleolis tingitur: item hyacinthus aeri propter coloris ſimilitudinẽ: coccus igni & ætheri. Sed ad reliquã perſequenda jam recurrat oratio. Fuit tamẽ ante Aaron, Noë qui dicitur altare erexiſſe, & ſuper illud holocauſtum Domino obtuliſſe: item Melchiſedech, qui primus ſacrificavit: & Abraham, Iſaac, & Jacob, qui ſecundum eum itidẽ fecerũt: ſed illos quadam naturali pietate, non ſacerdotali auctoritate rem divinam feciſſe conſtat. Alii deinde miniſtri ab aliis cõſtituti ſunt, qui in tabernaculo, hoc eſt, templo, in miniſtrando hærerent. Levitæ ex tribu Levi filii Jacob, ſtatim poſt datum ſacerdotiũ Aaron, & ejus filiis, jubente Domino, à Moſe eliguntur, qui ſemper adeſſent Aaron ſacrificiũ facienti, excubarent dies ac noctes in tabernaculo, geſtarent arcam, & tabernaculum, item vaſa, ac in circuitu tabernaculi locum caſtris ſtatuerẽt. Hoc græcâ voce Diaconos appellamus: ſiquidẽ Moſes præcipiente Domino, *uti Joſephus codẽ libro teſtatur*, tribũ Levi à prophanis officiis ſegregans, Deo conſecravit, eiq; negotium cuſtodiendi tabernaculi dedit. Diaconis adjumento dati ſunt miniſtri, qui illorum dictis audientes eſſent, & oblationes caperent. Ii apud Hebræos Nathinnei appellantur, hoc eſt, dati

Duodecim lapides quid notarint.

Byſſinum.

Purpura. Hyacinthus Coccus.

Holocauſta antiquiora.

Levitæ.

Diaconi.

Nathinnei.

aut

aut donati, vel in humilitate Domino ſervientes: nũc Subdiaconi, quod Diaconis ſubſint, nuncupantur. At Levitis iſtis adminiſtrandi tempus terminatum erat per legem, quæ, *veluti in extremo octavo capite Numerorum eſt*, talis fuit: A XXX. annis, & ſupra, Levitæ ingredient, ut miniſtrent in tabernaculo fœderis, cumque quinquageſimum annum compleverint, ſervire ceſſabunt, ut poſtea cuſtodiant, quæ ſibi commendata fuerint: tum enim vaſa ac alia tabernaculi inſtrumenta ſervanda curabant. Item nonnullos alios delegit, qui lucernas ſemper in tabernaculo ardẽtes curarent. Hos noſtri ceroferarios interpretãtur, vel græcè Acolythos, ſeu potius Acoluthos, qui res corporis miniſtrant. Poſtea conſtituti ſunt Oſtiarii, qui æditui, ſive janitores vocantur, ut ex præſcripto legis præeſſent templo cuſtodiendo, ne impurus quiſquam ingrederetur. Item lectores, quorũ ordo à Prophetis initium ſumpſit, qui concionarentur, & legerent, quibus dictum erat: Clama, ne ceſſes. Præcentorum, qui Pſalmos canerent, auctor David ſive Aſaph fuiſſe dicitur qui poſt Moſen primi Pſalmos cõpoſuerunt. Erat eorum ordo per ſucceſſionem generis, ſicuti ſacerdotium, qui aſſiduè in templo canebãt, ad vocem unius reſpondente choro. Exorcizatores, id eſt, adjuratores (ſic enim noſtri interpretentur) aut increpantes, Salomon inſtituit, qui invocarent ſuper Catechumenos, vel ſuper eos qui ſpiritibus malis vexabantur, nomen Domini, ita dæmones ſubigentes, ut ab eis egrederentur, ſicuti ex Joſepho alibi demõſtravimus, ipſum Salomonem effugandorum dæmonum inveniſſe modum. Hæc ſuo ordine quo apud Hebræos inſtituta ſunt, expoſuimus, ut initiũ cujuſq; rei, quod noſtri in primis propoſiti eſt, perappoſite proderetur.

Levitarum munus. *Acoluthi.* *Æditui.* *Lectores.* *Præcentores* *Exorciſtæ.*

Quæ omnia cum umbra duntaxat futurorum fuerint, jam quæ inde conſecuta ſint, explicemus.

A quo

CAPUT. VI.

A quo noſter primùm inſtitutus fuerit Sacerdotalis ordo, & quotuplex eſſet Sacerdotium, & quid ſit ſacerdotis manuum impoſitio, ac quis Epiſcopus Pontifexve, atque quale eius munus, & quemadmodum Presbyter, vel Diaconus quondam dictus fuerit Epiſcopus.

IEſus Chriſtus præceptor noſter poſtremò, *auctore Euſebio in Eccleſiaſtica hiſtoria*, & rex & pontifex fuit, & utrumque ex teſtimonio Prophetarum probat: cum enim de Jeſu meminit, qui Moſi ſucceſſerat, inquit: Sed & idem Moſes longè per Dei ſpiritum prævidens qui ſibi præpararetur ſucceſſor, & prænoſcens eum qui poſt ſe regnum ſuſciperet, majoris ſacramenti miniſtrum eſſe futurum, Jeſum cognominavit eum, qui prius Auſe parentum fuerat appellatione vocitatus, ſciens in hujus vocabuli ſacramento majoris cujusdam gloriæ regem, quàm mortalis natura recipit, eſſe ponendum. Ita igitur per gemina hæc appellationis indicia in altero pontificatus, in altero regalis formæ exprimuntur inſignia, & Jeſus Chriſtus tanquam qui Rex & Pontifex eſſet, pariter nominatur. Et paulo poſt infert: David quoq; de Chriſto teſtatur dicens: Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. In quibus verbis primum quidem eum Deum deſignat, deinde per ęquitatis virgam, ſceptrum in eo regale cõmemorat, *Hactenus Euſebius*. Hic illud appoſitè admonendum duxi, non rectè in Euſebiano codice ſcribi Auſe, *teſte divo Hieron. qui ſtatim in principio lib. primi commentariorum in Oſeam prophetam inquit:* Oſee n. linguâ noſtrâ ſervatorem ſonat, quod nomen habuit etiam Joſue filius Nun, antequam ei à Deo vocabulũ muta-

Chriſtus Rex & Pontifex.

Locus Euſebii emendatus.

Oſee.

mutaretur: non enim (ut malè in græcis codicibus legitur & latinis) Auſe dictus eſt, quo nihil omninò intelligitur, ſed Oſee, id eſt, Servator, & additũ ejus nomini Dominus, ut Servator domini diceret: *Hæc Hieronymus*. Sed domũ redeamus. Is igitur pontifex noſter primus fuit, qui nobis ſacerdotiũ inſtituit, idq; duplex eſſe voluit, alterũ ſpirituale, alterũ miniſterii plenũ. Sed de hoc poſtea. Spirituale dedit, cum ſe pro nobis obtulit, dicente Apoſtolo Petro: Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo mortificatus quidẽ carne, vivificatus autem ſpiritu. Et ſacerdotiũ iſtud omnibus juxta Chriſtianis cõmune eſt, ea de cauſa inſtitutũ, ut Chriſtum imitaremur, teſte Apoſtolo ad Romanos ſcribente: Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventẽ placentẽ Deo, rationabile obſequiũ veſtrũ. Sacerdotii autem hujuſcemodi partes Chriſtianus homo etiam profanus agit, cum lætus ex animo Deũ uti patrem amat, in omni loco invocat, precatur, colit, laudat, quod officium, vel ſacrificium laudis dicitur, itẽ gratiã pro donis acceptis habet, contra idem triſtis pœnitendo Deum ipſum velut judicẽ timet, veniam precatur, orat, coram dolet, delicta ſpõte deplorat, *Ut eſt in Pſal.* 53. Voluntariè ſacrificabo tibi. Idem noſter Servator alterum ſacerdotiũ miniſterii inſtituit, cum dogmata legis ſecutus, quã non ſolvendi ſed conſummandi cauſâ venerat, ut poſtquã cœlum aſcendiſſet, nobis nõ deeſſent, qui in terris ſacerdotiũ verum haberent. XII. elegit pontifices, quos novo vocabulo Apoſtolos nominavit, ut qui mittendi eſſent in diverſas orbis partes, qui novum dogma hoc eſt, Evangelium, cui etiam vocabulum innotuerat, mortales docerent. Item ſeptuaginta diſcipulos, quos etiam ad concionãdi munus delegerat, ſacerdotes fecit, qui vice filiorũ Aaron, *ſicut Origeni probatur*, apud nos minores haberentur ſacerdotes, quales nũc

Sacerdotiũ duplex.

Spirituale ſacerdotiũ.

Sacrificiũ laudis.

Sacerdotiũ miniſterii.

Apoſtoli duodecim.

Diſcipuli ſeptuaginta

græce

græcè presbyteri vocantur, hoc eſt, latinè ſeniores, *Presbyteri.* quod canicies quæ homini prudentiam afferre ſolet, digna ſit honore & munere. Ab his igitur presbyterorum, ſicut ab illis epiſcoporum, cœpit ordo, quippe qui in eorum locum ſucceſſere, quod vel Cypriani teſtimonio conſtat dicentis: Meminiſſe autem diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, Epiſcopos & præpoſitos dominus elegit. Et pòſt eum idẽ Hierony. teſtatur *in Epiſt. ad Marcellam adverſus Montanum* ita ſcribens: Apud nos Apoſtolorũ locũ Epiſcopi tenent. Hos autem Apoſtolos ac diſcipulos myſteriorũ Dei miniſtros, non aliis conſtat initiatos ſacris, niſi ſolâ Chriſti electione, ſeu vocatione: quod ipſis deinde Apoſtolis, & poſtremò Romanis põtificibus *ſicut infra explicabitur*, exẽplo fuit eligendorũ ſacerdotũ: ſed ut hæc multis cæremoniis alioque longè ritu, ita illi ſimpliciter, prout è Chriſto docti erant, illud inſtitutum ſervarūt. *Electio ſacerdotum.* Adhunc quoq; modũ Matthias factus eſt Apoſtolus: ſic ipſi Apoſtoli ſeptem ſibi diaconos inſtituerunt dicente Luca *in actis*: Et elegerunt Stephanum virũ plenũ fide ac ſpiritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorẽ, & Timonẽ, & Parmenam & Nicolaũ Proſelytum Antiochenum. Hos ſtatuerunt in conſpectu Apoſtolorũ, & cum oraſſent, impoſuerunt eis manus. Sic Titus in Creta ad præſcriptum Pauli presbyteros conſtituit. Sed Bedas rem multo luculẽtiſſime docet: Erant, inquit, baptizati Apoſtoli, at nõ erant ſacerdotes, niſi cũ Chriſt' in Cœna fecit illos ſacerdotes, daus eis poteſtatẽ conſecrandi corpus ipſius verũ, & poſt reſurrectionem abſolvendi. *Apoſtoli quando ſacerdotes facti.* Cæterum cum Apoſtolus *Epiſtolæ priore ad Timotheum capite quinto*, ſic præceperit, Manus citò nemini imponas: aliquis poſſet cõjicere eum cujuſpiam myſterii ſacerdotes initiandi formulam dediſſe, id quod Chryſoſtomus *homilia in eam Epiſtolam* 16. affirmare videtur, ita ſcribens: Ubi verò hæc dixit, illud intulit, quod omniũ maximè periculo- *Manuum impoſitio.*

ſum

ſum eſt, & in primis Eccleſiam continet, de ordinationibus ſcilicet. Quid ſibi vult? non ex prima ſtatim probatione, ſed ubi conſideratio diuturna præceſſit, tunc imponito manus. Et Ambroſius hunc quoque locum ita interpretatur. Gratiam dari ordinatoris ſignificat, per prophetiam & manuum impoſitionem. Prophetia eſt, qua elegitur quaſi doctor futurus idoneus. Manuum verò impoſitiones, verba ſunt myſtica, quibus cõfirmatur ad opus electus, accipiens auctoritatem, teſte conſcientiâ ſuâ, ut audeat vice Domini ſacrificium Deo offerre. Sed ipſe Paulus *Epiſtolâ ſecundâ ad eundẽ Timotheum*, quid eſſet manuum impoſitio apertè declarare viſus eſt, cum ſcripſerit: Quam ob cauſam cõmonefacio te, ut ſuſcites donum Dei, quod in te eſt, per impoſitionem manuum mearum: non enim dedit nobis Deus ſpiritum timiditatis, ſed potentiæ, ac dilectionis, & ſobrietatis. Quæ omnia Chryſoſt. ita explanat: Admoneo te ut excites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum: hoc eſt, gratiã ſpiritus, quam accepiſti ad Eccleſiæ inſtitutionem, ad edẽda miracula, ad omne religionis obſequium: quippe hanc vel extinguere, vel excitare in nobis eſt. *Hactenus ille*. Ac ita per impoſitionem manuum videtur dari ſacerdoti electo Spiritus ſanctus, quemadmodũ, *teſte Luca in Actis cum de Samaritanis loquitur*, baptizati afflantur eodem ſpiritu, quo Chriſtus ſuos Apoſtolos in primis ornavit, illuſtravit, munivit, dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorumcumque remiſeritis. & reliqua. Fuit enim ille ſolennis ipſius Servatoris modus benedicendi manu pariter atq. voce, *teſte Hier. in Matthæum*, cum apud eum oblati fuerint pueri, ut manus imponeret & oraret, hoc eſt, benediceret. At revertamur eodem. Atq; hinc olim factum videtur ut in conſecrando Epiſcopo, nil amplius cæremoniarũ eſſet, niſi ut multitudo, quæ ejus quoque rei gratiâ, *auctore Cypriano non uno in loco & præſertim in Epiſtola 4. ad Felicem*

Prophetia.

Manuũ impoſitionis effectus.

Epiſcoporum conſecrandi ratio.

Felicem presbyterum, ſemper epiſcoporũ electioni interérat, precaretur, & presbyteri manus imponerent. Et hæc dicere habui de prima ſacerdotũ conſecratione ab Apoſtolis & patribus uſurpata. At poſt Chriſtum, Petrus in ſacerdotio prærogativam habuiſſe dicitur, quod primus Apoſtolorum ordine, & ejus ſacroſancti collegii caput fuiſſet. Quapropter divus Cyprianus *Epiſt. 3. ad Cornelium*, Cathedram Petri principalẽ vocat: nam, ne quis erret, nullâ aliâ ratione ſacerdotalis ordo à Romano Epiſcopo profectus eſſe dici poteſt, niſi apud Italos duntaxat id factum intelligatur, cum perdiu ante adventũ Petri in urbem Romam, apud Hieroſolymos ſacerdotium ritè inſtitutum fuiſſe liquidò liqueat; quanquã Chryſoſt. *homilia ultima in Joannem*, arbitratur Jacobum primũ Hieroſolymitanũ epiſcopũ à Petro factum fuiſſe, id quod tamen alii non Petro ſolum, ſed Joanni quoq;, ac alteri Jacobo aſſignant. Imò nemo eorũ illud fecit officium, ſi ipſi divo Petro credimus, qui *apud divum Clementẽ, libro Recognitionẽ primo*, de ea ipſa re ita teſtatur: Septimana jam una ex paſſione Domini complebatur annorum, & Eccleſia in Hieruſalẽ cõſtituta, copioſiſſimè multiplicata creſcebat per Jacobum, qui à Domino ordinatus eſt Epiſcopus, rectiſſimis diſpenſationibus gubernata, &c. Igitur ita Petrus Apoſtolorũ princeps fuit, ita Romani pontifices jam inde ab initio magnæ habiti ſunt auctoritatis. Item apud eoſdem Hieroſolymos Epiſcopalis cathedra locata ab initio eſt, & utrumq; atteſtatur Euſebius *libro Eccleſiaſtica hiſt.* 7 ita ſcribens: Deniq; Jacobi cathedra uſq; ad hodiernum diem inibi (de Hieroſolymis loquitur) ſervatur, atque in ea ſedent omnes, qui uſque ad præſens tempus ſedis illius ſacerdotium ſortiuntur, & cum magna veneratione habetur, vel vetuſtatis, vel primi ſacerdotii ſanctificationis obtentu. *Hæc Euſebius.* Illud idem poſtea à divo Petro Romæ factum eſſe, teſtimonio eſt cathe-

Petri Apoſtoli prærogativa.

Sacerdotiũ Romanũ.

Jacobus Epiſcop. Hieroſolymitanus.

Epiſcopalis cathedra Hieroſolymis.

Cathedralis dignitas Romæ.

Q

dralis celebritas ejus diei qui nunc ubiq; gentiũ ſolennis eſt. Veruntamen exiſtunt etiam nunc, qui contendant Petrum in omnes Apoſtolos jus habuiſſe: de qua re noſtrum non eſt quicquam decernere, qui ſacerdotii originẽ tantùm quærimus: tametſi contra nonnulli aliter cenſent, quia id vidětur Paulus ad Corinthios, *Epiſtola ſecunda c.* 10. negare, ſcribens: Nam ſi & amplius quippiam gloriat⁹ fuero de poteſtate noſtra, quã dedit nobis Dominus, non erubeſcam. Non n. dicit, quam dedit Petrus, ſed Dominus. Et ſubjicit. Quam nobis poteſtatem dedit Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtri. Ponit Paulus ædificare, ut alibi ſæpè facit, pro prodeſſe, quod demonſtret officiũ ſacerdotis eſſe, æquè omnes juvare, ſi velit poteſtate ſibi datâ uti. Epiſcopus verò græca vox eſt, & plus oneris quàm honoris ſignificat: latinè dici poteſt ſpeculator: & proprie, *ut Martianus ſcribit*, ii dicuntur Epiſcopi, qui præſunt pani, ac cæteris venalibus reb⁹, quæ populis civitatum ob quotidianum victum neceſſariæ ſunt: Undè pontificibus id nomen inditum par eſt credere: quià quemadmodum illi quæ ad vitam humanã ſuſtentandam pertinent, procurare debent, ita horum vigilando, docẽdo, benè agendo, animarũ ſaluti conſulere intereſt: id quod vel Clemẽtis primi põtificis declarat præſcriptũ ꝗ decreviſſe fertur, ut epiſcopalis cathedra in eminentiore templi loco collocaretur, ſicut hodiè ſervatur, unde Epiſcopus undiq; ſpeculari poſſet. Ex quo quandiu Epiſcopus ſuum ejuſmodi facit officium, nõ imperare, nõ regnare, ſed tam aptè quàm eleganter dicitur ſedere: quo porrò loquendi modo nos quoque ſcribendo utamur licet. Hinc certè apparet, ut nihil potius eſſe debeat curæ Epiſcopo, quàm incolumitas gregis ſibi crediti: quo fit, ut in civitate hoc ſit Epiſcopus quod in navi gubernator, in curru rector, in exercitu dux, utpote cujus, *ſicut ait Cyprianus*, quantum pernicioſum eſt ad ſequentium lapſum

Petrus an jus in Apoſtolos habuerit.

Officiũ ſacerdotis.

Epiſcopi nomen.

Clementis decretum.

Epiſcopi munus.

lapſum ruina, tantùm contra utile eſt & ſalutare, cum ſe per firmamentum religionis, fratribus præbet imitandum. Væ igitur Epiſcopis! ſi qui ſint muneris hujus obliti: quia, ut dicitur, cui multum datū eſt, multum quæretur ab eo. Atque officium ab Apoſtolis inchoatum ac expletum, *uti ſupra paſſim demonſtratur*, Epiſcopi eſt, regere Eccleſiam, concionari, populū verbo Dei paſcere, baptizare, & baptizatos cōfirmare, ordinibus ſacris initiare miniſtros Dei, obire, circumire, circūſpicere ſæpius ſuam provinciam: cujus rei causâ, à principio ipſi Apoſtoli provincias inter ſe partiti ſunt, ut in eis nomen Chriſti diſſeminarent, ex quo fructus charitatis, pietatis, juſtitiæ ubiq; abundaret. Res hæc poſtea Paulo in primis Apoſtolo curæ fuit, *qui teſte Lucam Actis*, eas regiones reviſebat, in quibus ante multa ſanctiſſimè de Chriſto prædicaſſet, ut cognoſceret, quo eſſent ſtatu fratres, & ſublatis erroribus ſi qui irrepſiſſent in hominum mentes, religio non violaretur. *Pauli ſtudium.*

Cæterùm olim Epiſcopi vocabantur Presbyteri, *teſte non uno in loco divo Hieronymo, & præſertim in Epiſtola ad Evagrium, ubi dicit, qua de cauſa Epiſcopi poſthac eſſe cœperint, ita ſcribens:* Quod autem poſtea unus electus eſt, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factū eſt: ne unuſquiſq; ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet: nam & Alexandriæ à Marco uſque ad Dionyſium presbyteri ſemper unū ex ſe electū Epiſcopum nominabant: quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe quem induſtriū noverint & Archidiaconum vocent. Quid enim facit, exceptâ ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat? &c. Quid, *quod & Chryſoſt. homilia. 2. in Epiſt. ad Philippenſes demonſtrat*, Epiſcopum dictū etiam eſſe diaconū, hoc eſt, miniſtrū? De Epiſcopi nomine & officio ſatis dictū habeo: idem verò pōtifex vocatur, à poſſe & facio, ut Scævola aſſirmat: ut autē Varroni placet, à ponte; nā pons in Tyberi nomine ſu- *Presbyteri: Epiſcopus gentiuus: Pōtifex unde dict.*

blicius, primũ à pontificibus factus eſt poſtea ſæpè reſtitutus, quod ligneus eſſet, nec non cæterorum pontium ſarciendorum cura ad eos delata eſt.

CAPUT VII.

De primo ritu ſacrorum, quibus initiantur ii, qui Sacerdotes fiunt, & amiciendi uſu, ac ibidem de ſacerdotis officii initio.

Gradus ad Epiſcopatũ.

Romani pontifices Hebræorum ſecuti inſtitutũ, primi omnium ſacris quibuſdam initiare cœperunt Oſtiarios ſive Janitores, Lectores, Exorcizatores, Acoluthos, Subdiaconos, Diaconos, hoc eſt, Levitas, quo numero ſeptem ipſi Apoſtoli delegerant presbyteros, & Epiſcopos, quo ſic per gradus ad ſacerdotium unuſquiſque promoveretur. Quos quidem ordines Cajus Romanus pontifex qui ex Diocletiani Imperatoris genere ortus erat, primus diſtinxit, quibus tanquam quibuſdam gradibus ad epiſcopatum aſcenderetur. Non nemo id Iginio pontifici, qui diu ante Cajum ſedit, aſſignat, cum quo me conſentire minus pœnitet: nam ſic fieri potuit, ut, quod Iginius inchoaverat, Cajus ritè perfecerit. Atq; tum primùm cœperunt apud nos Sacerdotes novis & ſacris initiari ordinibus: quod vel colligere licet ex Tertulliano auctore longè antiquiſſimo, qui *libro de Exhortatione caſtitatis* eam rem planam facit, ſcribens: Nonne & laici ſacerdotes ſumus? ſcriptum eſt, Laici ſacerdotes ſumus, regnum quoq; nos, & ſacerdotes Deo & patri ſuo fecit. Differentiam inter ordinem & plebem, cõſtituit Eccleſiæ auctoritas. *Hactenus Tertullianus.* Illud idẽ conſtat, alio apud nos, ac apud Hebræos modo, iſtos ordines diſtribuit: illi enim in eo ordine perpetuò erãt, in quem à principio recepti fuiſſent: noſtri autem gradatim per omnes ordines ad ſacerdotium veniũt. Fuit jã inde ab initio ſacerdoti in primis negotiũ à Chriſto datum,

Laici Sacerdotes.

Sacerdotis officium.

datum,ut doceret,baptizaret, conſecraret euchariſtiam,miniſtraret aliis, ligaret, ſolveret: quod fit, cum ſacerdos, ut cuſtos & rector ſcit, qui apud Deum aut ligand⁹ aut abſolvendus ſit. Item judicaret de dogmatibus,oraret pro aliis, ac ſacrificium laudis, *quod alibi tractabimus*, pro ſalute populi offerret & hæc ex Evãgeliis, atque Apoſtolorum teſtimoniis cognoſcamus licet. Videant igitur qui ſacerdotes faciunt,quo ſe crimine obligent,ſi ſint ſacerdotes ad ea obeunda munia minus idonei. Sunt autem infiniti, qui tantum celebrandis Miſſis, quas dicunt, operam dant, & ejus rei causâ ſacerdotes ſunt, perinde quaſi in ea omne conſiſtat officium. Veſtes verò ſacras quibus noſtri amiciũtur ſacerdotes, ab Hebræis, *uti ſupra capite quinto dictum eſt*,habent: cujus nempe rei argumentũ eſt,quod noſtri tum pontifices, tum ſacerdotes, partim eadem induũt veſtimenta, utputa Zonam ſeu Cingulũ, Tunicam Talarem,quam vocamus Albam,tunicam hyacinthinam, ac Mitram, partim non longè formâ aut colore differentia, cujuſmodi ſunt amictus capitis tegmen,qui loco cidaris uſurpatur, planeta ſive Caſula, quam vocant, fabrefacta inſtar rationalis, hoc eſt, Logii, pallium haud diſſimile ſuperhumerali, & caligæ vice fœminalium. Undè deniq; liquidò apparet, pleraque omnia ab ipſis Hebræis uno vel altero modo ſacerdotes noſtros eſſe mutuatos,ſicut illos ab Ægyptiis principiò ſumpſiſſe veriſimile eſt. Porrò Ægyptii ſacerdotes ex Pythagoræ præcepto, linteo tantũ veſtimento,ut puriſſimo mundiſſimoq; in reb⁹ divinis utebant̃: laneum verò ut prophanum vituperabant: quia ab animato decerpitur conficiturq́; ex mortali materia. Contra linea ideò pura videbant̃,& ſacrificantib. accomodata,quoniã linũ ex terra orit̃,quæcunq; autẽ ex terra naſcunt̃,munda & pura exiſtimarũt. *Hæc & id genus alia Herodotus libro ſecũdo tradit, & apud Philoſtratũ memorat Tyanæus Apollonius.* Atqui etiam ra-

Veſtes ſacerdotales noſtro tempore.

Aegyptii ſacerdotes.

Linea veſtis cur pura.

tione Hebræi Ægyptiorum inſtitutum imitati eſſe vi-
dentur. Joſephus enim *libro ſexto Judaici belli*, ſcribit
ſacerdotes ad altare templumq; accedere ſolitos omni
vitio carentes, veſte byſſinâ, id eſt, lineâ amictos. Et
Hieronymus *in libro de Veſte ſacerdotali ad Fabiolam*,
dicit tunicam poderin, hoc eſt, talarem ſuper hume-
rale, quod & orarium dicitur, fœminalia, cingulum, &
tiaram, lintea eſſe indumenta. Adde & quod ſcriptum
legimus in Ezechiele, cujus verba ſubjiciam quæ ſunt
hujuſmodi: Cum ingredientur portas atrii interioris,
veſtib. lineis induent, nec aſcendet ſuper eos quidquã
laneũ, quãdo miniſtrãt, in portis atrii interioris intrin-
ſecus. Vittæ lineę erũt in capitibꝰ eorũ, & fœminalia li-
nea erũt in lũbis eorũ, &c. Sic noſtri ſacerdotes linteis
veſtimentis amicti, templũ & altare adeũt, in ſacrorũq;
pompa incedunt, ritu dubio procul ab Ægyptiis per
manus Hebræorum uſq; ad nos translato: & id credo,
Albꝰ color. quia, *teſte Cic. de Legibus*, color albus præcipuè decorꝰ
Deo eſt habitus. Verùm quia ſplendidus cultus facit
Bombyzina veſtes. auctoritatem, placuit propterea patribus & bombyci-
nas introducere veſtes, ut qui arbitrati ſunt, opinor,
nequaquam id luxuriæ vitio dari poſſe, quod ad divini
cultus magnificentiã adhiberet. Inſignia pontificatus
ab ipſis etiam Hebræis omnia ferè accepta, id eſt, linea
Pontificatꝰ inſignia. veſtis ſumma, quæ niveo candore inſignis vitam undiq;
puram admonet, velut mitra bicornis Novi pariter ac
Veteris inſtrumenti ſcientiam. Adduntur bina cornua
quoniam Moſes acceptis tabulis, quibꝰ mandata Dei
Diadema. inſcripta erant, viſus eſt ſuis cornutus. Aureum dia-
dema gemmis diſtinctum Conſtantinus Imperator
primus Sylveſtro pontifici Romano obtulit, quod ille
non recepit, veluti partim religioni idoneum, Phry-
gia mitra candida contentus; ſed pontificum poſteri-
Bacculus. tas donum deinde principis haud aſpernata eſt. Bacu-
Annulus. lus inſtar Moſis, ſeu Aaron virgæ datus, populi vitia
caſtigandi poteſtatem attribuit. Annulus, Chriſti &
Eccleſiæ

Eccleſiæ copulationis ut pignus habetur, ſicuti Chirothecæ purum manuum ab omni humanarum rerum contagione officium, divinarumque adminiſtrationem, & pedum tegumenta crediti gregis vigilantiſſimam curam indicant. Atque hæc ferè omnia ex decreto Clementis accepta ferunt, quæ undecunque manarint, magis omninò Hebräica quàm Apoſtolica inſtituta referunt. Quædam quoque alia ſunt ad uſum ſacerdotum, myſtice ab inſequentibus quæſita, de quorum initiis nihil omninò certi habeo tradere. *Chirotheca.*

CAPUT VIII.

Undè mos natus, cur omnes initiati verticem deradant, ac quàm illud facere olim probroſum fuerit, & ibi de Nazaræorum ſecta, & quando Lege exceptum ſit, quibus initiari non liceret, præſertim per bigamiam, & quomodo liceret, ac undè ipſa Bigamia introducta ſit.

COmmune initiatis omnibus inſigne eſt vertex raſus, præcipuum ſacri prophanique capitis diſcrimen, qui admonet ſacerdotes, ſpretis omnibus humanis voluptatibus, oportere cœleſtia tantùm meditari. Hoc, *auctore Beda in Eccleſiaſtica hiſtoria Anglorum*, ideò per patres in conſuetudinem venit, legeque ſancitum, ut quod à principio ab inimicis probro & ignominiæ eſt datum, hoc honori deinceps decorique haberetur. Siquidem cum Petrus, *prout idem prodidit*, Antiochiæ concionaretur, fuit illi ab improbis ſummũ capitis abraſum, ut ludibrio cunctis impendio magis foret. Fuiſſe autẽ radere caput, probroſum, hoc arguit, quod cũ David miſiſſet nõnullos ex ſuis ad Hanon regem filiorum Ammon, qui eum patris mortem *Initiatorũ ſignũ raſus vertex.* *Petr' raſus.* *Caput radere probroſum.*

graviter mœrentem ſuo nomine conſolarent, ille ſuſpicatus eos veniſſe ad explorandum terræ ſitum rerumq; ſtatum, raſit illis capita, præciditq; tunicas uſque ad nates, atq; ita ignominiâ notatos domum dimiſit. Undè grave mox ortum eſt inter reges bellum. *Extat hiſtoria libro Paralip. priore, cap.* 19. Item apud Romanos cõſuetudinis fuit, captivitate liberatos currum triumphantis ſequi, raſo capite, & pileatos, etſi illud nota erat adeptæ libertatis. Sed apud Longobardos id in reb⁹ longè pòſt homines natos fœdiſſimis habitũ: ſic n. Archpertus invaſo per vim regno, Rhotarim ducem qui Linthperto regio puero favebat, captum totondit. Ego dixerim à Nazaræis, quorum ſecta apud Judæos celebris erat, initium hujus rei ortũ, quod illi prius ſervato pilo denuò poſt magnam vitæ continentiam caput abraderent capilloſq; in ſacrificii ignẽ injicerent, ut eo modo ſuæ pietatis perfectionem Domino conſecrarent. Meminit & Joſephus de hujuſmodi more dedicandi capillos, quem Nazaræi obſervabant, *lib.* 4. *Antiq.* ſcribens: Si quis eorum noverit, quos Nazaræos appellant comam nutrire, & vino non uti, iſti dũ capillos ſuos dedicant, propter ſacrificia, venientes ad ſacerdotes Corbam offerunt, quod ſignificat munus. Erant Nazaræi, *teſte Origene ſuper Numeros*, qui ſemetipſos devovebant Deo, de quibus lex per Moſen data fuit, *ut in iiſdem Numeris erat.* Sacerdotes verò Dominus per Moſen, *ut in Levitico patet*, capite & barba raſa eſſe vetuit: & apud Ezechielem præcepit illud idẽ, dicens: Sacerdotes caput ſuum non radant, neq; comã nutriant, ſed tondeant. Cæterũ Herodotus *in Euterpe*, & Plinius ſcribunt, ſacerdotes Ægyptios conſueviſſe deraſis capitib⁹ mœrere, & in luctu eſſe ex morte Apis, qui in Ægypto numinis vice colebatur, ac demũ totũ corpus eradere, ut ne quid eis inter deorum cultum, aut pediculi aliarumve ſordium crearetur. Meminit & Apulejus *libro Aſini ſui aurei* 2. de hujuſmodi ſacerdo-

Libertatis ſignum.

Tondere ignominioſum.

Nazaræi.

Capillos dedicãdi mos.

Sacerdotes deraſi.

ſcerdotibus deraſis. Hinc igitur, opinor, fluxit ritus Nazaræorum, & ab iis noſtrorum ſacerdotum qui jubentur caput radere, & comam nutrire prohibentur. Hieronymus verò, *quod & in decretis canonicis ſcriptum leges*, raſum caput & coronam quam appellant, ſignificare autumat divitiarum omnium derelictionem: at capillos qui remanent, aliqua ſacerdotibus eſſe retinenda ad ſuſtentationem. His autem perbellis interpretationibus benè multi ſacerdotes gaudent, rituſq; ſervandi cauſâ latè verticem radunt: ſed ex magnis opibus quas habent nihil impertire, nihil deponere, nihil relinquere volunt. Et hæc eſt cæremoniarum ſumma. Paul' Apoſtolus in Cenchreis (Cenchreæ enim portus eſt Corinthiorũ) nutrivit & totondit comam, raſit calvitium, exercuit nudipedalia, *auctor idem Hieronymus adverſus Jovinianum lib.* 1 Quæ verò qualiave eſſent nudipedalia ſacra, dicetur *lib. 6. cap.* 11. cum de vovendi uſu agetur. Barbam itidem aut comam ne præſul, neve reliqui ſacris initiati nutrirent, ex Moſis præcepto ſecundum Apoſtoli præceptum, primus vetuit Anacletus quintus à Petro Pontifex Romanus. Fuit & ejuſdem decretum, ut epiſcopus à tribus initiaretur epiſcopis, ſacerdos verò ab uno tantùm, cui ſubeſſet, *auctor Gratianus*. At Romanus epiſcopus à tribus quoq; ſed certis epiſcopis apud Lateranum conſecratur, hoc eſt, Oſtienſi, Portuenſi, & Veliterno. Sic Joannes Quintus, primus conſecrari voluit, quem ritum poſtea ſucceſſores ſervarunt. Quin jam tum mos inolevit, ut põtifici renuntiato ipſe Oſtienſis præſul inter ſacra coronã imponeret, cum ſatis conſtet antea Pontificem vel Imperatoris Conſtantinopolitani, *ſicut infra dicetur*, auctoritate electum, conſueviſſe duci ad cathedram divi Petri, & poſtquam in ea ſediſſet, tum ut ritè factũ pontificem haberi, aliis cunctis cæremoniis neglectis. Digamus verò ne ad officium ſacerdotis admitteretur, Syricius decrevit, ac ſi jam admiſſus eſſet, ut ab eo pel-

Corona in capite raſo quid notet.

Nudipedalia ſacra.

Barbam nutrire.

Papa à quibus conſecretur.

Digamus ſacerdos.

leretur, quod Apoſtolus illud antea prohibuiſſet, qui ad Timotheũ ſcribens, voluit Epiſcopum unius uxoris eſſe virum: ſicut ne debiles membris aut manci in ſacerdotum numerum reciperentur, Anaſtaſius primus cõſtituit: & utrunq; ex Moſis legibus eſſe dixerim, qui ut mancos procul à ſacerdotio eſſe voluit, ſic eâ ratione juſſiſſe videtur, ut Pontifex virginem tantùm duceret uxorem, quo ab eo digamiam excluderet, quæ jam inde ab initio apud Priſcos quoque impedimento eſſe conſuevit ſacerdotium petere volentibus: quod teſtatur Servius, enarrans illud quarti Æneidos:

Mancus & debilis.

Huic uni forſan potui ſuccumbere culpa.

Ubi ait, Culpæ, propter antiquum ritum, quo repellebantur à ſacerdotio bis nuptæ. Præterea ne quiſquam minor triginta annis Presbyter fieret, Bonifacius prim° cenſuit, quia credo, ea fuit apud Hebræos, *teſte Hieronymo in procemio in Ezechielem*, ætas ſacerdotalis miniſterii. Illud deinde decretum Lateranenſis concilii auctoritate ad Epiſcopos eligendos translatum conſtat, eſtq; ſtatutum, ut vigintiquinq; annos natus duntaxat, presbyter creari poſſet: atq; hoc ad imitationem, opinor, Levitarum, qui, *uti in Numeris extat. & ſupra cap. 5. oſtendimus*, non ante incipiebant famulari in tabernaculo, quàm totidem nati eſſent annos. Et illa epiſcopis, hæc presbyteris legitima ætas, quo utriq; jam conſilio boni, ſacros canones rectè prius noſſent, quemadmodum Cœleſtinus primus juſſerat, quàm alios regere, vel docere inciperent: *auctor Gratianus.*

Ætas presbyterorum.

CAPUT IX.

Qui primi in urbe Roma & alibi presbyteris parochias, ac Epiſcopis diœceſes diviſerint, ac quale fuerit parochorum officium, & de Cardinalium ordinis origine.

SAcerdotio ritè inſtituto, viſum eſt patribus in pri-

primis conducibile, ut munera dividerentur, quo pro ſe quiſq; ſuum & officiũ noſceret, & impigrè faceret. Itaq; ſummum rerum, id eſt, animarum curandarum negotium presbyteris datur: & id præcipuè Romę, ubi Apoſtolica ſedes jam locata erat, inſtitutum cœpit. Et ne ea adminiſtratio in promiſcuo eſſet, Euariſtus pontifex primus omnium titulos ipſis presbyteris diviſit, ſeptemq; Diaconos inſtituit, qui veritatis gratiâ cõcionatorẽ obſervarent, imitatus Apoſtolos, qui, *ut ſupra oſtendi*, totidẽ ſibi diaconos adminiſtros creaviſſent. Secundo deinde loco, circiter annum ſalutis CCLXVII. Dionyſius tam presbyteris urbis Romę, quàm aliarum gentiũ templa, cœmeteria, & parochias quas dicunt, diviſit: prætereà epiſcopis diœceſes diſtribuit, mandavitq; ut unuſquiſq; ſuis finibus ac limitibus contentus eſſet. Parochias, ut hoc demonſtremus, noſtri appellant ſingula templa diœceſis, & eorũ territoriũ certis terminis diſtinctũ, quod qui terunt, hoc eſt, incolunt parochiani dicuntur, à parochis puto dictas: erant enim Parochi magiſtratus apud Romanos, qui publicis legatis ligna & ſalem præbenda curabant. Horatius libro primo Sermonum:

Presbyterorum munus. *Diaconi ſeptem.* *Parochia.* *Parochiani.* *Parochi.*

Et parochi quæ debent ligna, ſalemque.

Et quia ſine igne & ſale apud Hebræos, *ut infra dicetur*, nullũ fiebat ſacrificium, & ut parochi legatis uſui neceſſaria providebant: ita ſacerdotes templorum prę̃fecti ſuppeditant ſuis parochianis, quæ ad ſalutem animarũ pertinent, nõ ab re parochias vocamus. Ad propoſitũ redeo. Nec ita multò poſt Marcellus titulos urbis ab Euariſto primũ presbyteris datos numero limitavit, decreto ſtatuens quinq; & viginti, ac quaſi diœceſes eſſe, ad baptizandũ eos, qui ex gentib. externis in Chriſtianorũ cœtũ quotidiè venirent, & ſepeliendum mortuos. Hæc ex Bibliothecario Damaſo, Platina, ac aliis vel recẽtiorib. ſacræ hiſtorię ſcriptorib. quos miror neq; hoc neq; alio, quod ſciam, loco nõ explicuiſſe, qui

eſſent

Cardinaliũ origo. eſſent ii presbyteri, quib⁹ titulos in urbe datos tradũt, undè haud dubiè prima Cardinalium origo eſt: ſed veluti par eſt cõjectare, illi rem ut ab initio parum clarã, ſilentio prætereundam fortè duxerunt, quam Juriſperiti quidam poſthac inveſtigare tentarunt. Verùm & illi cum nihil certi haberent quod proderent, more eorum, qui cum obſcuri ſint, inani nobilitatis nomine ſibi blandientes, alius ad Achillem, alius ad Æneam, ali⁹ ad Numam Pompilium, ſuum genus referunt, magnoperè conati ſunt oſtendere Cardinalium ordinem ab Hebræis eſſe profectum: & ante omnes id fecit Siculus Andreas, cognomento Barbatius, qui ut à Beſſarione antiſtite ſeculi noſtri, verè ultra alios & animi & corporis dotibus Cardinale, gratiam iniret, de ea re commentariolum primus edidit. *Andreas Barbatius de origine. Cardinaliũ* Sed ne hominem ſæpius citando defatigemus; ipſe ſuum jam incipiat narrare cõmentum. Occurrit, inquit, illud quod *in* 1. Regum *lib. cap.* 2. pulcherrimè ſcriptum eſt: Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. Quam auctoritatem Hoſtienſis doctor excelſus figuravit ad cardinales: ſicut enim oſtium regitur cardine, ita & eccleſia Romana regitur conſilio cardinalium. *Hæc ille.* *In Jureconſultos.* Vide, non ſecus iſti Juriſconſulti aliquoties detorquent ſacras literas quò volunt, ac ſutores ſordidas ſolent dentibus extendere pelles. Si fuit id oraculum, ut quandoque illi qui Cardinales appellarentur, regerent apud Romanos Chriſtianam rempublicam; etſi reor nunquã tale quid ſomniatum eſſe ab Anna, quæ inibi loquitur: cur non potius illud referendum eſt ad epiſcopos & presbyteros, qui perdiu antea cardinales, id eſt, præcipui ſive primarii, & nũcupati ſunt, & res religionis geſſerunt? quod ipſe teſtimonio Guidonis archidiaconi Bononienſis, Juriſconſulti non contemnendi comprobat, dicens: Olim autem in quacunq; Eccleſia principales ſacerdotes ſeu epiſcopi, dicebantur cardinales, id eſt, principales. *Cardinales qui.* Et inde pergit: Scriptum eſt in Deuter.

Si

Si difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris,recurre ad ſacerdotes Levitici generis,& ad judicem qui fuerit illo tempore : ipſi enim judicabunt tibi judicii veritatẽ.Et ſubdit : Ecce nunc quòd ſacerdotes Levitici tempore veteris teſtamenti erant conſiliarii, & ſic fuerunt de jure divino,licet non ſub nomine cardinalium: ſed hujuſmodi ſacerdotes cõſiliarii ſunt Domini cardinales hodiè, ſic appellati , &c. Non animadvertit Siculus illum locum apud nos jampridem ab epiſcopis & aliis ſacerdotibus inferioribus occupatum eſſe,qui unà cum epiſcopo Rom. amplius mille annis gubernarunt Romanam diœceſin,antequam quiſquam illud ſublime cardinalis nomen,quale nunc ubiq; latè reſonat,tuliſſet,ac propterea ſuos dominos cardinales tardè veniſſe, ut jure dici poſſint apud nos in locũ Levitarum ſacerdotum ſucceſſiſſe.*Hactenus de Joculatoria Siculi diſputatione.*Cæterùm Guido archidiaconus proximè verũ acceſſiſſe videtur, qui *in commentariis, quos in ſextum juris Pontificii librum ſcripſit*, & Franciſcus Zabarella cardinalis *ex teſtimonio Martini Ciſtercienſis hiſtorici qui Innocentii quarti pontificis æqualis fuit* unà produnt,anno circiter humanæ ſalutis ducenteſimo trigeſimo altero,ſedente quodã Pontiano , qui in ordine Romanorum pontificum non ponitur, fuiſſe Romæ ducentos triginta ſex ſacerdotes cardinales , & ſexageſimoſeptimo deinde anno, Marcellum,quẽ nos diximus diviſiſſe titulos presbyteris,conſtituiſſe quindecim cardinales, qui mortuos ſepelirent , & infantes baptizarent. Hæc non multum diſcrepant ab iis, quæ ex Bibliothecario Damaſo,& Platina,ſupra cõmemoravimus. Sanè hi Marcellũ ajunt quinq; & viginti diœceſes conſtituiſſe,ad uſum baptiſmi & ſepulturæ : illi verò ſcribunt eundem pontificem quindecim feciſſe Cardinales,qui baptizandi infantes, atq; humandi demortuos,curam ſuſtinerent. Atq; hæc vera cardinaliũ ordinis origo eſt , non fuitq; ab initio aliud cardinaliũ no-

Pontianus Papa.

Cardinaliũ caterva.

Cardinaliũ nomen. nomen,niſi excellentioris epitheti notatio, perinde ac id uſurpamus,cum dicimus,Solanum,Favonium. Auſtrum,& Septentrionẽ quatuor eſſe ventos cardinales, id eſt,primarios:veluti altiſſimę partes cœli vocitantur *Cardines.* cardines,quod circa illos mundus circunferatur, & ad ſimilitudinẽ eorum nuncupentur cardines, circa quos valvæ volvuntur. Non fuit item aliquandiu deinde aliud eſſe cardinalem,niſi ante alios habere curam animarum :quod ut aliis poſt judicandum melius relinquam, teſtimonia quæpiam etſi recentiora, ex divo Gregorio ſubjiciam. Is enim *libro epiſtolarum primo, Corſicæ Inſulæ ſacerdotum cœtui,& nobilibus* ita ſcribit: Ea de re quoniam Eccleſia Alarienſis,Sagonenſis ſacerdotis diu eſt auxilio deſtituta, neceſſarium duximus Martinum Epiſcopum fratrem noſtrum, ibidem cardinalem conſtituere ſacerdotem,Leoni verò fratri noſtro operam viſitationis injungere. Ibidem *ad Januarium Archiepiſcopum Carallis Sardiniæ*: Liberatus igitur de quo nobis ſignificaſti,quia diaconi fungeretur officio,ſi antea non eſt factus cardinalis, ordinatis à te diaconis nullâ debet ratione præponi. Et *infra* ſubdit: Si ejus obœdientiæ fueris invitatus, & eum poſthæc cardinalem facere volueris,&c. Item ad Joannem Epiſcopum Squillatinum : Paſtoralis officii cura nos admonet,deſtitutis eccleſiis proprios conſtituere ſacerdotes,qui gregem dominicum gubernent. Propterea te Joannem Liſſitanæ civitatis Epiſcopum noſtrum in Squillatina eccleſia cardinalem duximus conſtituere ſacerdotem,ut animarum curam ſpe futuræ retributionis ſuſceptam impleas,*& reliq.* *Pontificis Imperium.* Verùm cum poſtea Bonifacius tertius ab Imperatore Phoca impetraſſet, ut in omnes epiſcopos prærogativam haberet,omniũque caput perpetuò foret,*ut infra ſubtilius dicetur*, jã tum Romanus pontifex multò quàm antea unà cum ſuo urbano ſacerdotum ſenatu,cunctis ſine controverſia præſtare auctoritate cœpit, ac ſimul illi presbyteri,

quibus

quibus olim tituli dati, quibus Chriſtianorum animas curandi munus delatum fuerat, eo cardinalium nomine velut ſupremæ illius dignitatis proprio, cum primis honeſtari cœpere. Ac ita quod principiò prorſum oneri fuit, ſummo tandem honori eſſe cœpit: nec immeritò, quando illi in adminiſtranda Repub. Chriſtiana, ſuo pontifici ſemper præſtò aderant, ſic vel iis paulatim decus acceſſit, paulatimque inter contentiones Imperatorum, ac populi Rom. de pontifice creando ſæpius ortas, prærogativa juſque ipſius pontificis eligendi partum eſt, adeo ut Innocentius quartus, qui circiter annum ſalutis M C C X L I V. Apoſtolicam tenere cœpit ſedem, poſtremò publico decreto ſanxerit, ut equo deinceps inſidentes rubro uterentur galero, quo major adhuc ordini accreſceret majeſtas, argumẽto tamen manifeſto oportere ejus ordinis antiſtites ſemper eſſe paratos, pro religionis defenſione offerre ſe in diſcrimen, & ſanguinem effundere. Ita deniq; cardinalis nomen celebre reddidit, ita ordinem inſtituit ſupremum. At iſtud inſigne ad imitationẽ Hebræorũ ſacerdotum datum eſſe videtur: nam illi tiara utebantur, *uti ſupra diximus*, quæ, *teſte Hieronymo*, rotunda erat, ut pileus. Inde ad differentiã ordinis, epiſcopi quoque petaſum ferre cœperunt, qui extrinſecus niger, intrinſecus verò viridis eſſet. Dedit poſtea Paulus ſecundus veſtem coccineam cucullo inſignẽ, hoc eſt, Lacernã, (ita veteres appellaſſe judicamus) ut hæc etiam cũ rubenti petaſo ordinis inſignia forẽt, quæ pictores deinde noſtri nimirũ valdè pii, vel divo Hieronymo impertiti ſunt, quibus nunc ejus ſimulachrum paſſim in ſacris ædibus ornatum viſitur, quia dicitur Presbyter Romanus fuiſſe, etſi per id tempus quo ille vixit, ne nomen quidem tam ſublime cardinalis erat auditum. Faciunt præterea fidẽ tituli quos hodiè habẽt cardinales, quos vocamus, in locũ illorũ perpetuò tenore ſucceſſiſſe presbyterorum, quibus, prout declaratum eſt, Euariſtus

Jus Cardinalium in Pontifice eligendo.

Petaſus cardinalium.

Lacerna.

Hieronymus an Cardinalis.

ſtus primum titulos, deinde Marcellus, velut diœceſes digeſſerat. Teſtificatur & illud, quod fertur Anaſtaſius presbyter cardinalis S. Marcelli à Leone IV. damnatus, rejectuſq; ab ordine, quod cōtra canonum ſanctiones, quinq; annis parochiam non adiſſet ſuam. Quanquam vel me minimè fugit Innocentium III. *in ſuis decretalibus epiſtolis* appellare ſacerdotes Levitici generis, fratres ſuos in miniſterio ſacerdotali adjutores: at ea verba plures Juriſconſulti rectè ſentientes ad Epiſcopos, non ad Cardinales attinere affirmant, quo locum vel ſic, tueantur, vel emendent. Sed jam ſatis de initio ordinis qui nunc ſupremus habetur, Cardinalium, à pio orti miniſterio, qui tanto deinde incremento auctus eſt, ut omni illo quondā onere levatus, ſolus ſit totius reipublicæ Chriſtianæ ſenatus. Quo factum eſt, ut urbs etiam Roma, lux olim orbis terrarum, atq; arx omniū gentium, ſuum recepiſſe ſenatum, quo latè regebat, meritò ſibi videri poſſit, ſimulq; gaudere, quod hi ſenatores non cenſu, ſicuti priſci illi Romani, ſed vitæ ſanctimoniâ, doctrinâ, moribuſq; temperatis ac moderatis, ornati jam inde ab initio de concilii ſententia cooptari cœperint. Quanquā inficias ire non licet, & huic ſacroſanctæ legi aliquoties derogari: nam pinguis eſt, ut jam vulgò dicitur, panis Chriſti, cujus dulcedo juxta probos ac improbos allicit, & ut illi bono modo, ita hi malo ad eam deguſtandam non rarò aſpirant. Quare periculum eſt, ne aliquando ſacerdotalis ordo inde labefactari incipiat. Is autem ordo ex triplici initiatorū genere conſtat: ſunt enim aut Epiſcopi, & ii quidem numero ſex Oſtienſis, Sabinenſis, Portuenſis, Tuſculanus, Prænestinus, & Albanenſis: aut presbyteri, aut diaconi; neutrorum tamen certo præſcripto numero.

Cardinaliū ſenatus.

Panis Chriſti pinguis.

Cardinales ſex Epiſcopi

CAPUT X.

De origine honorum qui Romano Pontifici habentur, & de ejus Auctoritate in omnes Eccleſias, atq;

qui-

quibus illius & Epiſcoporum ac Imperatorum Occidentalium eligendorum jus à principio fuerit.

PRimus honos Romano Pontifici habetur, ut ſi minus pulchro honeſtetur nomine, ei ſtatim creato liceat illud mutare. Verbi gratiâ, non extrà jocum dictū ſit: Si homo maleficus antea fortè fuerit, ut Bonifacius appelletur: ſi timidus, Leo: ſi ruſticus, Uranus: ſi improbus, Innocentius: ſi ferox, Clemens: ſi malè audierit, Benedictus, ut ſaltem nomine pontifex ornamento ſit dignitati. Ejus autem rei auctor fuiſſe dicitur Sergius ſecundus, cui cum Os porci diceretur, ad obſcœnam nominis vocem tollendam datum eſt, ut aliud ſibi nomen optaret. Et illud ajunt ex imitatione Chriſti eſſe factum, qui Simoni Barjonæ nomen Petrum indidiſſet. Manavit dein mos ad poſteros, ut qui pontifices crearentur, omiſſo priore nomine, eligerent ſibi unum aliquod ex pōtificum qui ante fuiſſent, nominibus. Item Romanus pontifex humeris hominum circumfertur: hoc inde natum quidam arbitrantur, quod Stephanus ſecundus, ut populo Romano ob inſignes animi virtutes vitæq; integritatē chariſſimus ſtatim factus, pontifex humeris omniū præ gaudio exultantium fuerit ſublatus, atq; in ædem Servatoris ad Lateranum deportatus: quem ritum deinceps ſervarunt ſucceſſores: adeò ſemper veterum honorum ac pomparum magis quàm morum tenax eſt poſteritas. Ego tamen dixerim illud ab Ethnicis pontifices eſſe mutuatos, quando apud Romanos cum primis mos fuit, ut prædivites, ac primarii viri lectica à ſervis geſtata veherentur. Juvenalis:

Quadrivio? cum jam ſexta cervice feratur,
Hinc atq; inde patens, ac nuda penè cathedra.

Et lectica hæc græcè dicitur hexaphorus, quia ſextâ

Pontificum nomina mutata.

Papa cur humeris circumferatur.

ἑξάφορον.

cervice, hoc eſt, ſex ſervis, *ſicut ait Juvenalis* ferri ſolebat. Martialis *libro Epigram. 4.*

Cum tibi non eſſent ſex millia Caeliane,
Ingenti latè vectus es hexaphoro.

Jus creandi Pontificem. Jus autem creandi Romani pontificis uſq; ad tempora Conſtantini Imperatoris, cum pontificatus potuit cruciatus potius dici, quàm dignitas, haud dubiè penes collegium Romanorum ſacerdotum fuit. Poſteà paulatim cœpit ejuſdem collegii, cum populi ſuffragio, ea *Pontificis electio Romã tranſlata.* electio firma eſſe, quam Conſtantinopolitanus probaſſet imperator: idque inſtitutum duravit uſque ad annum ſalutis DCLXXXV. Quidem tempore Conſtantinus quartus Imperator ſanctitate Benedicti ſecundi permotus ſtatuit, ut quem jam inde ſacerdotum ſenatus populuſque Romanus pontificem creaſſet, is vere ſucceſſor Petri haberetur: cum ante id tempus Conſtantinopolitani principis & Italiæ Exarchi auctoritate ea ſit dignitas rata habita, id quod poſtea haud diu eſt ſervatum: nam cum paucis poſt annis Gregorius tertius, ac nonnulli alii deinceps pontifices Lõgobardorum injuriis preſſi, nihil auxilii à Conſtantinopolitanis principibus haberenr, ad Carolum primo Martellum, & Pipinum, deinde ad Carolum Magnum ipſius Pipini filium Francorum reges confugere coacti ſunt. Quas ob res, Leo tertius ipſum Magnum Carolum fecit Imperatorẽ, cujus ſucceſſores conſueverunt itidẽ pontificis electionem confirmare. Atq; ſic uſuvenit, ut tum primum tutela Romani pontificis ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis ad alios tranſlata ſit. Poſtremò circiter annum ſalutis MLIX. Nicolaus ſecundus Concilio celebrato, pontificum electionẽ ad *Electio Pontificis Cardinalibus commiſſa.* cardinales illos, qui, *ut ſupra diximus*, animarum curã gerebant, tantum reduxit, idq; hodie ſervatur. Quod autẽ per Nicolaũ ſanctũ eſt ſcriptum, leges in canonicis decretis, *diſtinctione XXIII.* Sed ea electio tã à reliquis ſacerdotibus, quã à populo Romano cõprobanda

trat,poteratq; optari,qui etiam illius non fuiſſet collegii. At utrunq; brevi poſt tempore penè eſt antiquatum:nunc enim cardinales & ſine populi ſacerdotumq; conſenſu, & cardinalem tantum faciunt Pontifice Romanum: quamvis nullâ lege exceptum ſit, quin jure queant cujuſvis ordinis virum pontificem creare. At ea prima,deinde altera,tertia ve electionis immutatio cauſa fuit,ſuſpicor,quamobrem nõnullæ eccleſiæ poſthac conatæ ſint pro ſuo jure, ſine Romani pontificis auctoritate agere: quæ tamẽ paulatim ad officium rediere: nam Græci antiſtites, Simplicio ſedente,Romanum põtificem omnium caput eſſe ultrò declararunt, qui fuit annus ſalutis quadringenteſimus ſeptuageſimusquintus. Is dein Joanni Conſtantinopol. epiſcopo id ad ſe honoris revocare conanti, etiam juvante Mauritio principe,gnaviter reſtitit,ac brevi poſt recuperatâ prorſus dignitate, Phocæ Imperatoris juſſu,eſt rurſus princeps omnium declaratus, etſi Græcis argumentantibus eo loci debere eſſe Chriſtianæ pietatis arcem,quo & Imperii. Idem ut patet Ravennates epiſcopos ad officium revocavit,quos jampridem Longobardorum ac Exarcharum temeritas alienaverat: Item & Mediolanenſes eiſdem furoribus actos, poſt ducentos annos quàm deſciverant, ad ſanitatem reduxit. Quin vel Aquileienſis nonnihil ſub Gregorio aberrantes,brevi ad obſequium retracti, & pallii uſus poſt centum & quinquaginta annos, quàm eo fuerant privati,reſtitutus. Atq; ſic Romanus pontifex cunctarum eſt Eccleſiarum caput,& id quidem ſummo omnium gentium conſenſu,ita ut non ſit vel impiis hominibus locus jam ullus aliter ſomniandi,ne dũ diſputandi relictus. Jus autem eligendorum epiſcoporum,ſacerdotũ, ac diaconorum,jam inde à principio penes Apoſtolos, & dein apud ſacerdotes civitatũ non ſine tamen ſuffragio plebis atq; judicio vicinorũ epiſcoporũ fuit. Et hũc ritũ diu ſervatum eſſe divus Cyprianus *non uno in loco*

Contentio de primatũ Papali.

Romanus Põtifex caput Eccleſiæ.

Jus eligẽdi epiſcopos & ſacerdotes.

& in epiſtola præſertim quarta ad Felicem presbyterum teſtatur, atque *inibi* de ea re luculenter diſſerit. Sed cum iſta lex jampridem refrixerit, nihil eſt quod hic Cypriani verba ponamus. Epiſcopum verò ita electum cæteri provinciæ epiſcopi initiabant: idq; fiebat decreto Niceni conventus, quo ſancitum erat, ut epiſcopus, ſi fieri poſſet, à totius provinciæ, ſin verò difficile foret, tum non minus, quàm à tribus, initiaretur, & id non ſine Metropolitani auctoritate. Utrumque hodiè penes Romanum pontificem eſt: ille enim creat epiſcopos, & initiat, vel ſecundum Nicenum præſcriptum, initiari, id eſt, conſecrari mandat. At poſt hæc, creatio epiſcoporum in aliam formam mutata eſt à Bonifacio tertio: is enim decrevit, ut ab urbium populo ſacerdotumq; cœtu eligerentur, non refragante loci principe, & pontifice Romano annuente: his verbis, Volumus, & jubemus. At illud decretum velut nimis utiq; laudabile citò obſolevit, cunctis ſemper in pejus noſtris delabentibus rebus. Poſteà Imperator de ea re conſuli cœpit, ſed id jus Ludovicus Caroli Magni filius Paſchali pontifici reſtituit, paulò antè Carolo patri ab Hadriano conceſſum. Veruntamen hodiè bona principū noſtrorum pars illud mordicus tenet, imò non modo epiſcopos paſſim quos volunt declarāt, renuntiant, dicūt, ſine ſacerdotū populiq; ſuffragio, ſed ſunt, qui ſuis duntaxat diplomatib. poſſeſſione minorum ſacerdotiorū tradant, quod modis omnib. Simplicius ac Gregorius vetuerunt. Imperatores verò noſtros, Occidentales dico, jā inde ab initio penes Romanū Pontificem creandi poteſtas fuit, quādo Leo tertius, *ſicut ſupra tradidim⁹*, Carolum Magnum Imperatorem fecit, coronaq; qua honeſtantur Imperatores, donavit, quam Platina Diadema vocat: eſt enim faſcia linea, qua inſigni reges utuntur. Poſtea Joannes duodecimus Othonem Germaniæ regē Imperatorē creavit. Et poſtremo Gregori⁹ quintus, ut ſuā gentē (fuit enim homo Germanus) ſingulari

Conſecratio Epiſcopi.

Decretum Bonifacii tertii.

Jus patronatus ad ſeculares Principes devolutū.

Imperatores creandi poteſtas.

Diadema Imperatoris.

gulari quopiã beneficio afficeret, auctoritatẽ in poſterum tempus eligendi Imperatoris fecit Archiepiſcopis, Moguntino, Treverenſi, & Colonienſi, item Marchioni Brandeburgenſi, comiti Palatino, duci Saxoniç, & regi Boëmiæ, ut qui ab eis renunciatus eſſet, Cæſar & Romanorũ Rex diceretur, ac deinde Imperator ſtatim, ut electionem hujuſmodi Romanus pontifex cõprobaſſet. Fuit is annus humanæ ſalutis M I I. Atq; ſic Germani principes jus illud acquiſiverunt, quod etjamnum habent, retinent, conſervant.

Electores Imperii Romani.

CAPUT XI.

Qui primi Notarios in urbe Roma conſtituerint, qui res Martyrum geſtas ſcriberent, & ibidem de Protonotariorum ac Cubiculariorum origine.

Augebatur principiò aſſiduè inter ſævas Romanorum principum perſecutiones, piorum numerus, & quo magis illa feritas debacchabatur, hoc plures quotidiè ejuſmodi tormenta ſubire nõ formidabãt, ut jã multitudo Chriſtianorũ multo eſſet ipſis Imperatorib. ſuſpectior, quã religio. Ne igitur memoria tot fortium factorũ, quib. nunc fulget religio, inſtar Solis & Lunæ, ullo unquã tempore hominũ mentib. excideret, neve poſteritatẽ quandoq; lateret, quonã pacto illa ubiq; gentiũ propagata fuiſſet, Julius primus Romanus põtifex, omnia ad rem ſacrã pertinentia per notarios literarum monimentis mandanda curavit. Ii ab initio fuiſſe videri poſſunt, quos hodie protonotarios vocant, quorum officium eſt, res præcipuè geſtas conſcribere. Ab hac opinione ſunt qui diſſentiant: ego tamen tam pium factum Clementi malim aſſignare, quem conſtat regiones ſeptem notariis diviſiſſe, qui diligenter res martyrum geſtas ſcriberent: ſed illud poſtea Antherus ſtabilius reddidit. Quod ſicut Clementis & Antheri fuit inſtitutum, ita fieri potuit ut fac-

Eccleſia ſub cruce ut palma.

Proto Notariorum inſtituti.

ceſſorum incuriâ intermiſſum à Julio poſtremò fuerit renovatũ. Atq; tale noſtri protonotarii habuere principium. Reperio etiam Fabianum qui Anthero ſucceſſit, & Cajum deinde regiones diviſiſſe Diaconis, qui itidem geſta martyrum literis mandarent. Verùm hoc munus tempeſtate noſtrâ, excuſſo ſcribendi onere, in ordinem abiit haudquaquam indecorum, etſi venalis eſt. Sunt hodie Protonotarii Apoſtolici numero ſeptem, qui, *ut dictum eſt*, in illud collegium pretio cooptantur. Sunt prætereà extraordinarii ſine numero à pontifice gratuitò creati, qui ejus dignitatis privilegiis perindè gaudent atq; alii: cõmodum aliud non cõſequuntur. Omnes equitando pileo utuntur nigro: quod introductum dixerim, ut à cardinalibus & epiſcopis per hoc inſigne internoſcerentur, quãdo æquè omnes lineã togam induunt. Ita conjecturâ percipiamus licet, cum minimè tradatur, quando primum petaſati incedere cœperint, & eorum collegia à quo fuerint primum venalia facta. Leo primus ad res divinas intentus, cum populus frequens ex omni parte orbis Romam veniæ causâ cõcurreret, Apoſtolorum ſepulchris cuſtodes ex Romanis addidit ſacerdotibus, & eos cubicularios appellavit. Illud bonus pontifex ea de cauſa feciſſe videtur, quo augeretur pietas eò loci orantium, cum animadverterent divorum reliquias non ſine veneratione ſervari. Sed memoriâ noſtrâ obſolevit iſta conſuetudo, cum pauci certò ſciant, ubi loci ipſa Apoſtolorum oſſa jaceant: Quare à ſepulchris ad cubiculum pontificis cuſtodiendũ, cubicularii hujuſmodi traducti dicunt, quos Leo X. in collegiũ redegit.

Protonotarii ſeptem.

Veſtitus protonotariorum.

Cubicularii.

CAPUT XII.

Unde natum, cur Sacerdotum Ordo in varios abierit munerum gradus: & de primo Pallii uſu, ejuſq; forma, ac primordio collegii reſidentiariorum apud Anglos, & de antiquo jurandi modo interdi-

cendiq; contumacibus ſacris, hoc eſt, eos excommunicandi, ut dicitur.

JAm inde ab initio, cum ubiq; ferè gentium flamines ſacerdotes præeſſent, & illis alii, qui archiflamines, id eſt, primarii ſacerdotes nuncupati ſunt, ad quos ſacrorum omnium ratio referebatur, placuit auctore Apoſtolo Petro, *ſicut D. Clemens in ſua Chriſtianæ religionis compendiario libello perhibet*, ut ſimiliter in ſingulis gentium, quæ religionem in poſterum complecterentur, urbibus in locum flaminum Epiſcopi ſubſtituerentur, & in qualibet provincia archiflaminis vice, unus Archiepiſcopus conſtitueretur, cui reliqui illius religionis epiſcopi ſubeſſent: id quod nos in hiſtoria noſtra Anglica oſtendimus, in Britannia quæ nunc Anglia eſt, *auctore divo Gregorio* eſſe factum. Innocentius quoque, *ut in decretis canonicis eſt*, hinc noſtrorum ſacerdotum & epiſcoporum differentiam introductam affirmat. Ii Archiepiſcopi modo primates, modo Græcâ voce Patriarchæ, hoc eſt, patrum principes dicti, quatuor principio fuere, Roman' Antiochenus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus: poſtea translatâ Byzantium imperii ſede, additus eſt & Conſtantinopolitanus. Verum poſthac ambitione paulatim modeſtiam è pectoribus hominum detrudente, plures creati ſunt, uſq; venit ut hujuſmodi ordini pl' aliquid dignitatis ac majeſtatis acceſſerit. Et quoniam hiſce pōtificib. ſedes in iis præſertim locis, qui inſigniores eſſent, datę ſunt, idcirco & Metropolitanos vocam' quod unuſquiſq; hodiè in ea præſit urbe, quæ ejuſdē prọvinciæ Metropolis, id eſt, mater ac caput eſt. Primates tamē ac Patriarchæ antecellunt auctoritate Archiepiſcopis Metropolitanis, ſicut patet ex decreto Aniceti, qui ſtatuit, ne Epiſcopus crimen metropolitani ſui ad aliū niſi ad Primatem, aut ad ſedem Apoſtolicā deferret. Ejuſdem etiam decretum fuit, ne Archiepiſcopi

Archiflamines.

Archiepiſcopi.

Patriarchæ quatuor.

Metropolitani.

Aniceti decretum.

niſi ex ſingulari titulo, primates nominarentur. Ii autem meritò Patriarchæ vocantur cæteri Archiepiſcopi nominantur, vel, ut quidam volunt, Metropolitani. Hos Clemens primus Pallio, cujus uſum introduxit ipſe primus, ornavit, voluitq; ut eis crux præferretur, quibus nunc potiſſimum inſignibus ab reliquis epiſcopis diſtinguntur. Marcus tamen pontifex inſtituit, ut epiſcopus Oſtienſis, quod ab eo Romanus conſecraretur, pallio quoq; uteretur. Eſt autem Pallium veſtis ſumma lanea & candida, cui utrinque pendent duæ faſciæ & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus inſignita eſt. Hujus ſanè inſignis rationem divus Gregorius *ad Maximum epiſcopum Salonitanum ſcribens*, ſcienter reddit, qui dicit illud humanitatem & juſtitiam ſignificare, ut ii qui illo utuntur foris ſubmiſsè ſe gerant, id eſt, mites ſint, & intus animum æquum habeant, hoc eſt, Juſtitiã colant. Ex eodem quoq; fonte manavit inter reliquos initiatorum ordines, diviſio officiorũ, ut Archidiaconi Diaconis, Archipresbyteri Presbyteris, & iis omnibus Præpoſiti vel Decani, quos vocant, præeſſent, quib. par quoque crevit honor. Hinc etiam inſtituta ſunt Collegia ſacerdotum, qui in templis præſertim cathedralibus omni tempore ſacris operam darent. Hos græcè Canonicos, hoc eſt, regulares vocamus, ut qui ritè inſtituti, cæteris vivendi normam præberent. Iſtorum autẽ collegarũ ad hinc CCC. & eò amplius annis, apud noſtros Anglos tempore regis Joannis, cum humana pariter ac divina permiſta forent, divortium factũ eſt: ſed auctor ſectæ non traditur, quòd ſciam, ſi nõ fuit diſcordia quæ fortè voluerit aliquot ex collegio pecunioſos ſacerdotes pretio ſejunctos aliis dominari. Id enim temporis cum regis Joannis edicto cuncta paſſim templa ſpoliarentur, aliqua diruerentur, ſacerdotũ bona prædæ darẽtur, facilè omnis adminiſtrorũ grex diſſipat' eſt: poſtea mortuo rege accidit, ut Canonici ad ſua redierint colle-

Inſignia Archiepiſc.

Pallium quid.

Officiorum diſtributio.

Canonici Regulares.

Tumultus in Anglia.

collegia, & eos q̃ primi fuerũt oportuerit erogare pecuniam, tam ad ædes ſacras ſarciendas, quàm ad ea cõparanda, quæ ad cultum pertinerent divinum. Hinc igitur factum eſt, ut nonnulli canonici curam rerum omnium collegii ſuſceperint, reliquis collegis forſitan ſuæ cauſæ indormientibus, ſoliq; emolumenta capere cœperint, quæ patres olim cunctis juxta collegis canonicis conſtituerint, qui ſuo tempore ſacris operam dediſſent. Ita Republica collegarum in paucorum poteſtatem deducta, aut tunc, aut ſtatim poſt, ii novi principes canonici nullos ex canonicis ab epiſcopo factis in ſuam ſocietatem admittebant, niſi pretio: quod partim ad ſarta templorum tecta tuenda, partim ſibi, partim verò templi miniſtris partiebãtur: & ut ea emptio non videretur fieri contra ac liceret, à Romano pontifice impetrarũt, ut à venientibus in ſuum novum collegium, ſine criminis nota, pecuniam acciperent. Hodie qui in collegiis ſacerdotum ita dominantur, vulgo Reſidentiarii vocitãtur, quod ad templa ſoli maneant: nam licet alii canonici dies noctesque in templis, ad res ſacras laborem, curam & operam impenderent, nihil tamen lucrificarent. Durat inſtitutum variis legibus ab ipſis reſidentibus corroboratum: ſed una quidẽ lex illa primaria eſt, ut domos maximè hoſpitales habeant & præſertim divitibus, qui ad eos pro ſuo jure continenter confluũt, id quod invidiam illis reprimit, cum ita menſis ſervire cogantur. Atque ex eo inſtituto ſecutum eſt, ut bona pars Canonicorũ ex ſuis collegiis expulſa ſit, quando multi illorum ſeu religionis, ſive paupertatis causâ nolunt neque poſſunt pretium dare, qui nõ prohibiti dubio procul, in obeundis ſacris tã libentiſſimè quã diligẽtiſſimè ſuũ officiũ præſtarẽt. Quapropter haud fortaſsè ab re eſſet ſi patres præſcriptũ canonicis quondã à collegiorũ fundatorib' datũ, tandem aliquando ſervandum curarent, prout alibi ubique gentium, illud ipſum inviolatum eſſe conſtat.

Collegium canonicorũ corruptum.

Reſidentiarii.

Hoſpitalia Reſidentiũ.

R 5

Quibus ſacra munia committenda

Item ut homo homini facilè ſemper præſtat: ita expedit, ut majora munia præſertim ſacra illis deferant obeunda, qui doctrina & vitæ ſanctimoniâ aliis antecellunt, idquod Chriſtus admonuit, cum dixit: Homo quidam peregre proficiſcens vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua, & huic quidem dedit quinq; talenta, alii autem duo, alii verò unum, unicuiq; ſecundum propriam virtutem. Quapropter Antherus pontifex cenſuit Epiſcopum, omiſſo primo Epiſcopatu, ad alterum neceſſitatis causâ, & utilitatis, non ſui ipſius ſed creditarum ovium, poſſe transferri, quod antea per decretum Nicenæ ſynodi fieri minimè licebat. Et Antherum illud monuiſſe, crediderim, quod Petrus ea de cauſa, relictà Epiſcopali ſede Antiochenâ, ſe Romam contulerit, ibiq; aliquot annos Epiſcopatum obiverit. Cæterum hodiè à plerisq; contra fit ad utilitatem ſuam, non ad ſuſceptum munus reſpicientibus, ut habeant undè ſe mollius curent, quibus haud dubiè Dominus tempore ſuo dicet, Servi mali: tollite itaque ſervos inutiles, & ejicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Cum per hunc modum Epiſcopi & Archiepiſcopi dati eſſent, qui in ea incumberent, quæ in ſuorum ſacerdotū rem eſſe ducerent, juſque dicendo reddendoque illos regerent, Cajus primus ſtatuit ut ſacerdos ne coram judice prophano conveniri poſſet, quo ſic cunctos deterreret, ne Chriſtos Domini tangerent. At ne quiſquam fraude dolove circumveniretur, Evtychianus ſanxit, ut accuſatio coram judice ſcripto conſtaret, ſicut Cornelianum decretū eſt, ne quis à ſacerdote, niſi religionis causâ, exigeret jusjurandum: quod nō credentib. & ſuſpicioſis faciendæ fidei causâ, inſtitutum conſtat. cujus apud veteres talis fuit forma. Cicero *ad Appium Pulchrum:* De me tibi ſic conteſtans omnes deos, promitto. Et Æneas *ad Didonem, apud Virgilium:*

Funeris, heu! tibi cauſa fui, per ſydera juro,
Per ſuperos.

Epiſcopi translatio.

Sacerdotū privilegiū.

Jusjurandi forma antiqua.

Æn

Aut per rem charam mos fuit jurare. Ovidius ad amicam, quæ pejeraverat:

Perq; ſuos illam nuper juraſſe recordor,
Perq; meos oculos, & doluere mei.

Item *teſte Feſto*, lapidem ſilicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba loquentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalvâ urbe arceq; bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. Præterea nulli, *quemadmodum teſtatur Livius*, licebat magiſtratum plus quinq; dies, niſi qui juraſſet in leges gerere. Hunc penè morem pontifices noſtri reges, ſacerdotes, prætores ac cæteri omnes præfecti ſervant, qui ita jurant antequàm ad ea numera obeunda admittantur. Sed illud maximum jus erat jurandum quod quiſque nomine fidei dabat, ita ut, *teſte Dionyſio*, magiſtratus plurimos litium diſceptationes ex fide dijudicarent. Quapropter Numam Fidei deæ templum poſuiſſe, ſacraq; fieri inſtituiſſe idem tradit, Apud Hebræos talis fuit uſus. Hieremias: Et jurabis, vivit Dominus in veritate, & judicio, & juſtitia. Hos enim, *ut ait Hieronymus*, jusjurandum habet comites, quibus ſi caruerit, perjurium erit. Et Abigail uxor Nabal ad David, Nunc ego domine mi, vivit dominus, & vivit anima tua. *Hiſtoria eſt in primo regum lib.* Apud nos ita juret Apoſtolus: Teſtis eſt mihi Deus. Sed longè uſitatiſſimus jusjurandi modus eſt, per Evangeliũ, quem Juſtinianus Imperator, *ut in eo libro eſt quẽ Authenticum appellavit, titulo de ſanctiſſimis Epiſcopis*, inſtituit. Poſtea ita uſu venit, ut hodie qui jusjurandum jurat coram magiſtratibus ut plurimũ Evangeliorum librum aut dextra manu tangat, aut oſculetur, dicens. Ita me Deus, & hęc ſancta Evangelia juvent! quod quẽadmodũ Evangelium noſtręreligionis fundamentum, nulla de cauſa violari debet, ita Jusjurandũ nullo pacto frangendũ ſit. Quod autem noſtri pontifices ſolent cõtumaces, hoc eſt, ſuperbos ac idcirco juris contẽptores minimeque obedientes, aut delictum aliquod delinquentes

Jusjurandũ maximum.

Jusjurandi formula apud Hebræos.

Jusjurandũ per Evangelium.

Excommunicationis origo.

quentes excommunicare, ut vulgò dicunt, illiſque ſimul interdicere ſacris, hoc ex Judæis ſumptum eſt quorum moris fuit, eos ignominiæ cauſâ extra Synagogam, id eſt, congregationem ejicere, qui dicto minus audientes, contra legem vel pontificum ſeu populi mandatum aliquid feciſſent, quod perinde erat atq; apud nos interdicere ſacris: illudq; verum eſſe Evangeliſta Joannes affirmat, ſcribens: Jam enim conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtũ, extra Synagogam fieret. Alludit ad illud & Paulus *ad Corinthios Epiſtola priore, cap.* 5. cum jubet, ut ſtuprator ſuæ novercæ exterminetur, quo ſic pœnitẽdo tanti ſceleris animam non amittat, ita ſcribens: Tradatur Satanæ ad interitũ carnis, quo ſpiritus ſalvus ſit in die domini Jeſu. Hos religionis hoſtes divus Cyprianus abſtentos paſſim appellat, quod reliqui homines ab eis abſtinere debeant: qui tamen utitur ſupino iſtius verbi abſtineo, minimè uſitato. Reperio hunc puniendi morem à Druidibus Gallorum ſapientibus quondam uſurpatum: illi enim *uti Cæſar in ſuis cõmentariis teſtatur*, ſi quis aut privatus aut publicus eorum decreto non ſtetiſſet, ſacrificiis interdicebant. Et hæc pœna apud eos graviſſima, quoniam quibus ita erat interdictum, ii in numero impiorũ ac ſceleratorum habebantur, ab iis omnes decedebant, aditum ſermonemq; defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent, neque iis petentibus jus reddebatur, neque honos ullus communicabatur. Hæc omnia ita cum noſtra religione conſentiunt, ut non temerè quis crederet nos hujuſmodi devovendi execrandique modũ potius ab ipſis Druidibus, quàm à Judæis eſſe mutuatos. Itaque hoc unicum telum, terrificumque Fulmen eſt, quo pontifices noſtri ſolo nutu mortaliũ animas etiam ultra tartara mittunt, propter quod minus utique eſt in quenquam præcipitanter torquendũ. Iſtud cenſuræ, id eſt, correctionis genus apud veteres Chriſtianos in uſu fuit, id quod Tertul. *in Apologet.* a-

Sacris interdicere.

Abſtenti.

Druides Gallorum.

Fulmen ſummi Pontificis.

pertè demonſtrat, cum meminit de eorum conventibus, ita ſcribens: Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes, & cenſura divina: nam iudicatur magno cũ põdere, ſi quis deliquerit, ut à communicatione orationis, & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur: præſident probatiſſimi quique ſeniores honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti.

CAPUT XIII.

Qui primi inſtituerint, ut Virgines Conſecrarentur, & undè fluxerit mos Velandi caput, illudque Aperiendi viris principibus, atque Oſculandi pontificum pedes & manus, item Oſculo ſalutandi, ac ipſos pedes mutuò lavandi.

Quòd virgines ſacrantur, id eſt, vota caſtitatis facientes religioni addicuntur, Pii primi pręſcriptũ eſſe videtur *quod in decretis canonicis eſt:* Virgines non velentur ante XXV. annos, niſi fortè neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis. Et non ſunt conſecrandæ, niſi in Epiphania, & in ſabbato Paſchæ, & in Apoſtolorũ natalitiis, niſi mortis causâ urgente, *& reliq.* Porrò eam prærogativam Apoſtolorum feſtis diebus datam ajunt, quod illi ante omnes, virginitatis amatores cultoresq; fuiſſent. Id initiũ fuiſſe monacharum, ac incrementum inde ſuum ſenſiſſe, declarat decretum Soteri, qui ſecundo loco ſucceſſit Pio. Is inſtituit, ne monacha ulla pallam, quam vocant, attrectaret, neve thus in acerram poneret, dum ſacrificia fierent. Fuit ille annus ſalutis circiter C L X X V. Undè videtur monacharum inſtitutum jam tum apud Romanos non fuiſſe ignotum. Quare miror quoſdam eſſe, qui tradant Marcellam, quæ cum Hieronymo familiaritatem habuit, primam fœminarum auſam eſſe illud

Virgines cõſecratæ.

Monacharum origo.

Marcella monacha.

Romæ

Romæ profiteri. Verùm ab ipſis Apoſtolis ortum videtur, ut mulierum ſacrarū congregatio in Chriſtiana religione eſſe cœperit. Cum enim Paulus *priore Epiſt. ad Timoth.* ſcribat: Viduas honora, quæ veræ viduæ ſunt: porrò, quæ vera vidua eſt ac deſolata, ſperat in Deo: *& ſubjiciat*: Vidua eligatur non minor annis ſexaginta, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis hominū teſtimonio comprobata, ſi filios educavit, ſi fuit hoſpitalis, ſi ſanctorū pedes lavit, ſi afflictis ſubminiſtravit, ſi in omni opere bono fuit aſſidua: *item perget.* Quod ſi quis fidelis, aut ſi qua fidelis habet viduas, ſuppeditet illis, & non oneretur Eccleſia, &c. apparet viduas veras & deſolatas, hoc eſt, *ut Chryſoſt. ſentit*, rerum omnium humanarum curas negligentes ſpeſque ſuas in Domino ponentes: jam tum electas, ac Eccleſiæ, id eſt, cōmunitatis ſumptibus nutritas, & denique tales propemodum fuiſſe, quales nos hodiè habemus monachas, excepto quod noſtræ non modò ſecundum Apoſtolicum præſcriptum, ſexaginta annis, ſed ut plurimum viginti minores eliguntur: quæ cum aliquando carnis titillatione impulſæ à continentiæ legibus aberrent, profectò religio non mediocre inde damnum ſui honoris facit. Quippe ideò Apoſtolus, *teſte Ambroſio, in libro de Viduis*, juniores viduas minus recipiendas in numerū Eccleſiæ viduarū decrevit, quod illæ haud facilè poſſent præſtare officia, quæ ad veras viduas pertinerent. Hinc perſpicuè intelligere liceret, jam tum cœpiſſe fœminas per hunc modū Deo dedicari, & Apoſtolos primū, ac deinde noſtros pontifices exemplo Veſtaliū virginū, induxiſſe fœminarum religionē, in Eccleſiam Dei, ut uterq; ſexus domino in caſtitate ſerviret. Sicuti velare caput ſecundū Apoſtoli ſententiam eſt, qui *ad Corinthios* ait: Omnis verò mulier orans aut prophetans non velato capite, dehoneſtat caput ſuum. Unde Linus ex mandato Petri conſtituit, ne qua mulier niſi velato capite, templū ingre-

Vidua pia.

Monacharum ætas.

Caput velare.

Lini decretum.

ingrederetur: quod videtur ab Hebræis accepiſſe, quorum fœminis, *ſicut ait Tertul. lib. de Corona militis* ita ſolenne fuit velamen capitis, ut inde internoſcere ... Item pontifici nõ licebat caput aperire, dicente Moſ. : Pontifex caput ſuum non diſcooperiet : vel à Latinis ſacerdotibus mutuatus, ut per hoc quoq; ſic eoru ... ad honeſtiores verteret uſus. In ſacrificiis enim, *quemadmodum ait Plutarch. in* Problemat. Itali, auctore Æneâ, obnubebãt caput, quod is cum rem divinã faceret, prætereunte Diomede, qui *teſte Servio*, Palladiu, quod ex oraculo juſſus erat reddere Trojanis, tũc referebat, ne cognitus interrumperet ſacrificiũ caput velavit, atque conſpectũ hoſtis evitavit, Comemorat rem hanc Maronianus Helenus *in tertio Æneid.* *Velamen capitis.*

Et poſitis aris, jam vota in littore ſolves,
Purpureo velare comas adopertus amictus,
Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc ſocii morem ſacrorum hunc ipſe teneto.
Hac caſti maneant in religione nepotes.

Cæterùm apud Arabes & Carthaginenſes, fœminæ nõ modò religionis, ſed honeſtatis causâ, caput & faciem velabant, quod velamẽ pro galea illis eſſet: *auctor Tertullianus, qui de ea re librũ ſcripſit.* Magiſtratibus verò & aliis potentiorib⁹ caput aperimus tanquã omnia noſtra illis patére debeãt. *Idem Plutar. auctor.* Hinc haud dubiè nobis mos eſt, & orare aperto capite, & ſuperiores revereri, id quod Apoſtolus voluit dicens: Omnis vir orans, aut prophetans velato capite probro afficit caput ſuum. *Hac ille.* Sed ad rem redeamus. Eſt igitur ſacrandarum monacharum inſtitutum multo vetuſtius, quàm quævis alia monachorum religio: eſt item excellentius: quippe nulla, *ut ait Auguſtinus de Bono virginali*, virgo ſacra naſcitur, nec eſt hæc proles carnis & ſanguinis. Si harum quæritur mater, Religio eſt. Non parit virgines ſacras, niſi virgo ſacra, virgo illa, *Capite aperto orare.* *Sacrarum virginum excellentia.*

illa, quæ deſponſata eſt uni viro, id eſt, Chriſto. Talis virgo ſacra fuit Petronilla, talis Cæcilia, talis Agnes. Poſtea in collegia coivere, ac ſanctiſſimis vivendi legibus à patribus acceptis, vitam virginitate dignam agere cœperunt. Mos deoſculandi pedes pontificum, ne longe exempla petamus, à Chriſto præceptore noſtro cœpit. Is ſummus ſacerdos & pontifex maximus tulit, ut mulier quæ erat in civitate peccatrix, *ſicut teſtis eſt Lucas*, ſibi pedes primum flens lachrymis rigaret, capillisque tergeret, ac deinde deoſcularetur, veluti apud Hebræos mos fuerat Chriſtos Domini venerari. Voluit item proculdubio Cornelius Centurio pedes Apoſtoli Petri oſculari, ſed pater manſuetudinis plenus id fieri non eſt paſſus, qui elevans eum ſibi ad pedes jacentem, dixit: Surge, & ego ipſe homo ſum. O vocem memorabilem, atq; ſalutarem! ſi benè multi hodiè ſeſe quoque homines tantum eſſe perpenderēt, qui propterea quod ſacerdotio præditi ſint, planè ſe reliquorum mortalium longè poſt hominum memoriam imperioſiſſimos dominos præbent, non communes patres, uti fieri deberet. Ita uſu venit, ut nos pontificum noſtrorum pedes exoſculemur: illudque inſtitutum à Romanis pontificib᷒ duxerim, quo mos ille oſculandi antiquus à Deorum etiam cultoribus ſervatus, ad veram pietatem uſurparetur. Perinde quandoque expedit, ad alliciendos hominum animos ad veram religionem, ut quod apud illos honori antea fuerat non tollatur penitus, ſed ſanctiore inſtituto ad conſimilem adhibeatur cultum. Nam, *ut Plutarchus teſtatur* ſacerdotibus Romanis nec habere, nec petere magiſtratum permittebatur, lictore tamen & ſellâ curuli utebantur, ut iis deliniti ultra non quærerent: in templis propè januam lecticam habebant tanquam cuſtodes & refugium: pedes iis reliqui oſculabantur. Quin & aliis ſummis viris id genus honoris habebatur, cujus rei teſtis eſt Seneca, ſcribens Cajum Cæſarē por-

Pontificis pedes deoſculandi mos.

Petri Apoſtoli modeſtia.

Sacerdotū faſtus.

Sacerdotes Romani ethnici.

porrexiſſe ad · [illegible]ulandum ſiniſtrum pedem Pompejo *Pedũ & manuum, deoſculatio apud Romanos.*
Pœno, ut ita c[illegible]enderet ſocculum auratum, margaritisq; diſtinctum. Idem Pomponius Lætus affirmat, ita ſcribens: Imperatores antea manus exoſculandas nobilibus præbebant, pòſt ſuis manibus ſublevabant ad oris oſculum: vulgus genua exoſculabatur. Diocletianus edicto ſanxit, uti omnes ſine generis diſcrimine proſtrati pedes ſibi exoſcularentur, quibus etiam venerationem quandam adhibuit, exornans calceamēta auro, gemmis & margaritis, quod feciſſe antea Cajum Caligulam memorant. Is honos hodiè Romano pontifici fit, qui adeuntes ſe ad ſacra pedum oſcula admittit: cæteri verò antiſtites dexteram manum averſam adeuntibus religioſè oſculandam porrigunt, quod vel ab ethnicis ſumptum conſtat. Plinius enim *libro undecimo* dicit religionem aliquam eſſe in dextera, quæ *Religio in dextera.* in fide porrigitur, quæ oſculis averſa appetitur. Teſtatur idem Apulejus *libro Aſini ſui ſecundo*, ubi *cum de Propheta Ægyptio meminit*, ait: Et cum dicto juvenem quempiā linteis amiculis intectū, pedesq; palmeis baxeis indutum adusq; deraſo capite producit in mediū, hujus diu manus deoſculatus, & cætera. At contra faciebant Numidiæ reges, qui *teſte Valerio Max.* more gentis ſuæ, nulli mortalium oſculum ferebant. Solemus inſuper & oſculo ſalutare, id quod antiquum eſt, *Oſculo ſalutare.* quando ſatis conſtat Hebræos ſic conſueviſſe in oſculū excipere hoſpites, atque hoc pacto ſalutare adeuntes ſe. Ad hunc modū Jacob ut vidit puellam Rachel, ore eſt prius oſculatus, quàm illi indicaret ſe ejus eſſe amitinū; Et Laban pater ipſius Rachel ut novit Jacob filiū Rebeccæ ſororis ſuæ, complexus eſt eum ruens in oſculū. Sic Chriſtus ſalutantes ſe oſculari ſolitus erat: ſic Paulus benevolentiæ animorumq; charitatis oſculo ſalutandum cenſuit, qui *in extrema ſecunda Epiſtola ad Corint.* ſcripſit: Salutate vos mutuò ſancto oſculo. Hinc ego dixerim apud Romanos inſtitutū fuiſſe,

ut mulieres cognatos ore oſcularentur: cujus rei etſi Plutarchus *in Problemat.* alias ponit cauſas, quod mulieribus Romanis vini uſus interdictus eſſet, & idcirco ne bibentes laterent, ſed domeſticorum congreſſu redarguerētur, oſculandi conſuetudinem introductam. An quod mulieres Trojanæ, cum ad Italiæ littus acceſſiſſent, & viri ad unum omnes in terram deſcendiſſent, naves incenderunt, quia ſe jam diuturni laboris pertæſas maris tæderet, quæ metu deinde virorum pavidæ, oſculando ac blande appellando mitigaſſent eorum animos, ſibique reconciliaſſent? Hinc manſit poſtea cōſuetudo, ut hac inter ſe comitate uterentur, fuitque præcipuum cognationis ſignum poſt cognatorum cōnubia lege prohibita: quod nunc ubiq; gentium ſervatur & præſertim apud Anglos, quorū mulieres nō cognatos modo, ſed quoscunq; generatim oſculo tantū ſalutant, reſalutātq;, & illud quidem prioribus, ut dicitur, laboris, tam decentiſſime quàm honeſtiſſimè faciunt. At quæ regio ſunt ſanguine editæ, non oſcula inferioribus libant, ſed manum averſam porrigunt, perinde ac viri inter ſe ſalutationis cauſâ ſolent dextram jungere dextræ. Quod ſacerdotes ante diem feſtum Paſchæ ſibi invicem, quodque profani qui ſuperiores ſunt, inferioribus pedes lavant, id fuit etiam Chriſti inſtitutum, qui ut humanitatis documentum omnibus præberet, Apoſtolis pedes eodē die lavit, quibus, prout Joannes commemorat, & dixit: Vos vocatis me Magiſtrum & Dominum, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergò ego lavi pedes veſtros Dominus & Magiſter, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedit vobis ut quemadmodum Ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quod inſtitutum manſit poſtea cum oſculandi ritu, & utrumque commemorat Tertullianus *libro ad Uxorem altero.*

Mulieres undè alios oſculo excipiant.

Lavare pedes unde.

Qui

CAPUT XIV.

Qui primi apud Romanos inſtituerint ſacerdotes Flamines, Virgines Veſtales, Pontificem Maximum, Salios, Feciales, Patrem patratum, Regem ſacrificulum, Augures, Epulones, Sodales, Titios, & Arvales, ac ſingulorum officia, & quæ procurarent ſacra, & de primo Lectiſternio, atque librorum Sibyllinorum origine.

FLamines, id eſt, ſacerdotes, Numa Pompilius ſecundus Romanorum Rex inſtituit: is enim Rex creatus nihil prius habuit, quam præferocem populum ad pacis & juſtitiæ cultum à rei bellicæ ſtudiis avertere, ſacriſq; obligare. Itaque primum conſtituit annum ad curſum lunæ, digeſtum in duodecim menſes, *uti alio eſt loco à nobis dictum*, feſtoſq; deinde dies: Flaminem unum Jovi creavit, qui Dialis eſt dictus, cū inſigni veſte curuliq; ſellâ ornavit. Is mortuâ uxore, *ut ait Plutarch⁹ in Problemat.* ſacerdotio ſe abdicabat, velut alter cenſor vita privato collega, magiſtratu abibat. Non Vehebatur equo, neque noctem unam extra Urbem manebat, ut ſi longius profectus eſſet, ne ſacra ejus abſentia negligerentur. Item jurare eidem minimè licebat, eo quod tormenti quoddam genus ſit homini libero jusjurandum præſertim ſacerdoti, cui cum divina credita ſint, parvam habere fidem, abſurdum cenſetur. Utinam utrumq; noſtri attenderent Epiſcopi in primis, qui ad ſuum munus fungendū haud ſemper præſtò ſunt, propter quod res religionis meliore in caſu minus ſunt: & noſtri magiſtratus, qui volunt pro re etiam minima, ſacerdotes iureiurando adigere, cum iis in primis illud tantùm fari liceat,

Numæ Pompilii inſtitutum.

Flamen Dialis.

Juramentū tormenti genus.

Eſt, eſt, Non, non. Sed domum repedemus. Duos deinceps Numa adjecit flamines: Marti unum, alterum Quirino. Plutarchus hujus rei auctorem facit Romulum, aitq; ab eo flamines Jovi & Marti, non à Numa creatos: cui opinioni Livius minimè aſſentitur. Hos ab inſigni quod capite geſtabant, quaſi filamines dictos exiſtimant quidam, alii à pileis, quaſi pilamines: ſed infula quæ illorum capitibus hærebat, quæ flamina, *ut Dionyſius ſcribit*, eſt dicta, iis verius, quàm vox alia, nomen dedit. Item virgines Veſtales Numa legit. Quæ ſacra in Italiam per Æneam adducta fuerunt. Vergilius.

Flam. Jovis & Martis.

Flamines unde dicti.

Veſtales virgines.

Sic ait, & manibus vittas Veſtamq́ꝫ potentem,
Æternumq́ꝫ adytis effert penetralibus ignem.

Veſtam matrem Saturni, & alteram ex Ope filiā ferunt: de hac virgine Ovidius *in Faſt.*

Semine Saturni tertia Veſta fuit.

Veſta ignis & terra.

Et modò eam ignem ponit, dicens:

Nec tu aliud Veſtem, quam vivam intellige flammam.

Modò terram:

Sic inceſta perit: quia quam violavit, in illa
Conditur, & tellus Veſtaque numen idem eſt.

Benè convenit, ut Veſta terra ſit, & ignis, quia terræ incluſus eſt ignis, id eſt, naturalis calor, quibus cuncta producuntur. Poſuit illi templum Albæ Aſcanius. Fuit & Romæ ædes inter Palatium & Capitolium, formâ penè ſphæricâ, qua terra pingitur, conſtituta. Tradit Aulus Gellius primæ, quæ hujuſmodi ſit adhibita miniſterio, Amatam nomen fuiſſe, ac propterea reliquas deinceps omnes Amatas appellatas, dicique non electas, neque creatas veſtales, ſed captas, eò quod capiebatur à pontifice de manu patris veſtalis virgo: neque capi poterat minor annis ſex neque major decem, & quæ ex ſervis nata, aut corpore manco, ſenſuve diminuto foret. Romæ primo Gigania & Berenia captæ, mox totidem additæ, Camilia & Tarpeja. Huic numero Servius Tullius duas noviſſimè adjecit. Hæ

Templum Veſtæ.

Amata prima Veſtalis.

decem

decem primos annos ſacrorum ritum perdiſcebant, totidem deinde operam dabant ſacris, tertio decennio rudes & nuper captas inſtruebant: poſtea verò ſi qua id ætatis nubere voluiſſet, fas erat alterum mallet ſequi. Cæterùm quando illis, quæ conjugium ſecutæ fuiſſent, malè vertiſſet, plures ad mortem usq; in religione perſeverabant. Stipendium iis Numa de publico ſtatuit, & eas denique perpetuâ virginitate aliisq; cæremoniis venerabiles fecit: carpento vehebantur, magiſtratusq; illis aſſurgebant, ac fortuito occurſu ſontem ſupplicio eximebant: ignem perpetuum ſervabant, qui ſi per incuriam extinctus eſſet, cuſtos flagro à pontifice maximo cui ſuberant, cædebatur. Si qua inceſti convicta eſſet, ante ora civiũ, mœſto ſilentio offerebatur, vivaque circa Collinam portam, in ſubterraneum ſpecum dimiſſa, terraque ſtatim ſuperinjecta necabatur. Atq; hoc ſacerdotum Alba oriundum per hunc modum fuit Romæ inſtauratum. Pontificem præterea Maximum Numa Martium Marci filium ex patribus creavit, cujus poteſtati omnia ſacrorum jura ſubjecit, ac quibus hoſtiis, quib⁹ dieb. ad quæ templa ſacra fieri oporteret, formulã docuit, conſtituit eum, *teſte Feſto*, judicem ac arbitrum rerum æquè divinarũ & humanarũ. Fuit id, credo, certum portentũ, quo eſt ſignificatũ, urbẽ Romã poſtremò perinde pontificiã majeſtate, quæ nunc latè patet gentibus moderaturã, atq; olim potentia imperaſſet. Idem Gradivo Marti duodecim ſacravit Salios, tunicæq; pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneũ pictori tegumentum, cœleſtiaq; arma, quæ ancilia appellantur ferre, ac per urbem ire canentes carmina, cum tripudiis ſolenniq; ſaltu, unde nomẽ traxerunt, juſſit. Videtur Numa in hoc, velut in plerisq; aliis, Hebræos æmulatus: legimus n. David ante arcam fœderis ſaltando proceſſiſſe. Ancile ſcutũ breve ac rotundũ, regnante ipſo Numa è cœlo lapſum in ſævientis peſtis remediũ, vulgò crediderunt. Ovidius *in Faſtis*:

Veſtalium Regula & ordo.

Inceſtæ veſtalis pœna.

Pontifex Maximus.

Salii Martiales.

Ancile è cœlo lapſum.

Ecce leui ſcutum verſatum leuiter aura
Decidit à populo clamor ad aſtra venit.

Et infert:

Atque ancile vocant, quod ab omni parte reciſum eſt.
Quaque oculis ſpectes, angulus omnis abeſt.

Et cum Aruſpices reſpondiſſent, illic fore orbis imperium, ubi ancile illud conſiſteret, diligentia Numæ, ne ab hominibus unquam ferri poſſet, à Mamurio fabro multa ſimilia facta ſunt, & in templo Martis poſita. Inter tot ſacros ordines poſuit & Feciales ſacerdotes, quibus id dedit negotium, ut Romani nullum iniuſte bellum inferrent cuiquam. Cujus Gellius Analium ſcriptor id ab Ardeatibus prodidit acceptum, alii ab Equiculorum gente. Satis conſtat Numam bellum Fidenatibus indictũ ob excurſiones in Romanũ agrum factas, ne non omnia ritè fierent, Feciale jus & collegium poſtremò conſtituiſſe. Ii ſi qua per injuriã Romanis adempta eſſent, repetebant ab hoſte: quæ ſi minus reddita eſſent, bellum compoſito ad id carmine indicebant. Pari poteſtate petentibus juſtè res, dabant ſontes ad ſupplicium, legatorum injurias vindicabant. Ad hos item pertinebat fœdera jure percuſſa tueri, pacẽ ſancire, eandẽ ſi minus legitimè pacta eſſet, irritam facere & ſi quid Imperator vel exercitus deliquiſſet ſcelus expiare. Feciales autẽ à fero ſive à facio dicti, quod apud eos belli paciſq; ferendæ ſeu faciendæ jus eſſet. Fuit & ſacerdotium Patris patrati, qui Romæ ad juſjarandũ patrandum, hoc eſt, ad fœdus ſanciendũ eligebatur: fecialis enim faciebat, verbena caput capilloſq; tangens. Primus Romæ fecialis Marcus Valerius patrem patratũ Spuriũ Fuſiũ fecit. Poſt exactos reges, cœpit rex ſacrificulus creari: is primus fuit Manius Papyrius, qui, ne in re ulla regis præſentia deſideraretur, ea ſacra obibat, quæ reges facere conſueviſſent. Et id ſacerdotiũ pontifici maximo ſubjecere, ne quid regiũ nomen recenti libertati officeret. Erant præterea augures,

Feciales ſacerdotes eorumq; officium.

Feciales unde dicti.

Patris patrati ſacerdotium.

Epulones.

gures, de quorum origine alibi diximus. Epulones qui indicendi, jovi cæteriſque diis epulas poteſtatem habebant, veteres pontifices inſtituere: nam, *ut inquit Cicero*, pontifices propter multitudinem ſacrificiorũ, treis viros epulones eſſe voluerunt, qui triumviri epulones appellabantur. Iis poſtea præpoſitus eſt Rex ſacrorum, id eſt, ſacrificulus. Additi deinde fuerunt alii tres viri, qui ſacris libris legendis carminibusq; Sibyllç præeſſent. Iſti quoties prodigia magnos aliquos rerum eventus auſpicantia emergerent, lectiſterniis ad pulvinaria deorum factis, ſacris ſuppliciisq; placabant, qui & Sodales Titii vocabantur ſic ſeptemviri epulones dicti ſunt. Hos Titios ſodales, *auctore Cornelio Tacito*, Romulus inita cum Tito Tacio ſocietate, prim^9 creavit. Idem primus, *ut Plinius perhibet*, Arvales ſodales inſtituit, ſeq; inter alios, duodecimum fratrem appellavit, ut arva fruges ferrent: & propterea ejus ſacerdotii inſigne fuit ſpicea corona: *auctor Gellius*. Sacra quæ iſtiuſmodi ſacerdotibus in primis curç eſſent, hæc fuiſſe reperio, Lupercalia, Saturnalia, *de quibus alibi meminimus*. Bonæ deæ, quam alii aliam fuiſſe dicunt, ſacra in Aventino in ejus templo fiebant, ad quæ viri nõ ingrediebantur. Floralia deæ Floræ pridie calendas Maji dicata. Hanc Livius & Dionyſius meretricẽ fuiſſe tradunt, cui ut deæ ob id magnus eſt habitus honos, quod populum Romanum feciſſet hæredem, quæ & fructib^9 cunctis præeſſe credebat: colebat autẽ à meretricib^9 cum coronis & veſtiũ varietate, temporis lætitiã florumq; ſignificantibus. Terminalia, quod Numa rex Jovi Terminali lapides ſacraſſet, terminoſque poſuiſſet in agris quo unuſquiſque ſuis finibus contentus eſſet. Romani poſtea ejus pietatis monimenta diu ſervarunt, terminos ipſos deos vocantes, ut fidos agrorũ finium cuſtodes: quibus ſacrificabant, non animal ullum immolantes: (nam impium ducebant ſacros cruentare lapides) ſed liba fructũq; primitias offerentes. Vinalia, quæ cauſa vini, ſicut Robigalia cunctorũ,

Titii ſodales.

Arvales.

Bona dea ſacra.

Floralia.

Flora dea.

Terminalia.

Termini dii.

circiter VII. Calendas Maji celebrabantur, quia tunc robigo ſegetes ſoleat occupare. Bacchanalia, quæ nos ſupra *libro tertio*, & Livius dicit ex ſenatuſconſulto, ut bonis morib. peſtifera, Româ expulſa fuiſſe: noctu enim fiebant, ubi nudus uterq; ſexus impuriſſimè cõmiſcebatur. Cerealia, Cereris deæ ſacra, quæ Triptolemus primus inſtituit. Sacerdotes veſtibus utebantur albis & noctu cum facibus currebant, vinum nõ bibebant. Inſuper & Jejunium inſtitutũ quinto quoq; anno, prodigiorũ cauſâ. Ovidius etiã à Venere abſtineri dicit, quod caſtitati præſit. Solitaurilia, quum tribus hoſtiis diverſi generis tauro, ariete, & verre, immolabatur. Feſtũ diem ſeptimontiũ Plutarchus *in Problematibus* ponit, cum ſeptimus mons eſt urbi quaſi tum demum finita additus. Qinquatria, quæ Minervæ calẽdis Martii quinque dies fiebant, quo tempore, *ut teſtatur Hieronymus*, munus Mineral appellatum, pueri quando vacabãt magiſtro offerebant. Item Quinquatres minores eidem Minervæ ſacri, Idibus Juniis, quãdo tibicines perſonati per urbem incedebãt, ut illi qui aliàs ebrii Tybure Romam reducti fuiſſent, indicarentur perſonati eſſe inter alios ignotos. Ovidius:

Bacchanalia. *Cerealia.* *Jejunium.* *Solitaurilia.* *Septimontium.* *Quinquatria.*

Cur vagus incedat tota tibicen in urbe,
Quid ſibi perſona, quid toga longa velint?
Callidus ut poſſit ſpecie numeroq; ſenatus
Fallere, perſonis imperat ore tegi,
Admiſcetque alios, ut hunc tibicina turba
Augeat in longis veſtibus ire jubet.

Ac plura alia feſtorum dierum genera vanâ ſuperſtitione obſervabantur, quæ exponere nimis omninò otioſum foret. Erant & ludorum varia genera, & Circenſes, Gladiatorii, Megalenſes, ita dicti, quod in honorẽ Magnæ matris deorum fiebant: Græci enim μέγα magnũ dicunt. De iis Herodianus *in Commodo* ita ſcribit: Veris initio ſtato ſolenniq; die, põpã Matri Deũm Ro-

Ludorum varia genera. *Megalenſes ludi.*

mani celebrabant:in ea quæ apud quemq; ſunt divitiarum:præcipua ſupellexque pleraq; imperatoria materiæ aut artis ſpectandæ præferri ante deam ſolent, paſſimq; omnibus ludendi licentia permiſſa ſic, utut perſonas induant quas cuiq; libitum,nullamq; non magiſtratuum quoq; imaginem,prout cujusq; ſtudium repræſentent,ita ut non temerè à falſis veros dignoſcas, &c. Sed pro hominum ſalute, ludi in primis ſeculares celebrabantur cum lectiſterniis, quorum initium dæmonum utiq; malorum operatione factum conſtat. Siquidem Valeſius quidam vir locuples, tribus quos habebat filiis peſtilentiâ laborantibus, dum ante focum ſuos penates orat, ut ſalvis pueris in ſuũ caput id mali vertatur,ecce tibi! vox repente audita, filios ſalvos fore,ſi Terentum duxerit,ibiq; ex Ditis patris & Proſerpinæ ara petitâ aquâ recrearit. Pater quamvis anxius, quod longius ſibi eundum eſſet, tamen ex ſua villa ire pergit,alteraq; nocte ad campum Martium per Tyberim delatus,cum in navi non eſſet ignis, jubetur à gubernatore ire Terentum ad locum proximum qui audito Terenti nomine,jam certò ſciens eo ſe perveniſſe, quo deorum vocaret oraculum,aquam calefacit,datq; bibendam pueris.Illi epotâ aquâ,ſalutari quiete ſopiti, continuò omni morbo liberantur, vocatoque parenti narrant ſe à diis adjutos, admonitoſq; ut eo loci mactatis furvis,id eſt,nigris hoſtiis,lectiſternia ac ludi nocturni ad arã Ditis & Proſerpinæ fierent. Valeſius majorem in modum gaviſus incipit primo quoq; die terrã fodere aræ erigendæ causâ,ſed ibidem reperta ſub terra arâ,Diti patri & Proſerpinæ inſcriptâ, hoſtias mox immolat,tribusq; continuis noctibus,quia totidem filii morbo levati fuerant,lectiſternia atq; ludos facit,aramq; terrâ obruit,prout antè fuerat. Poſt hæc Valerius Publicola,qui primus fuit Romæ conſul,idem ſacrum ægrotantibus ſuccurrendi gratiâ celebraſſe dicitur,ſed non ſolenni pompâ.Ex quo Livius *lib.5.* de iis

Seculares ludi.

Lectiſternia quomodo introducta.

Lectiſternii exemplum. ludis ita ſcribit. Triſtem hyemem gravis & peſtilens omnibus animalib. æſtas excepit, cujus inſanabilis perniciei, quando nec cauſa, nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex ſenatuſconſulto additi ſunt, duumviri ſacris faciundis lectiſternio tunc primum facto per dies octo. Apollinem Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium, atq; Neptunum, trib. quam ampliſſime tũ apparari poterat, ſtratis lectis placavere. Privatim quoque id ſacrum celebratum. Lectis enim antiqui cubantes epulabantur, aut deorum iræ placandæ cauſa, im templis convivia concelebrabantur tribus diis, Jovi, Junoni & Minervæ: & ſimulachrum Jovis in lectulo ponebatur. Juno verò & Minerva in ſellis conſedebant, ſiquidem fœminę cum viris cubantibus, *auctore Valerio* ſedentes cœnitabant. Ita ſeptem epulones convivia celebrabant, ad deorum pulvinaria, quę lectiſternia appellata ſunt. Et hæc origo lectiſterniorum, atque ludorum ſecularium, qui ita vocati ſunt, quod ſemel in uno ſeculo (eſt enim ſeculum centum annorum ſpatium) fierent, tametſi mos non ſemper ſervatus eſt. Jam oportet demonſtrare, & unde libri Sibyllini, de quibus ſupra facta eſt mentio, ad Romanos allati fuerint, quos fœmina religione juxta ac obſervantia cuſtodiebant. & cum dii publicè conſulendi eſſent, ad eos libros tanquam ad oraculum quindecim viri adire ſolebant. Itaque Dionyſius *libro quarto* ſcribit, anum quandam incognitam tuliſſe libros novem ad Tarquiniũ Superbũ, affirmantem eſſe eos deorum oraculis plenos, dixiſſeque velle ſe vendere nõ minus trecentis Philippis aureis & rege rem ludibrio habente illam tres corã eo combuſſiſſe: ac rurſus pro reliquis idem pretium poſtulantẽ rege tũ magis anus inſaniã deridente, tres alios exuſſiſſe, atq; iterum rogaſſe ut pretium daret, tum rege miratum conſtantiam mulieris emiſſe libros tres: & qui annus accepto pretio nuſquam poſt hac viſa eſt, jã tum creditum, eam Sibyllam fuiſſe, cui, quemadmo-

Pulvinaria deorum.

Seculum.

Libri Sibyllini.

Anus libros Sibyllinos exhibens.

cum

dum poëta ait, magnam mentem animumq; Delius inſpiraſſet vates: nam Sibylla dicta eſt, quod Dei noſſet conſilium: σιὸς enim lingua Æolica Deus vocatur, βȣλὴ autem conſilium. Curabant & Apolilnares ludos, qui, *teſte Livio, libro decadis tertiæ quinto*, primum inſtituti ſunt bello Punico ſecundo, voti Apollini ob victoriam adipiſcendam, hoc eſt, ad expellendum Annibalem ex Italia. Data ſunt prætori duodecim millia æris, ad rem divinam, & duæ hoſtiæ majores, ac juſſum ut græco ritu ſacrum faceret Apollini, bove aurato, & capris duabus albis auratis: Latonæ bove fœmina aurata, & in circo maximo populus coronatus ludos ſpectaret, atq; matronæ ſupplicarent, vulgoq; apertis januis, in propatulo epularentur, quo dies celeber omni cæremoniarum genere fieret. Plebei conſtituti poſt exactos reges, pro plebis libertate, ſeu pro reconciliatione, poſt ſeceſſum ab ea factum in Aventinũ montẽ. Et demum id genus permulti fuere, qui penitus obſoleverunt. Tantum ex omnibus uſq; ad hunc diẽ durant taurii ſive taurilia ludi apud portã Tergeminã quotannis celebrati, qui prius *ſicut tradit Varro*, in circo Flaminio edebantur, &, *auctore Feſto* inſtituti dicuntur, quod regnante Tarquinio Superbo, magna incidiſſet peſtilentia in mulieres gravidas, quæ contracta fuerat ex carne taurorũ diu vendita populo: ob hoc ludi taurii dicti: & diis inferis dicati ſunt. Habebant inſuper & conviviorũ celebrationes, quæ aut erãt cõvivia Pontificalia, quæ in ſacrificiis à ſacerdotib. parabantur: aut Triumphalia, quæ poſt victoriam Imperator, vel dux populo dabat: aut Funebria, ut ita honor haberetur de mortuo. Dabantur item viſcerationes, id eſt, caro cruda congiaria & miſſilia, quæ ſpargebantur, ut puta linea, odores, unguenta, cum aliis temporibus, tum maximè Saturnalibus in theatro, *ut Suetonius in Caligula*: Sparſit & miſſila variarum rerum Atque tale fuit apud Romanos rerum ſacrarum initium, quarum bo-

Sibylla unde dicta.

Ludi Apolinares, ejusq; ſacra.

Ludi plebei

Taurilia.

Convivia Romanorũ varia.

Viſcerationes.

Miſſilia.

bonam nos partem accepimus, uti appoſitè per nos explicatur.

LIBRI QUARTI FINIS.

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

Unde noſtris conſuetudo ſit feſtis diebus exornare templa, ac in illis offerre Cereas Imagines, Tabellaſque miraculorum ponere, item convivari, cum quis præſertim ſacerdos primam celebrat Miſſam.

SUperiore volumine, quo denique pacto Chriſtiana religio propagata fuerit inter mortales & de initio ſacerdotii apud Hebræos & Romanos ac noviſſimè apud nos, & illud in quot officiorum gradus abiverit, abunde explicavimus: Nunc autem peregrinos ritus ab ethnicis, id eſt, gentibus non Chriſtianis (ἔθνος enim gens dicitur) acceptos, atq; reliqua perſequemur, quę noſtri jam ſuſcepti ſunt muneris. Cùm igitur multa ab Hebræis, & non pauca ab Romanis cæteriſque ethnicis ad nos inſtituta manaverint, poſcit locus, ut appoſitè ea perinde commemoremus quæ ab his accepimus: atque minimè convenit tacita relinquere, quæ ab illis ſimus mutuati, cum præſertim illa ipſa meliora fecerimus, ad melioremque uſum adhibuerimus. Sunt itaque multi ritus propè germani, ex quibus & hic eſt. Porrò apud nos feſtis diebus templa

&

& domus nuptiales aulæis exornantur, lauro, hederâ, aliiſque feſtis frondibus veſtiuntur fores, ac veſtibula decorantur coronis, ſparguntúrque floribus. Quæ hercle omnia ipſi idolorum cultores antea ſervabant. Vergilius: *Templorum & domorũ exornatio.*

Nos delubra deûm miſeri quibus ultimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per orbem.

Et alibi:

—— Et variis florentia limina ſertis.

Item Juvenalis teſtatur:

Poſtibus & denſos per limina tende corymbos.

Lauros quoque adhiberi ſolitas cauſa gaudiorum, indicat, cum ait:

Pone domi lauros, duc in capitolia magnum
Cretatumque bovem.

Tradit idem Tertull. Quid quod Martinus primus Romanus pontifex hęc eadem quæ in canonicis decretis, *cau. 26. queſt. ſeptima* ſcripta leges, & teſtatur, & vetat? Conſimiliter ritus offerendi cereas imagines ab iiſdem eſt profectus: cum enim Pelaſgi, *teſte Dionyſio Halicar. quem etiam alibi ſuper hac re citavimus*, ſedibus pulſi Dodonam perveniſſent, ibi accepto reſponſo, quo admoniti ſunt, ut Siculorum continentem terram quærerent, in Latium demum poſt multos errores venientes in lacu Cutillienſi enatam deprehenderunt inſulã quam Cotilliam nominarunt. Hoc igitur, quaſi omine ſuſcepto has ſibi prędictas eſſe ſedes didicerunt: pulſiſq; inde Sicilienſibus incolis, regionem ipſi tenuerũt: decimâ prædæ ſecundum reſponſum Apollini, conſecretâ: erectoq; Diti ſacello, & Saturno arâ, illum humanis capitibus, hunc virorum victimis placare ſe exiſtimabant, propter oraculum, in quo erat: *Cereas imagines offerendi.* *Cotillia inſula.*

Et capita inferno, & patri tranſmittite lumen.

Saturni ſacra, ut quidam volunt, Saturnalia nominantes. Poſt hæc ferunt, Herculem cum Geryonis pecore per Italiã redeuntem, ſuaſiſſe illorum poſteris, ut fauſtis

Oſcilla. ſtis ſacrificiis, infauſta mutarent, offerentes Diti non hominum capita, ſed oſcilla ad humanam effigiem formata, quaſi parva ora, ut pars pro toto foret: & Saturni aras non mactatis viris, ſed accenſis cereis excolentes, *Φῶς.* quia φῶς non ſolum virum, ſed etiam lumen ſignificat. *Cereorum uſus.* Inde ergo valuit conſuetudo, ut Saturnalibus & cerei miſſitarentur, & ſigilla, id eſt, oſcilla, arte fictili fingerentur, ac venalia exponerētur, quæ homines pro ſe ac ſuis piaculis Diti & Saturno offerrent. Hæc quodammodo noſtra vaticinabantur ſacra: nam ſic & nos eadē ex cera ſigillaria, hoc eſt, imagunculas templis offerimus, *Imagines cereæ.* & oſcilla: quoties enim pars aliqua corporis læſa fuerit, utputa manus, pes, mamilla, ſtatim vota facim⁹ Deo, & ejus divis, quibus mox recuperatâ ſanitate, illa manum, illum pedem, illā mamillā ex cera formatam offerimus. Quæ conſuetudo ſic increbuit hactenus, ut iſtiuſmodi ſigillaria ab hominibus ad reliqua animalia *Oſcilla in templis.* tranſierint: ſanè ſic pro bove, ſic pro equo, ſic pro ove, oſcilla templis ponimus: in qua re quiſpiam verecundè ſcrupuloſus fortaſſis dicet, ſe planè neſcire, an nos priſcorum religionem potius vel ſuperſtitionem æmulemur, cum talia Chriſtianæ eccleſiæ rectores etiamnū admittant: quando *auctore Catone de Re ruſtica*, ſic Romanorum moris fuit, pro bobus, ut valerent, vota facere: cujus rei modum valdè mehercule ridiculum ille ibidem ponit. *Cereis cœlicolas colere.* Hinc etiam conſentaneum eſt fluxiſſe, ut nos quoq; cereos offeramus, illiſq; accenſis cœlicolas colamus, ſicuti ad Saturni aram eſt factitatum, quod præſertim in feſto Purgationis virginis die obſervatur, ut quaſi ipſi cerei ſint apud nos loco agni anniculi, columbarū & turturum: quæ munera Moſes conſtituit à *Penſilium lychnorum uſus.* puerperis luſtrico die ad templū deferenda. At uſus pēſilium lychnorum, ſive, *ut Servio placet*, lychinorum, hoc eſt, lucernarum, vel lampadum, quas vocant, à lucernis *Tabellæ pictæ.* veniſſe videtur, quas Moſes in tabernaculo accēſas ſervari inſtituerat. Quod verò tabellas in templis affigimus

mus, quibus miracula inſcripta ſunt, ut ea ad poſteros teſtatoria ſint, hoc ex Græcis eſt, apud quos *teſte Strabone libro Geograph.* 8. mos fuit in templo ejus Dei qui auxiliatus eſſet, & præſertim Æſculapii, quod Epidauri inſigne erat, tabellas appendere, in quibus morbi ſanati erant inſcripti. Sic à Romanis ſumptum eſt, ut & ſacerdotes pariter atq; profani diebus feſtis convivia nō ternis aut ſenis ferculis, ſed vicenis, ſi fieri poſſit, ſuis præbeant amicis. Quinetiā jam ita uſu venit, ut nō cenſeatur eſſe feſta ac ſolennis dies, niſi ſit opiparo comitamitata convivio. Eſt & illud ab iiſdem ethnicis, ut ſacerdotes noſtri cū primùm rem divinā faciunt, hoc eſt, primā celebrant miſſam, conſacerdotes & amicos convivio accipiant, eundemq; diem non minus religioſè quā natalē colant, uti auſpicato ſacerdotalem introitū adeuntes: & id quidem non immeritò, quoniam ex illa vita tantùm, ex hoc verò vita ſancta producitur. Ita apud veteres idem dies, quo quis ſacris initiabatur, natalis ſacrorum appellabatur, religioſoq; jentaculo celebrabatur. Utrunq; Apuleius *libro Aſini* 11. teſtificatur cum ita ſcribit: Exhinc feſtiſſimum celebravi natalem ſacrorum, & ſuaves fuerunt epulæ, & faceta convivia: dies etiam tertius pari cæremoniarum ritu celebratus, & jentaculum religioſum. Cæterùm noſtri jam inde à principio conſueverunt in templis die Cœnæ Domini epulari: teſtis Tertullianus, qui *in Apologetico, & lib. ad Uxorem* 2. *de ethnico* ait: Quis enim conjugem ſuam ad dominicum convivium dimittet? Sed de ritu hoc plura *mox inf. à libro ſexto, capite* 4. commemorabuntur.

Prima Miſſæ celebratio.

Natalis dies.

CAPUT II.

Undè apud noſtros moris ſit, ſpargere, pecuniam in populum, dare Epulum & Strenā, ducere Choreas, edere Spectacula, exire Calend. Maii in agros, currere Calend. Martiis per arva cū faculis accenſis,

ſis, & per Dominica natalia miniſtrum quempiam facere Dominum, ac ante initium Quadrageſimæ inducere perſonas.

PRæter ea, quæ proximè expoſuimus ex eodem Ethnicorum luxuriæ fonte manavit, ut cum corona redimitur Romanus pontifex, Imperator & Rex, aliive principes aliquo inſigni honeſtantur honore, mos ſit ſpargere in populum nō veſtes, non unguenta, id quod Romanos Imperatores factitaſſe ſuperiore capite oſtendimus, ſed nummos argenteos, vel aureos, quo ſic futuræ liberalitatis ſignum ab inita ſtatim dignitate appareat. Solent ſimul epulum, hoc eſt, publicum cōvivium civibus & præſertim in nuptiis, dare: quod veteres præcipuè Romani ſive in triumphis, ſive in ludis, ſive in funere ad ſepulchrum, pro hæreditatum facultatibus, facere conſueverant. Juvenalis:

Spargere pecuniam.

Epulum.

Unde epulum poſſis centum dare Pythagoreis.

Et Tranquillus idem paſſim atteſtatur. Eſt haud dubiò procul & ab iiſdem uſus dandi ſtrenam, id eſt, munus quod in principio anni, boni ominis gratiâ datur: quādo idem Tranquillus ſcribit, equites Romanos ſolitos fuiſſe quotannis ſtrenam Auguſto Cæſari in Capitolio etiam abſenti Cal. Januar. conferre, quod hodie etiamnum apud nos ubiq; ſervatur, diverſo tamen modo. Itali enim ſummi viri dant infimis, in Anglia verò inferiores deferunt ſtrenam ſuperioribus, & regi cuncti principes, qui tamen dantibus, aliquid cōtra donat, quo liberalitas ut boni ominis nuntia mutuò communicetur. Quod etiam ſine munere, cum primum anni incipientis diem, more veterum, *ut eſt teſtis Plin.* lætis precibus nobis viciſſim fauſtum generatim ominamur. Item imitamur & gnaviter ipſos priſcos in pſallendo ſaltandoque: nam illi ita in ſtativis feriis factitabant, teſtis Vergilius:

Strenam mittere.

Mos in Anglia.

Calendæ Januarii.

Saltandi mos.

Pars

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Idem:

Immemores noſtri feſtas duxere choreas.

Morem autem ejuſmodi choreas ducendi Livius ab Hetruſcis ad Romanos profectum dicit. Sed & hæc omnia Zacharias pontifex ſimul teſtatur, ſimul prohibet: Si quis Calen. Januarii ritu ethnicorum colere, vel aliquid plus novi facere propter novum annum, aut menſas cum lampadibus vel epulas in domibus præparare, & per vicos & plateas cantatores & choreas ducere auſus fuerit, anathema ſit. *Scriptum leges hoc præſcriptum in decretis canonic. cauſ. quam ſupra in conſimilem rem adduximus.* Verum quam bellè ſervetur, ex eo licet exiſtimare, quod nunc nulla alia de cauſa ſit gratior feſtus dies juventuti, quàm ut otium ſit ad choreas ducendas, & id cum primis apud Italos. Solemus vel more priſcorum, ſpectacula edere populo, ut ludos, venationes, palæſtras, curſus haſtarum, equorūq; ad metam è carceribus, recitare comœdias, item in tẽplis vitas divorum ac martyria repræſentare, in quibus ut cunctis par ſit voluptas, qui recitant, vernaculam linguam tantū uſurpant. Sic olim apud Romanos in primis, in theatris poëtarū recitabantur poëmata, in amphitheatris beſtiarum gladiatorumve ludicra fiebant, variiq; per urbem ludi, quibus plebs oblectaretur. Eſt item conſuetudinis, ut juventus promiſcui ſexus lætabunda Cal. Maii exeat in agros, & cantitans inde virides reportet arborum ramos, eosq; ante domorum fores ponat, & deniq; unuſquiſq; eo die aliquid viridis ramuſculi vel herbæ ferat, quòd non feciſſe pœna eſt, præſertim apud Italos, ut madefiat. Hæc vel à Romanis accepta videntur, apud quos ſic Flora cunctorum fructuum dea menſe Majo laſcivè colebatur, *ſicut ſupra diximus*: vel ab Athenienſibus ſunt, quod illi in fame in templo Delphico, εἰρεσιώνην, id eſt, ireſionē ponebant

Chorea prohibita.

Spectacula varia.

Ludi Romani.

Calendarū Maii celebratio.

Flora dea.

εἰρεσιώνη

hoc eſt, ramum olivæ, ſive lauri plenum variis fructib⁹ *auctor Herodotus*. Sic nos tunc eo anni tempore, cum virent omnia, quaſi per hunc modum, fructuum ubertatem ominamur, ac benè precamur. Item in Umbria præſertim inſigni regione Italiæ, undè nos oriundi ſumus conſuetudo eſt ut quotannis pridie Calend Martias, id eſt, ea nocte quæ primum diem menſis Martii præcedit, crebros paſſim faciant ignes & pueri facibus, quæ ex arundinibus jam aridis ut plurimum fiunt, accenſis per arva currant, ut precantes fœcunditatem agrorum, tum terrâ jam fœtum parturiente. Quod acceptum dixerim ab ipſis quoq; Romanis, qui quaſi per manus talia nobis ſacra, ſeu celebritates, vel obſervationes tradiderunt: illi enim, ut antea oſtendimus, Cerealia Cereri ſacra colentes, cum facibus noctu currebant, quod Ceres ipſa gerendis fructibus, *prout Ciceroni placet, & nos alibi docuimus*, præſit & quaſi Geres nominata ſit. Eſt & illud ab iiſdem ad poſteros profectū, quamobrem nunc per Dominica natalia, noſtri miniſtri poteſtatē in dominos habeant, atq; unus eorum dominus creetur, cui cuncti domeſtici ſimul laſcivi & hilares pareant, una cum ipſis Dominis, hoc eſt, patribus familiâs. Siquidem hanc libertatem ſervi apud Romanos *uti in Juſtini epitome eſt*, Saturnalibus habebant. Inſtitutum hoc apud Anglos præcipue cuſtoditur. Sed aliud fuit olim apud gentes ſervorum nomē, quod bellorum leges attulerant ubi capti eſſent: nos autē Dei benignitate ac providentiâ liberi ferè omnes ac fratres auctore Chriſto, uniuſq; civitatis Dei cives ſumus, ac propterea quos habemus domi miniſtros, ſervi appellandi non ſunt, nedum habendi, quod permulti impudenter faciunt. Atq; hoc libertatis munus uni Chriſtianæ religioni du taxat acceptū referre debemus. Poſt hunc, alius paris prope laſciviæ ludus ad nos tranſiit: nā ut illi in quinquatriis minoribus, & Megalenſibus, perſonati per urbem ludendo incedebant, ita noſtri morē inducē-

Patria Polydori.

Luſtrationes agrorum.

Cerealia.

Servum dominum creare.

Servorum nomē apud veteres.

Libertas Chriſtiana.

induendi perſonas non uno vel altero die, nec ſacrorũ cauſâ, ſed turpi inſaniendi ſtudio, duos continuos menſes ante quadrageſimę initium ſtolide ſervant, ſub quibus inveterata, jam delirandi licentia, ſexcenta flagitia quotidie faciunt & illud impunè, perinde quaſi eo modo cuiq; liceat, eſſe ſcelerato, nihilve maleficii credatur committi, ſi vera hominis facies non videatur, perinde ac non pateamus etiam Deo, quem nemo ambigit fandi atq; nefandi juſtum eſſe judicem: qui & improbos pœna, & probos præmio ſemper afficiat. Una omnium regionum Anglia ejuſmodi perſonatas belluas hactenus non vidit, nec quidem vult videre: quando apud Anglos in re hac prę aliis certè ſapientiores, lex eſt, ut capitale ſit ſi quis perſonas induerit. Et quia ſub idē tempus illud jejunium quadraginta ſex dierum nobis anniverſarium indicitur, ideo quotannis cuncti ubique gentium in noſtro Chriſtiano orbe, ſtudioſius ſolito adipatis veſcuntur cibis, & non parum multi quibus pręcipua ventris cura eſt, ad vomitum ſaturantur, quaſi expleturi futuram famem, cum tamen eorum etiam intemperantior futura ſit abſtinentia: nam quamvis ab eſu panis & carnium abſtineant, bellariis ſe farciunt & azymum panem pro fermentato devorantes, de jejunio gloriãtur. Sic peccata undiq; accumulant, ne adventante Paſchâ, vacui aut fruſtra ad ſuos ſacerdotes adeant, à quibus per confeſſionem maleficiorum onere levandi ſunt. Et hæc omnia ex Romanorum Bacchanalibus ad nos fluxiſſe dixerim.

Bacchanalia Chriſtianorum.

Perſona larvata in Anglia non feruntur.

Abſtinentia ſimulata.

CAPUT III.

Undè fluxerit mos Ungendi Sacerdotes & Reges, item Baptizatos, id eſt, confirmandi, ac morbo periculoſo laborantes.

CUm Moſes tabernaculum ædificaret, fuit illi à Deo pręceptum, ut ſacrum cõficeret unguentũ

Unctio apud Hebraos.

hoc eſt, ramum olivæ, ſive lauri plenum variis fructib9, *auctor Herodotus*. Sic nos tunc eo anni tempore, cum virent omnia, quaſi per hunc modum, fructuum ubertatem ominamur, ac benè precamur. Item in Umbria præſertim inſigni regione Italiæ, unde nos oriundi ſumus conſuetudo eſt ut quotannis pridie Calend. Martias, id eſt, ea nocte quæ primum diem menſis Martii præcedit, crebros paſſim faciant ignes & pueri facibus, quæ ex arundinibus jam aridis ut plurimum fiunt, accenſis per arva currant, ut precantes fœcunditatem agrorum, tum terrâ jam fœtum parturiente. Quod acceptum dixerim ab ipſis quoq; Romanis, qui quaſi per manus talia nobis ſacra, ſeu celebritates, vel obſervationes tradiderunt: illi enim, ut antea oſtendimus, Cerealia Cereri ſacra colentes, cum facibus noctu currebant, quod Ceres ipſa gerendis fructibus, *prout Ciceroni placet, & nos alibi docuimus*, præſit & quaſi Geres nominata ſit. Eſt & illud ab iiſdem ad poſteros profectũ, quamobrem nunc per Dominica natalia, noſtri miniſtri poteſtatē in dominos habeant, atq; unus eorum dominus creetur, cui cuncti domeſtici ſimul laſcivi & hilares pareant una cum ipſis Dominis, hoc eſt, patribus familiàs. Siquidem hanc libertatem ſervi apud Romanos *ut in Juſtini epitome eſt*, Saturnalibus habebant. Inſtitutum hoc apud Anglos præcipue cuſtoditur. Sed aliud fuit olim apud gentes ſervorum nomē, quod bellorum leges attulerant, ubi capti eſſent: nos autē Dei benignitate ac providentiâ liberi ferè omnes ac fratres auctore Chriſto, uniuſq; civitatis Dei cives ſumus, ac propterea quos habemus domi miniſtros, ſervi appellandi non ſunt, nedum habendi, quod permulti impudenter faciunt. Atq; hoc libertatis munus uni Chriſtianæ religioni duntaxat acceptũ referre debemus. Poſt hunc, alius paris prope laſciviæ ludus ad nos tranſiit: nã ut illi in quinquatrus minoribus, & Megalenſibus, perſonati per urbem ludendo incedebant, ita noſtri morē induc-

Patria Polydori.

Luſtrationes agrorum.

Cerealia.

Servum dominum creare.

Servorum nomē apud veteres.

Libertas Chriſtiana.

Digitized by Google

induendi perſonas non uno vel altero die, nec ſacrorũ cauſâ, ſed turpi inſaniendi ſtudio, duos continuos menſes ante quadrageſimę initium ſtolide ſervant, ſub quibus inveterata, jam delirandi licentia, ſexcenta flagitia quotidie faciunt & illud impunè, perinde quaſi eo modo cuiq; liceat, eſſe ſcelerato, nihilve maleficii credatur committi, ſi vera hominis facies non videatur, perinde ac non pateamus etiam Deo, quem nemo ambigit fandi atq; nefandi juſtum eſſe judicem: qui & improbos pœna, & probos præmio ſemper afficiat. Una omnium regionum Anglia ejuſmodi perſonatas belluas hactenus non vidit, nec quidem vult videre: quando apud Anglos in re hac prę aliis certè ſapientiores, lex eſt, ut capitale ſit ſi quis perſonas induerit. Et quia ſub idẽ tempus illud jejunium quadraginta ſex dierum nobis anniverſarium indicitur, ideo quotannis cuncti ubique gentium in noſtro Chriſtiano orbe, ſtudioſius ſolito adipatis veſcuntur cibis, & non parum multi quibus pręcipua ventris cura eſt, ad vomitum ſaturantur quaſi expleturi futuram famem, cum tamen eorum etiam intemperantior futura ſit abſtinentia: nam quamvis ab eſu panis & carnium abſtineant, bellariis ſe farciunt & azymum panem pro fermentato devorantes, de jejunio gloriãtur. Sic peccata undiq; accumulant, ne adventante Paſchâ, vacui aut fruſtra ad ſuos ſacerdotes adeant, à quibus per confeſſionem maleficiorum onere levandi ſunt. Et hæc omnia ex Romanorum Bacchanalibus ad nos fluxiſſe dixerim.

Bacchanalia Chriſtianorum.

Perſona larvata in Anglia non ferruntur.

Abſtinentia ſimulata.

CAPUT III.

Undè fluxerit mos Ungendi Sacerdotes & Reges, item Baptizatos, id eſt, confirmandi, ac morbo periculoſo laborantes.

CUm Moſes tabernaculum ædificaret, fuit illi à Deo pręceptum, ut ſacrum cõficeret unguentũ

Unctio apud Hebræos.

quo ipſum opus una cum vaſis, ac ſimul ſacerdotes & reges perungi poſſent, qui vocarentur ad ſacerdotium vel regnum. Quo facto, uſus deinde increbuit, ut quemadmodum olim Romanis Imperatoribus indumentū purpuræ inſigne fuit regiæ dignitatis initæ, ſic Hebræis unctio ſacri unguenti nomē ac poteſtatē regiā conferret: *auctor Lactantius*. Quapropter Aaron & filii ejus primum à Moſe, poſtea Saul primus Hebræorum Rex à Samuele propheta unctus eſt: *auctor Joſephus libro Antiq. 6*. Dumq; Saul puerum præmiſiſſet, ſumens propheta (de Samuele loquitur) vas olei ſuper juvenis caput effudit, eumq; cōplexus ait: Eſto tu Rex conſtitutus à Deo, &c. Ita mos inolevit, ut hoc deinde modo tā reges, quā ſacerdotes, conſecrarentur, quib. propterea ſumma ab omnib. haberetur reverentia, ut chariorib' Deo, dicente Domino *Pſal. centeſimoquarto*, Nolite tāgere chriſtos meos, & in Prophetis mėis nolite malignari. Vocat chriſtos perunctos, hoc eſt, reges & ſacerdotes. Docet Cyprianus hujus rei myſterium: Hoc oleo, inquit, antiquitus ſacerdotes ſacrabantur, & reges: & ipſi altarium lapides delibuti, ſpiritalē intelligi volebant ſacris myſteriis ineſſe pinguedinem: & ſicut oleū fluentibus & humidis quibuslibet ſuperfertur, ita excellentia ſacerdotalis & regiæ dignitatis ſecundū formam Dei & Chriſti, ſub ſe omnia continens, regimen & munimentum activæ quàm contemplativæ vitæ obtinet, *& reliqua*. Manavit & ad poſteros hujuſmodi Regum atq; Sacerdotum conſecrationis ratio, qui nunc apud nos ſimiliter ſacro perunguntur chriſmate, etſi longè aliis cæremoniis, prout à patribus inſtitutū eſt. Sic Chriſtiani omnes cum baptizantur, ſic ædes cum ſacrantur, unà cum calicibus, chriſmate linuntur, quod primum divus Sylvėſter, *teſte Innocentio tertio in epiſtolis decretalibus*, fieri præſcripſit. Sed jam ad Chriſti unctionem veniamus. Solet à ſtudioſis quæri, quonam pacto Jeſus fuerit unctus & à quo; quam ſanè rem cum Euſe-

Reges & Sacerdotes ungendi mos.

Unguenti Regii myſtica expoſitio.

Chriſti unctio.

Euſebius *in hiſtoria* non minus verè quã doctè explicet, idcircò placuit ejus verba ſubjicere, ut rei plus fidei eſſet, quæ hæc ſunt: Qualiter Chriſtus effectus ſit, David teſtatur, dicens: Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participib. tuis. Sic indicat, quod unctus ſit De' à Deo, non oleo cõmuni, ſed oleo lætitiæ: nec ſicut participes ejus, id eſt, illi qui in imagine præceſſerant, ſed præ participibus ejus. Per oleum verò lætitiæ in ſacris literis, myſtico ſenſu Spiritus ſanctus deſignatur. Sed de põtificatu ejus, idem David alio in loco in tale aliquid arcanis deſignat eloquiis, tãquam ex perſona patris de filio pronuntiantis: De ventre, inquit, ante luciferum genui te. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Hic autẽ Melchiſedech ſacerdos fuiſſe Dei ſummi refertur, ſed quia non oleo cõmuni perunctus, neq; ex ſucceſſione generis ſuſceperit ſacerdotium, ſicut apud Hebræos mos erat, ideo ſecundum ordinem ejus ſacerdos futurus diciturChriſtus, qui non olei liquore, ſed virtute cæleſtis Spiritus conſecretur. *Hæc Euſebius.* Divus quoq; Hieronymus diſſerens locum Pſalmi, Nolite tãgere chriſtos meos, *quem ſupra citavimus, ſi modo Hieronymi ſint commentarii in omnes Pſalmos ſcripti* de eadem re perbellè docet, ajens: Erubeſcant ergo Judæi, qui dicunt, quoniam ſi non aliquis ungatur regali unguento, nõ poteſt Chriſtus vocari, hoc enim dicunt, quoniam Dominus noſter non eſt Chriſtus, quia non eſt unctus unguento regali. Ecce ante legẽ patriarchæ non uncti regali unguento, Chriſti dicuntur. Chriſti autem ſunt, qui Spiritu S. unguntur: Ergò & Dominus noſter juſtè vocatur Chriſtus, *& reliqua.* Origenes itidem latè meminit de hac Chriſti unctione, *in homilia 12. ſuper Leviticum.* Jam liquidò conſtat quod exponere polliciti ſumus. Chriſma verò græca vox eſt, idẽ latinè eſt, atq; unguentũ, *ἀπὸ τῆς χρίσεως* quæ eſt unctio.

Oleum lætitiæ.

Pontificatus Chriſti.

Melchiſedech.

Objectio Judæorum refutata.

Chriſti qui dicantur.

χρίσμα & χρίσις conſectio.

Fiebat autẽ ex myrrha electa, ireo, cinnanomo, & calamis, qui, *teſte Plinio*, in Arabia, India, & Syria, odorati naſcuntur, quæ ſimul contuſa olivarum oleo miſcebãtur: ſic unguentum ſuaviſſimũ conficiebatur, quo Moſes ipſos ſacerdotes & tabernaculum illiniens purgavit: *auctor Joſephus lib. 3. Antiquitat.* At noſtri ex oleo & opobalſamo, quod eſt, *ut idem Plin l. 12.* tradit, balſami arbuſculæ ſuccus, chriſma faciunt, quod Fabian. Pont. decrevit, ut quotannis renovaretur in Cœna Domini, vetus combureretur. Quidã qui de iis rebus minus ſcitè ſcribunt, hunc errorem non animadvertunt, arbitrantes balſamum ſuccum eſſe, nõ arborem, quod omnibus odoribus præfertur, uni terrarum Judææ cõceſſum. Dioſcorides etiam in Ægypto naſci ait. Lignũ verò balſami xylobalſamum nuncupatur. Quod autẽ epiſcopi baptizatos poſtea chriſmate inungunt, id Clementis primi præceptum eſt, qui juſſerat infantes à baptiſmo ſtatim confirmatum iri, ratus non eſſe perfectum Chriſtianum, qui illud ſacrum per incuriam, non invitus prætermiſiſſet. Et hoc eâ ratione fit: ut in eos per impoſitionem manus pontificis, Spiritus ſanctus infundatur uberius: quod ab Apoſtolis fieri cœptum, *in Actu* teſtatur Lucas, ſcribens: Cum autẽ audiſſent Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria ſermonem Dei, miſerunt ad eos Petrum ac Joannem, qui cum deſcendiſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctum, nondum enim in quenquam illorũ illapſus fuerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Chriſti JESU. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebãt Spiritum ſanctum. Atq; hoc initium fuit confirmationis, quæ à ſolo epiſcopo adminiſtratur in hunc planè modum. Primum quod infantis nomen ſit, rogat: poſtea in fronte ejus circunducit ſuo pollice ſignum crucis, ungendo chriſmate, dicens, verbi gratiã: Paule, vel Paula, ſigno te ſigno crucis, & cõfirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris & Filii & Spi-

Chriſma Catholicorum.

Balſamum.

Xylobalſamum.

Unctio poſt baptiſmum

Formula confirmationis puerorum.

Spiritus ſancti, ut replearis eodem Spiritu ſancto, ac habeas vitam æternam, Amen. Poſtremo alteram infantis malam leviter manu tangit: ſi vero ſit adultus, gravius verberat, ut ejus myſterii reddatur perpetuò memor, dicens, Pax tecum. Sic quoq; ab iiſdem Apoſtolis uſus ungendi periculoſe laborantes manavit, dicente Evangeliſta Marco, cum de diſcipulis loquitur: Egreſſi prædicabant, ut pœnitentiã agerent, & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant. Hinc igitur apparet natum hodie oleo, nõ admiſto opobalſamo, animas ex morbo agentes unguantur. Cujus rei meminit & beatus Jacobus *in epiſtola ſua*, unde quidam malunt illum morem ungendi ægrotos manaſſe. Eâ ratione poſthac Felix quartus mandavit, ut morientes ungerentur.

Ægrotos ungere.

CAPUT IV.

De initio Conjugii Sacerdotalis apud Hebræos, & quando illud Occidentalibus Sacerdotibus interdictum fuerit.

POſcit locus, ut antequam ad alia tranſeamus, aliquid appoſite de initio conjugii ſacerdotalis ſpeciatim dicamus. Itaq; Hebræis ſtudium in primis propagare genus, quo fortaſſe orbis, qui poſt diluvium habitatoribus vacuus erat, oppleretur hominibus. Mãſit & ea cura poſteris: quamobrem *ut ait, Auguſtinus de Bono conjugii*, fas iis eſſet plures habere uxores. Arguit idem, quod eorum legumlator Moſes omnibus ęque conjugiũ conceſſit, ipſis etiã ſacerdotibus, ne naturali mulierum conjunctione privati, ad minus licita temere prolaberentur. Propterea ſi qua mulier nõ genuiſſet, probro habebatur: quod Anna Helcanæ uxor dolens, *ſicut in principio primi regum libri legitur*, vovit Domino Samuele filium, prius quã conciperet. Sed ad Moſen redeo. is *auctore Joſepho libro antiquit. 3. cap. 14.*

Conjugium ſacerdotum ejuſq; cauſa.

conſtituit, ut Sacerdotes uxores ducerent, etiã viduas, quæ neq; captivæ, neq; ancillæ, neq; quibuſvis de cauſis per factum divortium repudiatæ à prioribus viris eſſent: ſummo verò pontifici voluit virginem nuptum dari. Et hæc apud Hebrços, matrimonii etiã ſacerdotalis ratio fuit, quam ab omnibus obſervari oportere, Servator noſter demonſtrat, dicens: Scriptum eſt, propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam. Quod ergò Deus conjunxit, homo non ſeparet. Noſtris autem ſacerdotibus Apoſtolus in primis Paulus (quia Deus *uti Cyprianus ait*, continentiam ſuadet, non jubet) modũ contrahendi matrimonii præſcripſit, ita *ad Timotheum* ſcribens: Oportet igitur Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris maritum. Et *paulò inferius*: Diaconi ſint unius uxoris mariti. Sic complexus eſt omnes ſacris initiatos ordinibus. Quod epiſcopis eſt cõceſſum, illud ipſum & presbyteris datum, quandoquidem ex teſtimonio Hieronymi alibi diximus, olim Epiſcopos vocitari presbyteros. De ſubdiaconis ſiletur, quorum tunc ordo haud ſacer erat. Item Sylveſter primus gradus in ordinibus ſacerdotalibus conſtituit, ut unuſquiſq; uno tantùm ordine contentus eſſet, & unius ſolum uxoris vir. Eſt operæ pretium audire quoſdam ex noſtris Theologis ſuperſtitioſè verecundos detorquere hunc locum ad rem familiarem moderandam, affirmantes per hæc Apoſtolum ſignificare, Epiſcopum nõ debere niſi unum habere epiſcopatum, & Presbyterũ itidem unum ſacerdotiũ poſſidere. Super qua re Hieronymus *ad Oceanum* ita diſſerit: quidam coactè interpretantur uxores pro Eccleſiis, viros pro epiſcopis debere accipi, & hoc in Nicena quoque ſynodo à patribus eſſe decretum, ne de alia in aliam eccleſiam epiſcopus trãsferatur, ne virginis pauperculæ ſocietate cõtemptâ, ditioris adulteræ quærat amplexus, & reliqua. Sed multo futilius nuptias deteſtantur atq; perhorreſcunt

Conjugii inſtitutio.

Modus contrahendi matrimonii ſacerdotib' præſcriptus.

Interpretatio abſurda.

ſcunt,nec volunt credere Paulum locutum eſſe uxori, cum ſcripſerit: Sanè rogo & te compar germana, adjuva eas,&c. Id quod rectè quadrat, ut mulieri mulieres commendentur. Nec obſtat quod Hieronymus *ad Euſtochium ſcribens* aliter ſentire videatur, nempè ſic decuit, ut virginis auribus utcunque multorum exemplis virginitatem inculcaret. Et denique Apoſtolũ virginem prædicant: ex eo potiſſimùm quod dixit,Nã velim omnes homines eſſe, ut ipſe ſum: cum Apoſtolus per hæc innueret, ſe jam à complexu & cõmercio uxoris abſtinere & mente & corpore caſtũ eſſe: quod vel Auguſtinus *de Bono conjugii* declarat, dicens: Sed novi quosdam, qui murmurant: Quid, inquiunt, ſi omnes vellent ab omni concubitu abſtinere,undè ſubſiſteret genus humanum? Utinam omnes hoc vellent, duntaxat in charitate, de corde puro, & conſcientia bona, & fide perfecta, multò citius Dei civitas compleretur,& accelerarctur terminus ſeculi. Quid enim aliud hortari apparet Apoſtolum, ubi ait: Velim omnes eſſe, ut & ipſe ſum? *aut alio loco:* Hoc autem dico fratres, tempus breve eſt, ſupereſt ut qui habent uxores, tanquam non habeant: *hac Auguſtinus.* Arguit Paulus ita ſe feciſſe, dicens: An non habemus poteſtatem ſororem mulierem circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini & Cephas? Appellat uxorem Paulus ſororem, quod eam jam loco ſororis haberet: quãvis Hironymus *adverſus Jovinianũ*, hunc locum magis piè quàm ex re ipſa tractet, quippe qui intelligi vult eas mulieres, quæ ſecundum Judaicũ morem ex ſuis facultatibus,quod opus erat,magiſtris adminiſtrabant, ſicut Sunamitis Heliſæo ſuppeditarat, quod omnino à ſancti viri mente non diſſonat. *Sed propoſitum ſequamur.* Teſtatur idem Clemens Alexandrinus epiſcopus, *quem Euſebius libro Eccleſiaſtica hiſtoriæ tertio citat,* & ait: Sed & Paulum non tædet Apoſtolũ, in quadam epiſtola ſua mentionem vel ſalutationem

Pauli uxor.

Hieronymi opinio.

facere comparis ſuæ, quam ſe ideò negat circumducere, ut ad prædicationem Evangelii expeditior fiat. Affirmat illud idem Ignatius Antiochenus Epiſcopus, qui cum Paulo vixit. Si dubitamus adhuc, audi quæ idem Clemens adverſus hoſce ſcrupuloſos ſanctos, qui nuptias ſpernunt, ſcribat: An & Apoſtolos improbant? Petrus etenim ac Philippus & uxores habuerunt, & filias etiam viris nuptum dederunt. *Et ſequitur:* Ajunt beatum Petrum cum vidiſſet uxorem ſuam duci ad paſſionem, gaviſum eſſe electionis gratiâ, & poſt eam proprio nomine appellantem dixiſſe: O conjux! memento Domini. Sed ecquid eſt, cur in re clara moremur, quando Paulus ita *ad Titum* ſcribit: Hujus rei gratiâ reliqui te in Creta, ut conſtituas presbyteros per ſingulas civitates. Si quis eſt ſine crimine, unius uxoris vir, habens filios fideles. *Hæc ille.* Hunc igitur Apoſtolicum contrahendi matrimonii ritum diu ſervatum conſtat. At poſtea res adſtricta eſt, eâ quidem ratione, ut ſacerdotibus & diaconis liceret virginem habere uxorem, quæ ſi prior naturæ conceſſiſſet, nequaquam fas eſſet viro alteram ducere: ſin illa ſuperſtes foret, tum vidua perpetuò ſecundos non contaminaret hymenæos. Sic virgines nubebant, ſpem & votum uxoris ſemel tranſigentes, & adhærebant ad unum maritum, & maritus ad unam uxorem, ut ad unum corpus, unamq; vitam, ne ulla cogitatio ultrà, neve longior cupiditas eſſet. Græci ejuſmodi nuptiarum morem hodie retinent: nam cum olim, *teſte Gratiano diſtinctione* 31. habitâ Niceæ ſynodo, quæ prima fuit, quam terra vidit Græcia, agitatum eſſet, ut ſacerdotes, diaconi & ſubdiaconi ſe cum uxoribꝰ non amplius commiſcerent, reclamante in primis Paphnutio antiſtite ex Ægypti partibꝰ, viro ſancto ac cælibe, qui jam tum, *ut ex hiſtoria manifeſtè conſtat*, miraculis clarebat illud nō aliud eſſe, niſi præbere cum viris, tum mulieribus peccandi occaſionē, unicuiq; poſtremò data fuit facultas,

Apoſtolos uxores habuiſſe.

Petri conjunx.

Sacerdotibꝰ quales concedendæ uxores.

Diſputatio de ſacerdotum connubio in ſynodo Nicena.

ſtrum mallet, ſequendi. Ita ſacris initiati matrimoniũ continuarũt. Poſt hæc ſextus conventus, qui noviſſim' & celebratiſſim' fuit, Orientali populo *auctore eodem Gratiano*, vivendi regulam præſcripſit, ac demum permiſit ſacerdotes, diaconos atq; ſubdiaconos, uxores habere, quas priusquam ſacris initiarentur ordinibus, duxiſſent. Verùm quemadmodum decet, ut ſacerdos manus abſtineat ab omni macula peccati, qui ſemot' intra templũ, uſibus ſacerdotalibus, ac Dei miniſterio vacet, cum præſertim eſt ſacrificium facturus, quo dies & noctes meditetur de lege Domini, qui ait: Sancti eſtote, quia & ego ſanct' ſum Dominus Deus veſter: ita pari ratione in eadem ſynodo decretũ fuit, ut ſacerdotes cum diaconis, & ſubdiaconis, rem divinam viciſſim facerent, aut in templis adminiſtrarent, & unuſquiſq; ſuę vicis tempore, religionis causâ ſecubaret. Quod ab Hebræis ſumptũ conſtat, id etiã quod Apoſtolus præcepit, dicens: Ne fraudetis vos invicem, niſi ſi quid ex conſenſu, pro tempore, ut vacetis jejunio, & orationi, & rurſum ad idipſum conveniatis, &c. Quin & ethnici religionis causâ, à fœminæ complexu ſecubare ſolebant, in ſacris præſertim cerealib': *teſtis eſt Ovidius*. At Occidentalibus paulatim eſt connubium abrogatum. Syricius n. primus ſacerdotibus & diaconis, *ut aut. Gratianus diſtinctione octogeſima ſecunda*, conjugio interdixit, qui circiter annũ ſalutis humanæ CCCLXXXVII. ſedere cœpit. Idem inſtituit, ut quicunq; aut viduam, aut ſecundam duxiſſet uxorem, ab ordine ſacerdotali pelleretur: ſic per hoc voluit, ut deinceps digamus ad officium ſacerdotis nõ admitteretur, *prout ſupra commemoravimus*. Pelagius ſecund' deinde ſtatuit, ut ſubdiaconi vel uxores à ſe ſepararẽt, vel illis cõtenti, ſacerdotiorũ poſſeſſione cederent: & cum neutrũ admiſiſſent, juſſit, ut omninò uxores, exemplo poſt hõines nãtos importuniſſimo, ab ſe ablegarent. Verũ id decretũ Gregori' q Pelagio ſucceſſit, iniquũ cenſuit, & Evangelio

Conjugium ſacerdotib' permiſſum.

Abſtinentia Christiana.

Connubium ſacerdotib. abrogatum.

Digamus.

Decretum iniquum.

hoc eſt,ramum olivæ,ſive lauri plenum variis fructib⁹ *auctor Herodotus*. Sic nos tunc eo anni tempore, cum virent omnia,quaſi per hunc modum, fructuum ubertatem ominamur,ac benè precamur. Item in Umbria præſertim inſigni regione Italiæ, unde nos oriundi ſumus

Patria Polydori.

conſuetudo eſt ut quotannis pridie Calend Martias, id eſt, ea nocte quæ primum diem menſis Martii præcedit,crebros paſſim faciant ignes & pueri facibus, quæ ex arundinibus jam aridis ut plurimum fiunt, accenſis per arva currant, ut precantes fœcunditatem agrorum,tum terrâ jam fœtum parturiente.

Luſtrationes agrorum.

Quod acceptum dixerim ab ipſis quoq; Romanis, qui quaſi per manus talia nobis ſacra, ſeu celebritates, vel obſervationes tradiderunt: illi enim,ut antea oſtendimus,Cerealia Cereri ſacra colentes, cum facibus noctu currebant,quod Ceres ipſa gerendis fructibus, *prout Ciceroni placet, & nos alibi docuimus*, præſit & quaſi Geres nominata ſit.

Cerealia.

Eſt & illud ab iiſdem ad poſteros profectũ, quamobrem nunc per Dominica natalia, noſtri miniſtri poteſtatẽ in dominos habeant,atq; unus eorum dominus creetur,cui cuncti domeſtici ſimul laſcivi & hilares pareant una cum ipſis Dominis,hoc eſt, patribus familiâs. Siquidem hanc libertatem ſervi apud Romanos *uti in Juſtini epitome eſt*, Saturnalibus habebant. Inſtitutum hoc apud Anglos præcipue cuſtoditur.

Servum dominum creare.

Sed aliud fuit olim apud gentes ſervorum nomẽ,quod bellorum leges attulerant ubi capti eſſent: nos autẽ Dei benignitate ac providentiâ liberi ferè omnes ac fratres auctore Chriſto, uniuſq; civitatis Dei cives ſumus, ac propterea quos habemus domi miniſtros, ſervi appellandi non ſunt,nedum habendi, quod permulti impudenter faciunt. Atq; hoc libertatis munus uni Chriſtianæ religioni duntaxat acceptũ referre debemus.

Servorum nomẽ apud veteres.

Libertas Chriſtiana.

Poſt hunc,alius paris prope laſciviæ ludus ad nos tranſiit:nã ut illi in quinquatriis minoribus, & Megalenſibus,perſonati per urbem ludendo incedebant, ita noſtri morẽ induca-

induendi perſonas non uno vel altero die, nec ſacrorũ cauſâ, ſed turpi inſaniendi ſtudio, duos continuos menſes ante quadrageſimę initium ſtolidè ſervant, ſub quibus inveterata, jam delirandi licentia, ſexcenta flagitia quotidie faciunt & illud impunè, perinde quaſi eo modo cuiq; liceat, eſſe ſcelerato, nihilve maleficii credatur committi, ſi vera hominis facies non videatur, perinde ac non pateamus etiam Deo, quem nemo ambigit fandi atq; nefandi juſtum eſſe judicem: qui & improbos pœna, & probos præmio ſemper afficiat. Una omnium regionum Anglia ejuſmodi perſonatas belluas hactenus non vidit, nec quidem vult videre: quando apud Anglos in re hac prę aliis certè ſapientiores, lex eſt, ut capitale ſit ſi quis perſonas induerit. Et quia ſub idē tempus illud jejunium quadraginta ſex dierum nobis anniverſarium indicitur, ideo quotannis cuncti ubique gentium in noſtro Chriſtiano orbe, ſtudioſius ſolito adipatis veſcuntur cibis, & non parum multi quibus prçcipua ventris cura eſt, ad vomitum ſaturantur quaſi expleturi futuram famem, cum tamen eorum etiam intemperantior futura ſit abſtinentia: nam quamvis ab eſu panis & carnium abſtineant, bellariis ſe farciunt & azymum panem pro fermentato devorantes, de jejunio gloriãtur. Sic peccata undiq; accumulant, ne adventante Paſchâ, vacui aut fruſtra ad ſuos ſacerdotes adeant, à quibus per confeſſionem maleficiorum onere levandi ſunt. Et hæc omnia ex Romanorum Bacchanalibus ad nos fluxiſſe dixerim.

Bacchanalia Chriſtianorum.

Perſona larvata in Anglia non feruntur.

Abſtinentia ſimulata.

CAPUT III.

Undè fluxerit mos Ungendi Sacerdotes & Reges, item Baptizatos, id eſt, confirmandi, ac morbo periculoſo laborantes.

Cum Moſes tabernaculum ædificaret, fuit illi à Deo prçceptum, ut ſacrum cõficeret unguẽtũ

Unctio apud Hebræos.

quo ipſum opus una cum vaſis, ac ſimul ſacerdotes & reges perungi poſſent, qui vocarentur ad ſacerdotium vel regnum. Quo facto, uſus deinde increbuit, ut quem admodum olim Romanis Imperatoribus indumentũ purpuræ inſigne fuit regiæ dignitatis initæ, ſic Hebræis unctio ſacri unguenti nomẽ ac poteſtatẽ regiã conferret: *auctor Lactantius*. Quapropter Aaron & filii ejus primum à Moſe, poſtea Saul primus Hebræorum Rex à Samuele propheta unctus eſt: *auctor Joſephus libro Antiq* 6. Dumq; Saul puerum præmiſiſſet, ſumens propheta (de Samuele loquitur) vas olei ſuper juvenis caput effudit, eumq; cõplexus ait: Eſto tu Rex conſtitutus à Deo, &c. Ita mos inolevit, ut hoc deinde modo tã reges, quã ſacerdotes, conſecrarentur, quib. propterea ſumma ab omnib. haberetur reverentia, ut chariorib⁹ Deo, dicente Domino *Pſal. centeſimoquarto*, Nolite tãgere chriſtos meos, & in Prophetis mẽis nolite malignari. Vocat chriſtos perunctos, hoc eſt, reges & ſacerdotes. Docet Cyprianus hujus rei myſterium: Hoc oleo, inquit, antiquitus ſacerdotes ſacrabantur, & reges: & ipſi altarium lapides delibuti, ſpiritalẽ intelligi volebant ſacris myſteriis ineſſe pinguedinem: & ſicut oleũ fluentibus & humidis quibuslibet ſuperfertur, ita excellentia ſacerdotalis & regiæ dignitatis ſecundũ formam Dei & Chriſti, ſub ſe omnia continens, regimen & munimentum activæ quàm contemplativæ vitæ obtinet, *& reliqua*. Manavit & ad poſteros hujuſmodi Regum atq; Sacerdotum conſecrationis ratio, qui nunc apud nos ſimiliter ſacro perunguntur chriſmate, etſi longè aliis cæremoniis, prout à patribus inſtitutũ eſt. Sic Chriſtiani omnes cum baptizantur, ſic ædes cum ſacrantur, unà cum calicibus, chriſmate linuntur, quod primum divus Sylveſter, *teſte Innocentio tertio in epiſtolis decretalibus*, fieri præſcripſit. Sed jam ad Chriſti unctionem veniamus. Solet à ſtudioſis quæri, quonam pacto Jeſus fuerit unctus & à quo: quam ſanè rem cum Euſe-

Reges & Sacerdotes ungendi mos.

Unguenti Regii myſtica expoſitio.

Chriſti unctio.

Euſebius *in hiſtoria* non minus verè quã doctè explicet, idcircò placuit ejus verba ſubjicere, ut rei plus fidei eſſet, quæ hæc ſunt: Qualiter Chriſtus effectus ſit, David teſtatur, dicens: Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participib. tuis. Sic indicat, quod unctus ſit Deꝰ à Deo, non oleo cõmuni, ſed oleo lætitiæ: nec ſicut participes ejus, id eſt, illi qui in imagine præceſſerant, ſed præ participibus ejus. Per oleum verò lætitiæ in ſacris literis, myſtico ſenſu Spiritus ſanctus deſignatur. Sed de põtificatu ejus, idem David alio in loco in tale aliquid arcanis deſignat eloquiis, tãquam ex perſona patris de filio pronuntiantis: De ventre, inquit, ante luciferum genui te. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Hic autẽ Melchiſedech ſacerdos fuiſſe Dei ſummi refertur, ſed quia non oleo cõmuni perunctus, neq; ex ſucceſſione generis ſuſceperit ſacerdotium, ſicut apud Hebræos mos erat, ideo ſecundum ordinem ejus ſacerdos futurus diciturChriſtus, qui non olei liquore, ſed virtute cæleſtis Spiritus conſecretur. *Hæc Euſebius.*

Oleum lætitia.

Pontificatus Chriſti.

Melchiſedech.

Divus quoq; Hieronymus diſſerens locum Pſalmi, Nolite tãgere chriſtos meos, *quem ſupra citavimus, ſi modo Hieronymi ſint commentarii in omnes Pſalmos ſcripti* de eadem re perbellè docet, ajens: Erubeſcant ergo Judæi, qui dicunt, quoniam ſi non aliquis ungatur regali unguento, nõ poteſt Chriſtus vocari, hoc enim dicunt, quoniam Dominus noſter non eſt Chriſtus, quia non eſt unctus unguento regali. Ecce ante legẽ patriarchæ non uncti regali unguento, Chriſti dicuntur. Chriſti autem ſunt, qui Spiritu S. unguntur. Ergò & Dominus noſter juſtè vocatur Chriſtus, *& reliqua.* Origenes itidem latè meminit de hac Chriſti unctione, *in homilia 12. ſuper Leviticum.* Jam liquidò conſtat quod exponere polliciti ſumus. Chriſma verò græca vox eſt, idẽ latinè eſt, atq; unguentũ, *ἀπὸ τῆς χρίσεως* quæ eſt unctio.

Objectio Judæorum refutata.

Chriſti qui dicantur.

χρίσμα e- … con- fuſio.

Fiebat autẽ ex myrrha electa, ireo, cinnanomo, & calamis, qui, *teſte Plinio*, in Arabia, India, & Syria, odorati naſcuntur, quæ ſimul contuſa olivarum oleo miſcebãtur: ſic unguentum ſuaviſſimũ conficiebatur, quo Moſes ipſos ſacerdotes & tabernaculum illiniens purgavit: *auctor Joſephus lib.3. Antiquitat.* At noſtri ex oleo & opobalſamo, quod eſt, *ut idem Plin l.12.* tradit, balſami arbuſculæ ſuccus, chriſma faciunt, quod Fabian. Pont. decrevit, ut quotannis renovaretur in Cœna Domini, vetus combureretur. Quidã qui de iis rebus minus ſcitè ſcribunt, hunc errorem non animadvertunt, arbitrantes balſamum ſuccum eſſe, nõ arborem, quod omnibus odoribus præfertur, uni terrarum Judææ cõceſſum. Dioſcorides etiam in Ægypto naſci ait. Lignũ verò balſami xylobalſamum nuncupatur. Quod autẽ epiſcopi baptizatos poſtea chriſmate inungunt, id Clementis primi præceptum eſt, qui juſſerat infantes à baptiſmo ſtatim confirmatum iri, ratus non eſſe perfectum Chriſtianum, cui illud ſacrum per incuriam, non invitus prætermiſiſſet. Et hoc eâ ratione fit: ut in eos per impoſitionem manus pontificis, Spiritus ſanctus infundatur uberius: quod ab Apoſtolis fieri cœptum, *in Actis* teſtatur Lucas, ſcribens: Cum autẽ audiſſent Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria ſermonem Dei, miſerunt ad eos Petrum ac Joannem, qui cum deſcendiſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctum, nondum enim in quenquam illorũ illapſus fuerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Chriſti JESU. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebãt Spiritum ſanctum. Atq; hoc initium fuit confirmationis, quæ à ſolo epiſcopo adminiſtratur in hunc planè modum. Primum quod infantis nomen ſit, rogat: poſtea in fronte ejus circunducit ſuo pollice ſignum crucis, ungendo chriſmate, dicens, verbi gratiâ: Paule, vel Paula, ſigno te ſigno crucis, & cõfirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris & Filii & Spi-

Chriſma Catholicorum.

Balſamum.

Xylobalſamum.

Unctio poſt baptiſmum

Formula confirmationis puerorum.

Spiritus ſancti, ut replearis eodem Spiritu ſancto, ac habeas vitam æternam, Amen. Poſtremo alteram infantis malam leviter manu tangit: ſi vero ſit adultus, gravius verberat, ut ejus myſterii reddatur perpetuò memor, dicens, Pax tecum. Sic quoq; ab iisdem Apoſtolis uſus ungendi periculoſe laborantes manavit, dicente Evangeliſta Marco, cum de diſcipulis loquitur: Egreſſi prædicabant, ut pœnitentiā agerent, & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant. Hinc igitur apparet natum hodie oleo, nō admiſto opobalſamo, animas ex morbo agentes ungantur. Cujus rei meminit & beatus Jacobus *in epiſtola ſua*, unde quidam malunt illum morem ungendi ægrotos manaſſe. Eâ ratione poſthac Felix quartus mandavit, ut morientes ungerentur.

Ægrotos ungere.

CAPUT IV.

De initio Conjugii Sacerdotalis apud Hebræos, & quando illud Occidentalibus Sacerdotibus interdictum fuerit.

Poſcit locus, ut antequam ad alia tranſeamus, aliquid appoſite de initio conjugii ſacerdotalis ſpeciatim dicamus. Itaq; Hebræis ſtudium in primis propagare genus, quo fortaſſe orbis, qui poſt diluvium habitatoribus vacuus erat, oppleretur hominibus. Mānſit & ea cura poſteris: quamobrem *ut ait, Auguſtinus de Bono conjugii*, fas iis eſſet plures habere uxores. Arguit idem, quod eorum legumlator Moſes omnibus æque conjugiū conceſſit, ipſis etiā ſacerdotibus, ne naturali mulierum conjunctione privati, ad minus licita temere prolaberentur. Propterea ſi qua mulier nō genuiſſet, probro habebatur: quod Anna Helcanæ uxor dolens, *ſicut in principio primi regum libri legitur*, vovit Domino Samuele filium, prius quā conciperet. Sed ad Moſen redeo. is *auctore Joſepho libro antiquit. 3. cap. 14.*

Conjugium ſacerdotum e, uſq; cauſa.

conſtituit, ut Sacerdotes uxores ducerent, etiã viduas, quæ neq; captivæ, neq; ancillæ, neq; quibuſvis de cauſis per factum divortium repudiatæ à prioribus viris eſſent: ſummo verò pontifici voluit virginem nuptum dari. Et hæc apud Hebręos, matrimonii etiã ſacerdotalis ratio fuit, quam ab omnibus obſervari oportere, Servator noſter demonſtrat, dicens: Scriptum eſt, propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam. Quod ergò Deus conjunxit, homo non ſeparet. Noſtris autem ſacerdotibus Apoſtolus in primis Paulus (quia Deus *uti Cyprianus ait*, continentiam ſuadet, non jubet) modũ contrahendi matrimonii præſcripſit, ita *ad Timotheum* ſcribens: Oportet igitur Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris maritum. Et *paulò inferius*: Diaconi ſint unius uxoris mariti. Sic complexus eſt omnes ſacris initiatos ordinibus. Quod epiſcopis eſt cõceſſum, illud ipſum & presbyteris datum, quandoquidem ex teſtimonio Hieronymi alibi diximus, olim Epiſcopos vocitari presbyteros. De ſubdiaconis ſiletur, quorum tunc ordo haud ſacer erat. Item Sylveſter primus gradus in ordinibus ſacerdotalibus conſtituit, ut unuſquiſq; uno tantùm ordine contentus eſſet, & unius ſolum uxoris vir. Eſt operæ pretium audire quoſdam ex noſtris Theologis ſuperſtitioſè verecundos detorquere hunc locum ad rem familiarem moderandam, affirmantes per hæc Apoſtolum ſignificare, Epiſcopum nõ debere niſi unum habere epiſcopatum, & Presbyterũ itidem unum ſacerdotiũ poſſidere. Super qua re Hieronymus *ad Oceanum* ita differit: quidam coactè interpretantur uxores pro Eccleſiis, viros pro epiſcopis debere accipi, & hoc in Nicena quoque ſynodo à patribus eſſe decretum, ne de alia in aliam eccleſiam epiſcopus trãsferatur, ne virginis pauperculæ ſocietate cõtemptâ, ditioris adulteræ quærat amplexus, & reliqua. Sed multo futilius nuptias deteſtantur atq; perhorreſcunt

Conjugii inſtitutio.

Modus contrahendi matrimonii ſacerdotib⁹ præſcriptus.

Interpretatio abſurda.

ſcunt,nec volunt credere Paulum locutum eſſe uxori, cum ſcripſerit: Sanè rogo & te compar germana, adjuva eas,&c. Id quod rectè quadrat, ut mulieri mulieres commendentur. Nec obſtat quod Hieronymus *ad Euſtochium ſcribens* aliter ſentire videatur, nempè ſic decuit, ut virginis auribus utcunque multorum exemplis virginitatem inculcaret. Et denique Apoſtolū virginem prædicant: ex eo potiſſimùm quod dixit, Nā velim omnes homines eſſe, ut ipſe ſum: cum Apoſtolus per hæc innueret, ſe jam à complexu & cōmercio uxoris abſtinere & mente & corpore caſtū eſſe: quod vel Auguſtinus *de Bono conjugii* declarat, dicens: Sed novi quoſdam, qui murmurant: Quid, inquiunt, ſi omnes vellent ab omni concubitu abſtinere, undè ſubſiſteret genus humanum? Utinam omnes hoc vellent, duntaxat in charitate, de corde puro, & conſcientia bona, & fide perfecta, multò citius Dei civitas compleretur, & acceleraretur terminus ſeculi. Quid enim aliud hortari apparet Apoſtolum, ubi ait: Velim omnes eſſe, ut & ipſe ſum? *aut alio loco:* Hoc autem dico fratres, tempus breve eſt, ſupereſt ut qui habent uxores, tanquam non habeant: *hæc Auguſtinus.* Arguit Paulus ita ſe feciſſe, dicens: An non habemus poteſtatem ſororem mulierem circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini & Cephas? Appellat uxorem Paulus ſororem, quod eam jam loco ſororis haberet: quāvis Hironymus *adverſus Jovinianū,* hunc locum magis piè quàm ex re ipſa tractet, quippe qui intelligi vult eas mulieres, quæ ſecundum Judaicū morem ex ſuis facultatibus, quod opus erat, magiſtris adminiſtrabant, ſicut Sunamitis Heliſæo ſuppeditarat, quod omnino à ſancti viri mente non diſſonat. *Sed propoſitum ſequamur.* Teſtatur idem Clemens Alexandrinus epiſcopus, *quem Euſebius libro Eccleſiaſtica hiſtoriæ tertio citat,* & ait: Sed & Paulum non tædet Apoſtolū, in quadam epiſtola ſua mentionem vel ſalutationem

Pauli uxor.

Hieronymi opinio.

facere comparis ſuæ, quam ſe ideò negat circumducere, ut ad prædicationem Evangelii expeditior fiat. Affirmat illud idem Ignatius Antiochenus Epiſcopus, qui cum Paulo vixit. Si dubitamus adhuc, audi quæ idem Clemens adverſus hoſce ſcrupuloſos ſanctos, qui nuptias ſpernunt, ſcribat: An & Apoſtolos improbant? Petrus etenim ac Philippus & uxores habuerunt, & filias etiam viris nuptum dederunt. *Et ſequitur:* Ajunt beatum Petrum cum vidiſſet uxorem ſuam duci ad paſſionem, gaviſum eſſe electionis gratiâ, & poſt eam proprio nomine appellantem dixiſſe: O conjux! memento Domini. Sed ecquid eſt, cur in re clara moremur, quando Paulus ita *ad Titum* ſcribit: Hujus rei gratiâ reliqui te in Creta, ut conſtituas presbyteros per ſingulas civitates. Si quis eſt ſine crimine, unius uxoris vir, habens filios fideles. *Hæc ille.* Hunc igitur Apoſtolicum contrahendi matrimonii ritum diu ſervatum conſtat. At poſtea res adſtricta eſt, eâ quidem ratione, ut ſacerdotibus & diaconis liceret virginem habere uxorem, quæ ſi prior naturæ conceſſiſſet, nequaquam fas eſſet viro alteram ducere: ſin illa ſuperſtes foret, tum vidua perpetuò ſecundos non contaminaret hymenæos. Sic virgines nubebant, ſpem & votum uxoris ſemel tranſigentes, & adhærebant ad unum maritum, & maritus ad unam uxorem, ut ad unum corpus, unamq; vitam, ne ulla cogitatio ultrà, neve longior cupiditas eſſet. Græci ejuſmodi nuptiarum morem hodie retinent: nam cum olim, *teſte Gratiano diſtinctione* 31. habitâ Niceæ ſynodo, quæ prima fuit, quam terra vidit Græcia, agitatum eſſet, ut ſacerdotes, diaconi & ſubdiaconi ſe cum uxoribus non amplius commiſcerent, reclamante in primis Paphnutio antiſtite ex Ægypti partibus, viro ſancto ac cælibe, qui jam tum, *ut ex hiſt. tripartita conſtat,* miraculis clarebat illud nō aliud eſſe, niſi præbere cum viris, tum mulieribus peccandi occaſionē, unicuiq; poſtremò data fuit facultas,

Apoſtolos uxores habuiſſe.

Petri conjunx.

Sacerdotibus quales concedenda uxores.

Diſputatio de ſacerdotum connubio in ſynodo Nicena.

trum mallet, ſequendi. Ita ſacris initiati matrimoniũ continuarũt. Poſt hæc ſextus conventus, qui noviſſim' & celebratiſſim' fuit, Orientali populo *auctore eodem Gratiano*, vivendi regulam præſcripſit, ac demum permiſit ſacerdotes, diaconos atq; ſubdiaconos, uxores habere, quas priusquam ſacris initiarentur ordinibus, duxiſſent. Verùm quemadmodum decet, ut ſacerdos manus abſtineat ab omni macula peccati, qui ſemot' intra templũ, uſibus ſacerdotalibus, ac Dei miniſterio vacet, cum pręſertim eſt ſacrificium facturus, quo dies & noctes meditetur de lege Domini, qui ait: Sancti eſtote, quia & ego ſanct' ſum Dominus Deus veſter: ita pari ratione in eadem ſynodo decretũ fuit, ut ſacerdotes cum diaconis, & ſubdiaconis, rem divinam viciſſim facerent, aut in templis adminiſtrarent, & unuſquiſq; ſuę vicis tempore, religionis causâ ſecubaret. Quod ab Hebræis ſumptũ conſtat, id etiã quod Apoſtolus præcepit, dicens: Ne fraudetis vos invicem, niſi ſi quid ex conſenſu, pro tempore, ut vacetis jejunio, & orationi, & rurſum ad idipſum conveniatis, &c. Quin & ethnici religionis causâ, à fœminæ complexu ſecubare ſolebant, in ſacris præſertim cerealib': *teſtis eſt Ovidius*. At Occidentalibus paulatim eſt connubium abrogatum. Syricius n. primus ſacerdotibus & diaconis, *ut ait Gratianus diſtinctione octogeſima ſecunda*, conjugio interdixit, qui circiter annũ ſalutis humanæ CCCLXXXVII. ſedere cœpit. Idem inſtituit, ut quicunq; aut viduam, aut ſecundam duxiſſet uxorem, ab ordine ſacerdotali pelleretur: ſic per hoc voluit, ut deinceps digamus ad officium ſacerdotis nõ admitteretur, *prout ſupra commemoravimus*. Pelagius ſecund' deinde ſtatuit, ut ſubdiaconi vel uxores à ſe ſepararẽt, vel illis cõtenti, ſacerdotiorũ poſſeſſione cederent: & cum neutrũ admiſiſſent, juſſit, ut omninò uxores, exemplo poſt hõĩes nã tos importuniſſimo, ab ſe abiegarent. Verũ id decretũ Gregori' q Pelagio ſucceſſit, iniquũ cenſuit, & Evangelio

Conjugium ſacerdotib' permiſſum.

Abſtinentia Chriſtiana.

Connubium ſacerdotib. abrogatum.

Digamus.

Decretum iniquum.

gelio contrarium, quod jubet uxorem ſtupri cauſâ tantùm dimitti, & idcircò ſanxit, ut nullus amplius fieret ſubdiaconus, niſi ſe caſtè victurum prius promiſiſſet, quo ſic cunctis legem continentiæ imponeret. Voluit, opinor, Gregorius minores coercere, ut illorū exemplo, majores ex Syricii decreto, mox ſuâ ſponte matrimonia ſpernerent. Eò quoque pertinet, cum in ſuo dialogo laudat presbyterum quendam, qui presbyteram ſuam, id eſt uxorem, ut ſororem abſtinendo coleret. Cæterum non tenuit quempiam tum primū iſta Gregoriana lex, ſicut antea Calixti decretum non eſt ſervatum, quem idem, Gratianus auctor eſt, primū ſacerdotibus univerſis indixiſſe cælibatum. Alii id Eugenio poſt Gregorium attribuunt. Præterea illud ipſū cum Meldenſi ſynodo, tum Carthaginenſi eſt magno omnium conſenſu ſtatutum, *ſicut in canonicis decretis diſtinctione triceſima ſecunda & octogeſimaquarta legimus*. Ita aliis denique ſuper aliis promulgatis legibus, non ante pontificatum Gregorii ſeptimi, qui anno ſalutis M LXXIV. eſt pontifex creatus, conjugiū adimi Occidentalibus ſacerdotibus potuit. Quod veriſſimū eſſe teſtatur Leo nonus, qui paulò ante iſtū Gregorium ſedem tenuit Apoſtolicam, ita adverſus quendam Abbatem nomine Nicetam ſcribens: Omninò cōfitemur, non licere Epiſcopo, presbytero & diacono propriam uxorem causâ religionis abjicere à cura ſua, ſed ut ei victum & veſtitum largiatur, ac non ut cum illa carnaliter ex more jaceat, ſicut & ſanctos Apoſtolos legimus feciſſe, beato Paulo Apoſtolo dicente: An non habemus poteſtatem ſororem mulierem circunducendi? *Hac ille apud Gratianum.* Sed ne plura, ut, contra atq; noſtrum eſt inſtitutum, ne videamur res potius definire, quàm earum initia prodere. Illud tamen dixerim, tantum abſuiſſe, ut iſta coacta caſtitas illam conjugalem vicerit, ut etiam nullius delicti crimē majus ordini dedecus, plus mali religioni, plus doloris

Cælibatus clero indictus.

Uxores quatenus ſacerdotibus permiſſa.

Caſtitas coacta.

loris omnibus bonis impreſſerit, inuſſerit, attulerit, quàm ſacerdotum libidinis labes. Proinde forſitan tā è republica Chriſtiana, quàm ex ordinis uſu eſſet, ut tandem aliquando jus publici matrimonii ſacerdotib⁹ reſtitueretur, quod illi ſine infamia ſanctè potius colerent, quàm ſe ſpurciſſimè ejuſcemodi naturæ vitio turpificarent. Quod ne id accideret ſummæ etiam veteribus curæ fuiſſe conſtat: quando apud Romanos Flamen dialis, *uti ſupra demonſtravimus*, ea de cauſa, mortuâ uxore ſacerdotio ſe abdicabat, quia vita ſacerdotis non modo deberet eſſe quàm caſtiſſima, verùm etiam omni turpioris intemperantiæ ſuſpicione carere.

CAPUT V.

Qua ratione ab initio inter mortales Matrimonium fuerit contractum, & intra quos Cognationis Gradus, tam apud illos, quàm poſt apud nos: ac ibidem, an ulli unquam per leges licuerit plures ſimul habere uxores: & jus Connubii filiorum eſſe in poteſtate parentum: atque undè mos ſit, ut Puerperæ purgentur.

UT ſupra de ſacerdotali conjugio eſt non intempeſtive explicatum, ſic hoc loco de reliquorum Chriſtianorum, deque contrahendi modo aptè diſſerendum, quo in ducendis uxoribus pateat, quotus neceſſitudinis gradus legitimus ſit, quandove uxorū multitudo fuerit interdicta. Itaq; jam inde à principio orbis, cœpere fratres & ſorores inter ſe matrimonio jungere, cum non haberent remotiorem propinquitatem, cum qua copularentur. Undè contigit, ut Adam unus homo, ſimul pater, ſimul ſocer eſſet: & Eva ejus uxor ſimiliter uterque liberorum ſexus & mater & ſocrus. Duravit usque eò hæc apud Hebræos conjugii ratio, dum paulatim charitas effecit, ut homines qui-

Matrimonia contrahendi ratio indiſcreta.

bus

bus cordi eſſet concordia: diverſarum neceſſitudinum vinculis necterentur, ne unus in una multas haberet, ſed ſingulæ diffunderentur in ſingulos, ac ſic ad ſocietatem vitæ ſtudioſius conciliandam, plurimæ neceſſitudines plurimos complecterentur. Hinc denique ad conſobrinas & neptes, ad aliaſque minus propinquas tranſitum eſt. Sic Abraham Saram ex Aram fratre neptem in matrimoniũ duxit: ſic Jacob Liam & Rachel filias Laban avunculi: ſic alii alias poſtremò nullo ſibi genere propinquas. Fuit tamen illis curæ, *teſte Auguſtino de Civitate Dei lib.* 11. propinquitatem, ne propaginum ordinib' ſe ſenſim dirimens longius abiret, & propinquitas eſſe deſineret, nondum procul locatam rurſum matrimonii vinculo colligare, & quodãmodo revocare fugientẽ, quo per id in una familia, vel tribu, opes in perpetuũ remanerent. Ac ideo ſuo genere virorum & fœminarum paria jungi voluit Moſes, dicens: Omnes viri ducant uxores de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiant, ut hæreditas permaneat in familiis. *Hoc ſcriptum leges in numeris.* At nunquam licuit plures ſimul habere uxores, vetante Domino ac dicente Adam primo parenti, cui Evam copulavit uxorem: Propterea deſeret homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam. Sic Deus per unum par hominum, hoc eſt, maris & fœminæ voluit conjugium confici. Verùm uti mulierum inopia in cauſa fuit, quamobrem fratres à principio ſibi ſorores conjugio ſociarint, ſic paucitate populi factũ videtur, ut Hebræorũ quidam propagandæ ſobolis ſtudio, plures interdum uxores ſimul habuerint: primuſq; eam legem violare auſus fuerit Lamech, qui, *ut in Geneſeos libro eſt*, duas ſimul habuit in matrimonio fœminas, cujus poſtea complures extiterunt imitatores. Quod facinus divus Auguſtinus ita diluit, diſſerens: Objiciuntur Jacob quatuor uxores, quia mos erat. cn-

Propinquitas graduũ obſervata in cõnubiis.

Lex de tribu nõ egrediendo.

Polygamia prohibita.

Polygamiæ cauſa.

Patrum teſtimonia.

men non erat. Sicut patriarchæ conjugibus accipientibus ſemen ſuum miſcebantur, non concupiſcentiâ perficiendæ voluptatis ſed providentiâ propagandæ ſucceſſionis: ſic Apoſtoli auditoribus admirantibus doctrinam ſuam condelectabantur, non aviditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis. *Hactenus ille.* Tertullian⁹ verò *lib. ad uxorem primo* ait id factum, ut eſſet quod nova lex reſcinderet. Et Chryſoſtomus *homil. 55. in Geneſin*, de ea re ſcribit: Tum.n. quia principia erant, permiſſum fuit cum duabus, vel tribus, vel plurib⁹ uxoribus miſceri, ut humanum genus propagaretur, & pietas incrementum acciperet. At Chriſtus adveniens omnẽ illam veterum conſuetudinem abolevit. Vides, quomodo non oporteat conſuetudinem prætexere, ſed quod juſtum eſt, inquirere, &c. Inde par eſt credere, ad barbaros eum ritum manaſſe, qui, *velut ſupra oſtendimus*, ſinguli binas pluresq́ pro opib⁹ uxores ducebant, quod Saraceni ex Machumeti præcepto turpiter ſervant. Sed ad propoſitũ redeamus. Poſtremò Moſes moderaturus nuptiis, ſtatuit, ne quiſquam primo vel altero cognationis gradu propinquam duceret uxorem, ut ipſa neceſſitudo libidine concumbendi non turparetur, quam ethnici eo modo maximè inquinabant: nam Medi, Arabes, & plerique alii, *ſicut in primo hujus operis volumine, cum de matrimonii origine prodidimus, eſt demonſtratum*, ſorores cum matribus ductabant uxores. Romani verò neptes ad ultimum ſibi copulabant, ejusque rei initiũ Plutarchus *in Problem.* ponit ſcribens: Superioribus n. temporibus qui ſe aliquâ neceſſitudine attigiſſent, uxores nõ ducebant, quemadmodũ nec nunc quidem ſorores. Sed nón ita pridem factum, ut neptes uxores ducere permitteret. Vir quidam ſanè pauper, cæterum bonus & cumprimis popularibus acceptus, cum neptem, cui dos ampla eſſet relicta, in matrimoniu accepiſſet, locuples ex eo & copios⁹ fact⁹ eſt, ejus rei accu-

Juſtum prævalet conſuetudini.

Gradus prohibiti.

Locus Plutarchi.

ſatus

ſatus judicio multitudinis abſolutus eſt. Plebiſcitum deinde factum, ut in ducendis uxoribus, ad neptes uſque aſcendere liceret, ſuperiore neceſſitudine prohibita. At noſtris, quorum juſtitia ſecundum præceptũ Chriſti, plus quam Phariſæorum, nedum aliorum, abundare ſemper debuit, modus contrahendi matrimonii multo honeſtior eſt datus, quo per mulieres & honore & poteſtate augerentur, ſi multos habere viderentur affines, utve ne barbarico more ſinguli plures ductarent uxores, aut nulla habita propinquitatis ratione, cum quibusvis mulieribus ſeſe matrimonio jũgerent, neve libidine fortè flagrantes puellas ſpe connubii ad ſtuprum illectas violarent, ac mox optati cõpotes cum remotis arbitris fidem dediſſent, eas deſiderio fraudare volentes, pacto ſtare, quod ſæpè fit, negarent. Itaque primò Apoſtolus uxorum multitudine interdixit, ad Corinth. ſcribens: Attamen propter ſtupra vitanda, unusquisque ſuam habeat uxorem: & unaquæque virum ſuum habeat. Deinde Fabianus, *teſte Gratiano*, præter illos duos gradus, primum & ſecundum per Moſen prohibitos, primus tertio & quarto noſtris interdixit, quo deinceps nemini fas eſſet, mulierẽ affinitate conjunctam circa quintum gradum, vinculo ſibi conjugali ſociare, propterea quod eſt neſcio quid naturalis verecundiæ nobis innatum, quo facilè abhorreamus ab ejusmodi propinquorum colligatione, corporum commiſcendorum causâ. At Julius deinde ut populo Chriſtiano arctiores paulatim morum limites poneret, prohibuit, ne usque ad ſeptimum gradum matrimonia cõtraherẽt: quod & divus Gregorius comprobavit. Ad extremum verò cum iſtiusmodi patrum ſeveritas efficeret, ut in ſua jam quisque civitate minus connubium ſibi inveniret, cogereturque per hoc, aut à finitimis petere, aut illis dare unde hæreditas ſæpè numero diſtraheretur, placuit Innocentio tertio, Chriſtiani populi commodo

Modus contrahendi matrimonii apud Chriſtianos

Grad' Chriſtianis prohibiti.

modo tempeſtivè providere. Is enim Fabiani decretũ jampridem antiquatum revocans ſtatuit, ut cunctis dein in perpetuum liceret eas in matrimonium ducere, quæ neque cognationis, neq; affinitatis gradu primo, altero, tertio & quarto ipſos attingerent: quod hodie ritè ſervatur. *Extat id decretum in libro decretalium Epiſtolarum quarto eo capite, cujus principium eſt, Non debet.* Eſt etiam modus inter cognationem, quam dicunt ſpiritualem copulatos, poſitus à Theodato pontifice, qui primus ſanxit, ne quis eam puellã duceret uxorem, quam ex baptiſmi fonte levaſſet pater. Eſt & ex quadam honeſtate à Gregorio, & poſt eũ ab Alexandro tertio ſtatutum, ne ſponſam fratris relictam frater in matrimonio haberet, ne Hebræorum videretur imitatio, apud quos, ut frater fratris ſine liberis mortui uxorem duceret, ſobolis ſuſcipiendæ atque perpetuandæ cauſa, fas erat. Item Evariſtus prim⁹ decrevit, inceſtum haberi connubium, cui ſacerdos nõ adfuiſſet, conſecraſſetque illud, ac niſi puella à parentibus ſolenni more viro deſponſata foret: non nemo Sotero id aſſignat. Sic nuptiarum arbitrium jam inde ab initio in parentum poteſtate fuit, quando Moſes de eare ita ſanxerat *in Exodo* ſtatuens: Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritq; cum ea dotabit eam & habebit uxorem: ſi pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt. Sic filius Tobiæ Sarã, tradente Raguel patre puellæ, duxit uxorem. Talia Ethnici quoque ſervabant, vel teſte Terentio, qui *in ſua Andria* facit Simonem patrem parantem nuptias filio Pamphilo valde invito. Idem teſtificatur Apulejus, qui *ſexto Aſini lib.* facit etiam Venerem argumentantem, non videri legitimas inter Cupidinem & Pſychen nuptias, propter diſparilem generis conditionẽ & quod res acta eſſet furtim, ſine teſtibus, patre non cognoſcente. Sed Catullus præclarè quidem *carmine*

Cognatio ſpiritualis nubentibus interdicta.

Connubiũ inceſtum.

Poteſtas parentum in ſponſalibus.

fatus judicio multitudinis abſolutus eſt. Plebiſcitum deinde factum, ut in ducendis uxoribus, ad neptes uſque aſcendere liceret, ſuperiore neceſſitudine prohibita. At noſtris, quorum juſtitia ſecundum præceptũ Chriſti, plus quam Phariſæorum, nedum aliorum, abundare ſemper debuit, modus contrahendi matrimonii multo honeſtior eſt datus, quo per mulieres & honore & poteſtate augerentur, ſi multos habere viderentur affines, utve ne barbarico more ſinguli plures ductarent uxores, aut nulla habita propinquitatis ratione, cum quibusvis mulieribus ſeſe matrimonio jũgerent, neve libidine fortè flagrantes puellas ſpe connubii ad ſtuprum illectas violarent, ac mox optati cõpotes cum remotis arbitris fidem dediſſent, eas deſiderio fraudare volentes, pacto ſtare, quod ſæpè fit, negarent. Itaque primò Apoſtolus uxorum multitudine interdixit, ad Corinth. ſcribens: Attamen propter ſtupra vitanda, unusquisque ſuam habeat uxorem: & unaquæque virum ſuum habeat. Deinde Fabianus, *teſte Gratiano*, præter illos duos gradus, primum & ſecundum per Moſen prohibitos, primus tertio & quarto noſtris interdixit, quo deinceps nemini fas eſſet, mulierẽ affinitate conjunctam circa quintum gradum, vinculo ſibi conjugali ſociare, propterea quod eſt neſcio quid naturalis verecundiæ nobis innatum, quo facilè abhorreamus ab ejusmodi propinquorum colligatione, corporum commiſcendorum causâ. At Julius deinde ut populo Chriſtiano arctiores paulatim morum limites poneret, prohibuit, ne usque ad ſeptimum gradum matrimonia cõtraherẽt: quod & divus Gregorius comprobavit. Ad extremum verò cum iſtiusmodi patrum ſeveritas efficeret, ut in ſua jam quisque civitate minus connubium ſibi inveniret, cogereturque per hoc, aut à finitimis petere, aut illis dare undè hæreditas ſæpè numero diſtraheretur, placuit Innocentio tertio, Chriſtiani populi commodo

Modus contrahendi matrimonii apud Chriſtianos

Grad⁹ Chriſtianis prohibiti.

modo tempeſtivè providere. Is enim Fabiani decretū jampridem antiquatum revocans ſtatuit, ut cunctis dein in perpetuum liceret eas in matrimonium ducere, quæ neque cognationis, neq; affinitatis gradu primo, altero, tertio & quarto ipſos attingerent: quod hodie ritè ſervatur. *Extat id decretum in libro decretalium Epiſtolarum quarto eo capite, cujus principium eſt, Non debet.* Eſt etiam modus inter cognationem, quam dicunt ſpiritualem copulatos, poſitus à Theodato pontifice, qui primus ſanxit, ne quis eam puellā duceret uxorem, quam ex baptiſmi fonte levaſſet pater. Eſt & ex quadam honeſtate à Gregorio, & poſt eū ab Alexandro tertio ſtatutum, ne ſponſam fratris relictam frater in matrimonio haberet, ne Hebræorum videretur imitatio, apud quos, ut frater fratris ſine liberis mortui uxorem duceret, ſobolis ſuſcipiendæ atque perpetuandæ cauſa, fas erat. Item Evariſtus prim⁹ decrevit, inceſtum haberi connubium, cui ſacerdos nō adfuiſſet, conſecraſſetque illud, ac niſi puella à parentibus ſolenni more viro deſponſata foret: non nemo Sotero id aſſignat. Sic nuptiarum arbitrium jam inde ab initio in parentum poteſtate fuit, quando Moſes de eare ita ſanxerat *in Exodo* ſtatuens: Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritq; cum ea dotabit eam & habebit uxorem: ſi pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt. Sic filius Tobiæ Sarā, tradente Raguel patre puellæ, duxit uxorem. Talia Ethnici quoque ſervabant, vel teſte Terentio, qui *in ſua Andria* facit Simonem patrem parantem nuptias filio Pamphilo valde invito. Idem teſtificatur Apulejus, qui *ſexto Aſini lib.* facit etiam Venerem argumentantem, non videri legitimas inter Cupidinem & Pſychen nuptias, propter diſparilem generis conditionē & quod res acta eſſet furtim, ſine teſtibus, patre non cognoſcente. Sed Catullus præclarè quidem *carmine*

Cognatio ſpiritualis nubentibus interdicta.

Connubiū inceſtum.

Poteſtas parentum in ſponſalibus.

U

ſatus judicio multitudinis abſolutus eſt. Plebiſcitum deinde factum, ut in ducendis uxoribus, ad neptes uſque aſcendere liceret, ſuperiore neceſſitudine prohibita. At noſtris, quorum juſtitia ſecundum præceptū Chriſti, plus quam Phariſæorum, nedum aliorum, abundare ſemper debuit, modus contrahendi matrimonii multo honeſtior eſt datus, quo per mulieres & honore & poteſtate augerentur, ſi multos habere viderentur affines, utve ne barbarico more ſinguli plures ducterent uxores, aut nulla habita propinquitatis ratione, cum quibusvis mulieribus ſeſe matrimonio jūgerent, neve libidine forte flagrantes puellas ſpe connubii ad ſtuprum illectas violarent, ac mox optati cōpotes cum remotis arbitris fidem dediſſent, eas deſiderio fraudare volentes, pacto ſtare, quod ſæpè fit, negarent. Itaque primò Apoſtolus uxorum multitudine interdixit, ad Corinth. ſcribens: Attamen propter ſtupra vitanda, unusquisque ſuam habeat uxorem: & unaquæque virum ſuum habeat. Deinde Fabianus, *teſte Gratiano*, præter illos duos gradus, primum & ſecundum per Moſen prohibitos, primus tertio & quarto noſtris interdixit, quo deinceps nemini fas eſſet, mulierē affinitate conjunctam circa quintum gradum, vinculo ſibi conjugali ſociare, propterea quod eſt neſcio quid naturalis verecundiæ nobis innatum, quo facilè abhorreamus ab ejusmodi propinquorum colligatione, corporum commiſcendorum causâ. At Julius deinde ut populo Chriſtiano arctiores paulatim morum limites poneret, prohibuit, ne usque ad ſeptimum gradum matrimonia cōtraherēt: quod & divus Gregorius comprobavit. Ad extremum verò cum iſtiusmodi patrum ſeveritas efficeret, ut in ſua jam quisque civitate minus connubium ſibi inveniret, cogereturque per hoc, aut à finitimis petere, aut illis dare unde hæreditas ſæpè numero diſtraheretur, placuit Innocentio tertio, Chriſtiani populi commodo

Modus contrahendi matrimonii apud Chriſtianos

Grad' Chriſtianis prohibiti.

modo tempeſtivè providere. Is enim Fabiani decretū jampridem antiquatum revocans ſtatuit, ut cunctis dein in perpetuum liceret eas in matrimonium ducere, quæ neque cognationis, neq; affinitatis gradu primo, altero, tertio & quarto ipſos attingerent: quod hodie ritè ſervatur. *Extat id decretum in libro decretalium Epiſtolarum quarto eo capite, cujus principium eſt, Non debet.* Eſt etiam modus inter cognationem, quam dicunt ſpiritualem copulatos, poſitus à Theodato pontifice, qui primus ſanxit, ne quis eam puellā duceret uxorem, quam ex baptiſmi fonte levaſſet pater. Eſt & ex quadam honeſtate à Gregorio, & poſt eū ab Alexandro tertio ſtatutum, ne ſponſam fratris relictam frater in matrimonio haberet, ne Hebræorum videretur imitatio, apud quos, ut frater fratris ſine liberis mortui uxorem duceret, ſobolis ſuſcipiendæ atque perpetuandæ cauſa, fas erat. Item Evariſtus prim⁹ decrevit, inceſtum haberi connubium, cui ſacerdos nō adfuiſſet, conſecraſſetque illud, ac niſi puella à parentibus ſolenni more viro deſponſata foret: nonnemo Sotero id aſſignat. Sic nuptiarum arbitrium jam inde ab initio in parentum poteſtate fuit, quando Moſes de eare ita ſanxerat *in Exodo* ſtatuens: Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritq; cum ea dotabit eam & habebit uxorem: ſi pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt. Sic filius Tobiæ Sarā, tradente Raguel patre puellæ, duxit uxorem. Talia Ethnici quoque ſervabant, vel teſte Terentio, qui *in ſua Andria* facit Simonem patrem parantem nuptias filio Pamphilo valde invito. Idem teſtificatur Apulejus, qui *ſexto Aſini lib.* facit etiam Venerem argumentantem, non videri legitimas inter Cupidinem & Pſychen nuptias, propter diſparilem generis conditionē & quod res acta eſſet furtim, ſine teſtibus, patre non cognoſcente. Sed Catullus præclarè quidem *carmine*

Cognatio ſpiritualis nubentibus interdicta.

Connubiū inceſtum.

Poteſtas parentum in ſponſalibus.

ſuo nuptiali, eam ipſam, ut ita dicam, naturæ legem cui parendum ſit, edocet:

At tu ne pugna cum tali conjuge virgo.
Non æquum eſt pugnare, pater cui tradidit ipſe,
Ipſe pater cum matre, quibus parére neceſſe eſt.
Virginitas, non tota tua eſt, ex parte parentum eſt,
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia ſola tua eſt, noli pugnare duobus,
Qui genero ſua jura ſimul cum dote dederunt.

Unde meritò jam pudeat Chriſtiani nominis viros, qui poſthabitis tam noſtris quàm priſcorum legibus, clandeſtina quotidie ſponſalia faciunt, qui propterea nihil mirentur, ſi matrimonia ipſa minus ſibi proſpera ſint. Ea ſponſalia poſtea utriuſque ſponſi & ſponſæ cõſenſione rata fiebant. Et illud etiam ab Hebræis acceptum videtur: ita enim Rebecca cum peteretur uxor Iſaac filio Abraham, à Bathuele patre interrogata eſt, num vellet nuptum dari ipſi Iſaac? Sic nunc apud nos conſenſus in matrimonii fœdere faciundo exquiritur, quia ſatis conſtat, Chriſtum de ea re nihil innovaſſe, cùm *apud Matthæum* dixerit: Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet. Cæterum haud una eſt iſtiuſmodi conſenſionis verba proferendi formula: nam apud Italos, vir ætate gravis interrogat virum & fœminam, nũ alter alteri velit nubere. Apud Anglos ipſi pactum faciunt: vir .n. ita ait, ut eorum vobis utar: Ego te mihi uxorem accipio; & illa, Ego te mihi maritũ. Poſthæc, junctis dexteris, inter ſe oſculantur, & vir annulum inſignem velut rei geſtæ teſtem, ac conjunctionis pignus ſponſæ digito, qui minimo dextræ manus proximus eſt, indit. Utrunque à veteribus, qui ante initium noſtræ religionis eo ritu utebant, *quemadmodũ ſuprà in primo libro demonſtravimus*, ad nos manavit, teſte Tertulliano, qui *lib. de Virginibus velandis* ita ſcribit: Si autem ad deſponſationem velantur, quia & corpore & ſpiritu maſculo miſtæ ſunt, pe oſculum

Sponſalia clandeſtina

Conſenſus nubentium

Formula conſenſionis varia.

Annulus connubialis.

oſculum, & dexteras. Et *in Apologetico, cum de continentia mulierum Romanarum amiſſa*, inquit: Circa fœminas quidem, etiam illa majorum inſtituta ceciderunt, quæ modeſtiæ, quæ ſobrietati patrocinabantur, cum aurum nulla norat, præterquam unico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo. *Hac ille.* Quod autem puerperæ purgantur, hoc ab Hebræis eſt acceptum in Levitico enim ſcriptum legimus, Si mulier ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus, & die octavo circuncidetur infantulus: ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ: ſin fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadis, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Cum expleti fuerint dies luſtrationis ejus pro filio ſive filia, deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum colũbæ, ſive turturem pro peccato, *& reliq.* Cæterùm apud nos non eſt ejuſmodi luſtrationi ſtatutum tempus, ne mulieribus diutius expectando, *ut Innocentius ait*, pœna qua pariendo afficiuntur, converti videatur in culpam. Solent tamen hodie honeſtatis causâ, non ante mẽſem à partu exactum purgari, quæ tunc matronis aliquot comitatæ templum adeunt, & loco agni columbæ, vel turturis, cercam candelam offerunt: & cum alibi, tũ in Anglia, illud etiam linteum, quo infans ex ſacro baptiſmatis fonte ſuſceptus involvitur, quod vulgò chriſmatorium vocant, quod eo abſtergatur chriſma, quo infans eſt unctus, qui ſi fortè ante diem purgationis matris moriatur, eo ipſo linteo circunſeptus ad ſepulturam datur.

Puerpera purgatio.

Luſtratio puerpera Chriſtiana.

Chriſmatorium.

CAPUT VI.

De principio ſacrarum Aedium, atque ubi ſit præcipuus orandi locus, ac de Altarium & Cœmiteriorũ initio, & quando primũ Crux cœperit haberi honori atq; venerationi.

HAſtenus de fundamento templi ſpiritualis, deinde de ejus, quod eſt ex materia dicendum. Illius apud nos conditor fuit Chriſtus, qui docuit, ut Deum ſpiritu coleremus, Apoſtolo dicente: Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Et quoniam ſpiritus noſter corpore continetur, hinc factum eſt, ut continens corpus dictum ſit templum. Utrunq; affirmat idem Apoſtolus, *ſuis ita ſcribens Corinthiis*: An neſcitis quod templũ Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Templum tale ex carne & oſſibus conſtans rerum omniũ opifex Deus principiò finxit. Is fuit Adam noſter primus parens, *ut ſupra diximus*. Ex materia poſt hæc Moſes primò tabernaculũ Deo poſuit, ubi preces & pia vota illi exolverentur, & in eo facta eſt arca, in qua lapideas clauſerũt tabulas, in quibus inciſæ erant leges. Deinde Solomon Rex templum Hieroſolymis magnificentiſſimo apparatu ædificavit. Hæc fuit ſynagogæ materia, ut vulgò nunc vocatur: ſpiritualem nominat Dominus, ita alloquens Moſen: Sume Aaron & filios ejus & omnem ſynagogam convoca, &c. Solomon autem juſſu Dei, qui patrem ejus David eo opere faciundo prohibuerat, mandaveratq; ut filio condendum relinqueret, templum illud factum ac religioſum fecit, conſecravitq; ipſi Deo, hoſtiarũ numero penè infinito: cui Dominus nocte apparuit, & ita fatus eſt, Audivi preces tuas, & elegi locum iſtum mihi domum ſacrificii: Si clauſero cœlum & pluvia non fluxerit, & præcepero locuſtis ut devorent terram, & immiſero peſtilentiam in populum meum: Converſus autem populus meus, ſuper quem invocatum eſt nomen meum, & deprecatus me fuerit, & eum pœnituerit, ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, atque ſanabo terram eorum: Oculi quoque mei erunt aperti, ac aures meæ erectæ ad preces ejus, qui in loco iſto oraverit. *Hæc ex libro Paralip. 2.* quæ eo pertinent, ut cũcti mortales

Corpus templum Dei.

Tabernaculũ Moyſis.

Templum Salomonis.

tales intelligant præcipuum precandi locũ eſſe templũ Deo dicatũ, id quod Chriſtus *apud Matth. cap. 21.* cõprobat, uſurpans illud Eſaiæ, Domus mea, domus deprecationis vocabitur. Et *cap. 22.* idem affirmat reprehendendo avaritiam ac impietatẽ Phariſæorum quib⁹ pluris erat aurum, quàm ſacroſanctũ templũ, cum inquit: Væ vobis! quia dicitis: Quicunq; juraverit per templũ, nihil eſt: qui autem juraverit per aurũ templi, reus eſt. Stulti & cæci, utrum.n. majus eſt, Aurum, an Templum, quod ſanctificat aurũ? Et ſubjicit: Qui ergò juraverit per templũ, jurat per illud & per eum qui habitat in ipſo. Poſt Evangelicum dogma inter gentes divulgatũ, ubi loci prima ædes Servatori noſtro dicata fuerit, pro certo ponere non auſim, ne divinare potius quàm veritati inhærere dicar: ſed in re parũ nota conjectare licet. Porrò à Chriſti ſtatim aſcenſu in cœlum, Judæi cœperunt Chriſtianos crudeliter perſequi, deinde Nero princeps, deinde Domitianus, deinde alii & poſtremò Diocletianus ac Maximianus acerbiſſimè afflictarunt. Quo ferè toto temporis intervallo tantũ aberat, ut aliquod templum à noſtris Chriſtianis publicè ædificaretur, ut etiam omnia eſſent occulta, & ſacella potius atq; eadem abdita & plerunq; ſubterranea, quàm apertis in locis ac publicis fierent. Eſt tamẽ conſentaneum credere, in remotis locis, quò non facilè pervaſerat ille tyrannorum furor, fana aliqua interim aut ædificata, aut quæ primum dæmonũ fuerant, Chriſto dicata ab Apoſtolis fuiſſe, qui ubiq; gentium omni tempore ad propagandam religionem totis viribus incubuerant: quod aut in Æthiopia à Matthæo, aut in India citeriore à Bartholomæo aut in Scythia ab Andrea, quorũ prædicatione iis gentibus Chriſtianæ pietatis lux ab initio affulſit, factum eſſe & crediderim & dixerim Non abhorret præterea à fide, aliquam ædem fuiſſe principio à Jacobo Hieroſolymis Deo dicatam, qui ibidẽ cathedram prim... avit, primusque

Locus precibus deſtinatus.

Perſecutio in Chriſtianos.

Eccleſia occulta.

Fana Chriſtianorum.

rem divinam ritu Apoſtolico facere cœpit, *auctor Euſebius*. Nec mirum alicui eſſe debet, ſi talia ac hujuſmodi benè multa alia minus literis prodita ſint, quod ſcriptorum inopiâ factum eſt. Romæ nõ reperio, quod ſciam, aliud antiquius templũ ædificatũ, aut dicatum, vel ad uſum ſacrorũ fuiſſe cõverſum, quàm Thermas Novati in vico patritio, quas Pius pontifex Praxedis eximiæ ſanctitatis fœminæ rogatu, divæ Pudentianæ ejus ſorori conſecravit: qui fuit annus circiter C L. ab eo qui humanæ ſalutis fuit primus. Iginius tamen qui Pium præceſſerat, auctor fuit, ut templa ſacris dedicarentur cæremoniis, *alibi ut fuſius dicetur, cum de feſtorum dierum celebratione agetur*: quod fidem facit, jam antea loca aliqua Deo dicata fuiſſe: ſed ubi id loci factum fuerit, parũ liquidò traditur. Nec ita multo poſt Calixtus, jam ſeſe tyrannorũ odio ſenſim remittente, ædem in tranſtyberina regione beatæ Virgini ſtruxit, cœmeteriumq; ex ſuo nomine condidit via Appia, ubi multorũ martyrum repoſiti erant cineres. Viſuntur hodie iis in locis & ſacella quædam, quibus occulto rẽ divinã priſci illi pietatis cultores feciſſe dicũtur, quod, *uti oſtendimus*, publicè non liceret. Cœmeterii condẽdi inſtitutum Abrahæ aſſignant, qui, *ſicut patet apud Joſephum*, dicitur emiſſe ab Ephron Etheo filio Saer propè Hebron, quadringentis ſiclis ſpeluncam duplicẽ & agrum circa eam, ſepeliſſeq; in ea Sara uxorem ſuã inibique ipſe deinde repoſitus fuiſſe. De vario apud alias gentes olim ſepeliendi uſu, ſuo alibi dictum eſt loco. Altare, *ut legitur in Geneſi*, Noë primus omnium fecit, & ſuper illud Domino holocauſtũ obtulit. Quod inſtitutum etiam hodie ſervatur, Boniſacius verò tertius auctor fuit, ut altaria candidis operientur ac linteis pannis. Crux olim ſontium ſupplicium erat, & id quidem infame: quód ideo Servator noſter ſubire voluit, ut qui miſ[illegible] advenerat & humilibus infirmis opem ferret, & o[illegible]em ſalutis oſtenderet, quan-

Templũ Romæ antiquiſſimum.

Templorũ dedicatio.

Cœmeteriũ Calixti.

Cœmeterii origo.

Altare primum.

Altaria velata.

Crux.

do nihil ei in morte ſeparatim ab aliis accidiſſe cernerent. Proinde eo genere mortis afficiendus fuit, quo humiles & infimi ſolent, ne quis eſſet omninò, qui cũ non poſſit imitari. Huic rei poſtea honor acceſſit. Euſebius *libro Eccleſ. hiſtor. 9.* auctor eſt Conſtantinum Imperatorem eo die, quo cum Maxentio ad pontem Milvium conflixit, ſereno puroque cœlo crucem vidiſſe, eamque coluiſſe, ac auditam ſupernè vocem, Conſtantine, in hoc ſigno vinces. Non defuit oraculo eventus: vicit cum hoſtem inſigniter, tum cæteris bellis quæ deinceps geſſit, par fœlicitas adfuit. Helena poſt hæc ejus mater, religione inſigni ac pietate mulier, per quietem monita, Hieroſolyma petiit quæſitum dominicam crucem. Ita fortè accidit, ut Veneris ſimulachrum eodem eſſet loci ab impiis Chriſtiani nominis inimicis collocatum, quo omne dominicæ paſſionis monimentum aboleretur, Chriſtianiq; Venerem loco Servatoris colerent. Cæterùm loco ruderibus purgato crux reperta eſt, & cum illa duæ aliæ, undè duo pependerant latrones, ſed titulus ille, Jeſus Nazarenus Rex Judæorum: etſi vetuſtate propemodum abolitus, indicio fuit, ut crux vera internoſceretur: quæ admota mulieri mortuæ vitam illico reſtituit. His Conſtantinus princeps motus, edicto vetuit quenquam deinceps eo ſupplicio necari. Sic res quæ antea mortalibus probro fuerat venerationi eſſe cœpit: & ob illud in primis quod Chriſtus in cruce vulnera paſſus eſt & ejus ſanguis propter noſtram ſalutem effuſus, in quo qui Dei mandata obſervaverit is ſpem certam ponere poteſt. Idem poſtea voluit Theodoſi' ſervari, qui (*ut in Codice juris civilis eſt*) lege prohibuit, ſignũ Servatoris in ſolo vel in ſilice, aut in marmore humi poſito inſculpi, ne hominum pedibus tereretur. Vide quã importunũ ſit videre paſſim hodie in tẽplis ſignum illud, id eſt, nomen ipſius Servatoris, in æs vel lapidibus quibus mortuorũ ſepulchra teguntur, inci-

Crux in cælo apparens

Crux Dominica inventa.

Miraculũ.

Crucis veneratio.

Lex de cruce veneranda.

ſum, item cruces ad divorum imagines impreſſas, quæ aſſiduis calcantium veſtigiis obtrita latè reſplendent, quo ſic noſtram notiorem faciant religionis negligentiam, cum præſertim res ejusmodi antiquis etiam religioni fuerint. Sanè Romæ olim locus fuit Doliola vocatus, quia invadentibus Gallis Senonibus urbem, ſacra in eodem loco doliolis repoſita fuerunt: qua de cauſa, eo loci ne ſpuere quidem alicui licebat; *auctor Feſtus.*

Doliola loc' ſacratus.

CAPUT VII.

De primo ac vetuſtiſſimo apud Hebræos Sacrificandi ritu, ac Feſtorum dierum obſervatione, Dedicandique templa inſtituto, deq; Ignis myſterio.

ADam primus parens ex Eva duos ſuſcepit filios, Cain & Abel: pietatis hic cultor, contemptor ille: hic paſtor, ille agricola fuit, hic mero lacte & primogenitis gregum, *velut tradit Joſephus*, primũ litavit, ille frugum primitias Deo obtulit. Secundum hæc, ſacerdotio inſtituto, Aaron cum filiis, ac deinde alii variis cæremoniis ſacrificarunt. Quæ ferè omnia ex Joſepho in unum collecta, operæ pretiũ duxit quã breviſſimè potero explicare. Tribus ab initio ſacrorũ generibus Hebræi uſi ſunt: quorum unum Holocauſtũ dixerunt, quando primores gentis ſive bovem, ſive agnum, ſive aliquod aliud animal, modo anniculũ maſculumq; fuiſſet, immolabant: tum ſacerdos victimali cruore oram altaris perfundebat, inde hoſtiam membratim diſſectam ſuper aram cremabant. Alterum genus plebejum, & pro gratiarum actione fiebat, in quo animalia majora anniculis offerebant, cruoreque ſuper aram diffuſo, renes, adipem, omenta imponebant flammis: pectora & crura dextera ſacerdotibus dabantur: quæ ſupererant intra biduum illi edebant, qui ſacrificium feciſſent. Inopes columbas

Tria ſacrorum genera Hebræorũ. Holocauſtũ.

Oblatio gratiarum actionis.

bas aut duas turtures offerebant, quarum altera in holocauſtum abibat, alteram ſacerdotes ſortiebantur. Tertium longè perfectiſſimum omnibus æquè mortalibus commune, quod Laudis ſacrificium dixerunt. In Pſalmo 115. Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Et in epiſtola ad Hebræos: Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructuum labiorum confitentium nomini ejus. Peccata verò ſic expiabant: qui imprudens deliquiſſet, agnam aut hœdum anniculum offerebat: qui occulti criminis conſcius ariete eum expiari oportebat. Omnibus ſacrificiis farina mundiſſima ex præſcripto legis adjiciebatur, adhibebatur & oleum, quod ſacris infundebatur. Agnus manè & veſperi immolabatur: ſabbatis geminatæ hoſtiæ ad aras admovebantur. Principio menſis duo boves cum uno ariete, hœdo uno & ſeptem anniculis agnis, piaculi nomine mactabātur. Septimo ineunte menſe, taurum, arietem, & ſeptenas agnas cum uno hœdo immolabant. Adjiciebantur bini hœdi: horum unus extra fines miſſus multitudinem expiabat, alter in ſuburbanis cum totis velleribus cremabatur: pontifex taurum in id ſacrum, & arietem in holocauſtum dabat. &c. quæ ipſe Joſephus latè proſequitur. Item habebant & certos dies feſtos, qui *ſecundum eundem Joſephum & Originem ſuper Numeros*, ita obſervabantur. Primus ſolennis Dei erat, qui appellabatur Indeſinens: de iis enim mandabatur, quæ ſine ulla prorſus interruptione, matutinis & veſpertinis ſacrificiis offerebantur, quia juſtus debet ſemper diem feſtum agere, id eſt, orare. Alter erat ſabbati, quo die nihil agere licebat. Tertius neomeniæ tubarum, primo die menſis ſeptimi, in quò offerebatur & hoſtia. Neomenia autem dicitur nona luna: erat ergo iſte dies feſtus, cum luna innovabatur. Quarto loco Xantico menſe, unde principium ſumebat annus, ſub plenilunii diem, id eſt, circiter x I v. diem lunæ, ſole in arietem tranſeunte, quia

Sacrificium laudis. *Peccatorum expiatio.* *Farina & oleum.* *Animalia immolationi conſecrata.* *Dies feſti Hebræorum.* *Indeſinens.* *Sabbathum.* *Neomenia tubarum.* *Paſcha.*

iis diebus ex Ægypto egredi contigiſſet, myſticum agnum occidebant, ac Paſcha dicebatur, id eſt, tranſitus. Et in eo menſe primo aliud ſolenne paſchæ, ut dictum eſt, aliud azymorum erat: & licet conjuncta viderentur azymis paſchæ ſolennia ſacra, principium tamen azymorum tantùm ad finem paſchæ conjungebatur. Et paſcha ille ſolus dies appellatur, in quo agnus occidebatur: reliqui verò azymorum dies vocabantur: & id ſolenne ſeptem diebus celebrabatur. Altera die primitias frugum offerebant, & ex eo dicebatur celebratio novorum, quæ feſta dies ordine ſexta habebatur. Poſt ſeptem autem hebdomadas paſchæ: pentecoſtes & id tempus aſarca, id eſt, quinquageſimam vocabant, tum panes frumentatos offerebant. Deinde ſequebantur ſolennia ſacra ſeptimorum: ſicut enim inter dies ſeptimus quiſque feſtus agebatur ſabbatum, ita inter menſes ſeptimus quiſque menſis ſabbatum erat, & vocabantur ea ſacra ſabbata ſabbatorum. Poſt hæc ſeptimo menſe alii agebãtur feſti dies. Sanè decima quinta die, tempore ad hyemem vergente, tabernacula fiebant, quæ dies græcè Scenopegia dicebatur, quia in umbraculis eſſent eſcas ſeptem diebus ob id, quod eorum majores ex Ægypto remigrantes domum, tabernaculis uſi eſſent. Decima verò die ſolenne erat repropitiationis: in hac ſola die pontifex induebatur omnibus pontificialibus indumentis, & tunc ingrediebatur ſancta ſanctorum: *auctor Origenes ſuper Leviticum.* Die quintadecima Decembris Encœnia, id eſt feſti, dies initialis, hoc eſt, dedicationis templi quia tum templum Hieroſolymis ab Antiocho pollutum, poſtremo à Juda Machabæo expiatum, rurſumque dedicatum eſt: nam antea Solomon circiter decimum diem ſeptimi menſis, id eſt, Septembr. id fecerat, ſimulatque illud ædificaſſet, & dein à Judæis illis, qui illud ipſum inſtaurarant, circiter diem duodecimum menſis primi, eſt rurſus conſecratum, quos ſervitute Babylonià liber-

Azymorum dies.

Celebratio novorum.

Pentecoſtes.

Solennia ſeptimorũ.

Scenopegia.

Solenne repropitiationis.

Encœnia.

liberatos per Eſdi. in ſuas ſedes reſtitutos conſtat. Sic ſemper ille dies poſtremę expiationis dedicationiſque ſolennis fuerat apud poſteros. Cęterùm dedicationis inſtitutum multo antiquiſſimum eſt, quando jam inde à principio tabernaculum à Moſe factum ita dedicatum fuit, cum ipſe primum eo jã perfecto uti cœpit: nam *ſicut Chryſoſtomus in Epiſt. Pauli ad Hebræos*, ait, dedicare aliud nihil eſt, niſi utendi initium facere. *Dedicationis inſtitutum.* Atq; hic tum Judæorum fuit ſacrorum ritus, qui animalia tantùm propter convivia nata abſumebant. Ignis autem, *ut in Levitico eſt*, ſemper in altari ardebat, quem ſacerdos nutriebat, ſine quo nullum fas erat ſacrificium facere. *Ignis perpetuus.* Sic in igne præter alia elementa, ſacra omnia conſiſtebant, quod is, credo, proximus cœlo ſit, quod in ſpecie ignis Deus Moſen primum allocutus, quod de cœlo holocauſta accepta rapuiſſet. Apud nos itidem nullo magis honore, quam cereis cãdelis decorantur extrinſecus cœlicolæ. *Cerea candela.* Eadem in primis ratione, ita opinor, à Veſtalibus perpetuus ſervabatur, ac ante Romanos Imperatores deferebatur: quoniam deniq; Deus noſter ignis comburens eſt, ac propterea meritò ſacer habetur. *Ignis ſacer.* Ita Perſæ *teſte Herodoto*, ignem Deum eſſe arbitrabantur: contrà Ægyptii belluam animatam vocabant, quod omnia voret. Item ex Moſis præcepto in omni ſacrificio adjiciebatur ſal, quia is ſit præcipuus corruptionis expulſor. *Sal in ſacrificiis.*

CAPUT VIII.

Cunctas ferè gentes quondam Dæmonibus malis humanas immolaſſe hoſtias: & ibidem, quid eſſet Ver Sacrum, & quando primum eorum Oracula obmutuerint, ac de primo uſu Aquæ quam dicimus Sanctam.

SEd age! jam dicamus de diis gentium, deq; eorum ſacrificiis ac myſteriis, qui tamen tantum aberant,

rant,ut dii eſſent,ut etiam Cacoc ones ſeſe præberent,nullaq; alia hoſtia niſi humana litari vellent.quaſi cruoris humani repleti tum demum propitii eſſent,cũ maximè læſiſſent. O dementiam hominum ! ô infœlicem vitam! Ecqui erant iſti dii qui ſuos cultores parricidiis inquinabãt,omnibus generatim malo erant? Pater filium unicum,mater dilectam filiam dæmonibus tanquam ovem mactabat.Judæi qui lege neglectâ aberraverant in valle filiorum Hennon, *teſte Hieronymo*, quam Chriſtus *apud Matthæum* gehennam nominat, filios igni exuſtos devovebant, immolabantq; dæmonio Moloch. Rhodii hominem Saturno immolabant. In Salamine inſula,homo Agravalæ Cecropis filiæ cedebatur,Diomedi in templo Palladis,quod etiam ipſi Diomedi & Agravalæ commune erat,homo offerebatur,qui ab adoleſcentibus ter circum aram ductus, tãdem à ſacerdote haſtâ percuſſus & in rogo impoſitus cremabatur. Apud Cypros,humanã hoſtiam Jovi Teucrus immolavit,idq; genus ſacrificii poſteris tradidit, quod poſtea imperante Hadriano, eſt ſublatum. Erat lex apud Tauros gentem inhumanam feramq;,ut Dianæ hoſpites immolarentur Galli Heſum atq; Teutatem humano cruore placabant. Unde Lucanus:

Hoſtia humana.

Vallis Ben-Hinnom.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, horrenſque feris altaribus Heſus.

Apud Chios,Dionyſio Omadio dicto, homo etiã crudeliter diſcerptus immolabatur. Apud Ægyptios Heliopoli tres in die homines quos inquirebant, ſi mundi eſſent,Junoni mactabant. Lacedæmonios etiam Apollodorus ſcribit hominẽ Marti immolare ſolitos. Phœnices bellorum aut peſtilentiæ calamitatibus laborantes amiciſſimos Saturno ſolebant immolare, Hiſtrus, *qui res Cretenſium ſcripſit*, auctor eſt, Curetas olim Saturno puerorũ hoſtiis ſacrificia feciſſe. Laodiceæ, quæ Syriæ urbs eſt,Palladi virgo immolabatur. Et apud Arabes,in ſingulos annos puer immolatus ſub ara ſepeliebatur.

liceba-

ſicebatur. Item Thraces, Scythæ, Carthaginenſes & omnes ferè Græci, cum præſertim in bella eſſent exituri hominem mactantes ſacrificabãt. Item Gallis mos fuit, ut qui eſſent affecti gravioribus morbis, quiq; in prælius periculisq; verſarentur, aut pro victimis homines immolarent, aut ſeipſos immolaturos voverent. Germani itidem Mercurio certis dieb⁹ humanis litare hoſtiis fas habebant: *auctores Cæſar & Tacitus*. Quid, quod illud idem omnes communiter barbari factitabant? At Romani, qui ſemper mãſuetudinis & humanitatis gloriam ſibi vendicarant, nonne iiſdem ſacris immaniores reperiuntur, ſiquidem Saturnus in Latio eodem genere ſacrificii cultus eſt, non quidem ut homo ad aram immolaretur, ſed uti in Tyberim de ponte Milvio mitteretur, quod ex reſponſo quondam factitatum, Varro auctor eſt, cujus reſponſi ultimus verſus erat: *Romanorũ immanitas.*

Et capita inferno & patri tranſmittite lumen

Id eſt, hominem. Verùm id genus ſacrificii poſtea ab Hercule eſt immutatum, ut pro veris hominibus, imagines ex ſcirpo jacerẽtur, *ſicut ſupra demonſtravimus*: quod *in Faſt.* Ovidius late docet. Fuit vel mos quondã cum Italis aliis tum Romanis, ubi res ſuas in periculo verſari cernerent, vovendi quæcunq; proximo vere nata eſſent apud ſe animalia immolaturos: undè id Ver Sacrum dictum eſt. *Livius lib. 4. Decad. quarta*: Ver ſacrum factum erat priore anno, id cum P. Licinius pontifex non eſſe rectè factum renuntiaſſet, patres de integro faciendum cenſuerunt, & videndum quod natum eſſet pecus inter Cal. Martias, & Idus Majas. Feſtus inter alia animalia, pueros etiam convotos ait, ſcribens: Sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ętatem velabant, atq; ita extra fines ſuos exigebant. Quod ſanè inſtitutum tametſi humano parcebat ſanguini, non eò tamẽ crudelitate vacuum erat: ecquid enim crudelius cenſeri debet, quàm privare homines innocentes patriâ, qua cum-

Ver ſacrum.

Pueros relegare.

cunctis mortalibus charius eſt nihil? Ita facinus pariter crudele ut impium, deorum cauſâ edebatur. Philo, *qui Phœnicum hiſtoriam ſcripſit*, priſcis morem fuiſſe tradit, ut in magnis periculis princeps dilectiſſimum ex liberis, ulciſcenti dæmoni quaſi redemptionis præmium traderet, & ſic traditum myſticè jugularet. Nō erant præterea contenti mali dæmones multijugibus hominum cædibus, niſi etiam mulieres pro ſuo jure

Saturni ſimulacrum. ſtuprandas curarent. Sanè Alexandriæ ſimulachrum Saturni religioſiſſimè colebatur, cujus ſacerdos Tyrānus nomine, matronas ejus civitatis quas elegiſſet, tanquam à Deo accitas, noctu ad ſimulachrum ductabat, ibiq; extinctis repentè luminibus, cum eis rem habe-

Stupra ſacris velata. bat. Sic Tyrannus communis adulter libidinem explebat, Dei mentitus perſonam: *teſte Ruffinus libro 11. Eccleſiaſtica hiſtoria.* Item apud Naſamones, *ut ſupra commemoravimus, cum de conjugii origine prodidimus*, mos erat, uti ſponſa primâ nocte cum ſingulis conviviis coiret deæ Veneris gratiâ. Cæterum ſi homines veluti ſapientiores ab hujuſmodi truculentiſſimis fœdiſſimiſq; immolationibus paululum abſtinuiſſent, quid præmii conſequerentur, imò quid noxæ, quidve ſupplicii ſubire cogerentur, oſtendamus. Dionyſius Halicarnaſſeus *in primo Antiquit.* ait Jovem & Apollinem, quoniam decima hominum non fuiſſet eis immolata, magnas Italis calamitates induxiſſe, uſq; eo, ut nulli fructus ad maturitatem uſq; permanerent, ſed immaturi defluerent, fontes alii bibi non poſſent, alii deficerent, mulieres abortum facerent, homines & pecora paſſim variis morbis perirent, donec decima reddita ſit. Diodorus itidem teſtis eſt, Carthaginenſes, ut diximus, Saturno humanitus ſolitos immolare, & cum victi eſſent ab Agathocle rege Siculorum, iratum ſibi Deum putaviſſe, atq; ut diligentius piaculum ſolverent, ducen-

Crudele factum. tos nobilium filios, exemplo longè poſt homines natos crudeliſſimo, etſi reipub. nomine edito, immolaſſe. Ejuſ-

ejuſmodi fœda facinora jam ante *in Pſal. centeſimoquinto* prædicta ſunt: Et immolaverunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis. Poſſem adducere plura tanti ſceleris exempla, quæ brevitatis ſtudio præterire libuit. Fallebant præterea mortales ejuſmodi dæmones amphibologiis, nodoſis & flexiloquis reſponſis, id eſt, ita ambiguis, ut in ambas partes agi poſſent. Unde Vergilius: *Reſponſiones diabolicæ fallaces.*

Talibus ex adito dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroq; remugit,
Obſcuris vera involvens.

Quale fuit illud Apollinis ad Pyrrhum Epyri regem reſponſum:

Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe.

Et ad Crœſum Lydorum regem:

Intrepidus ſi Crœſus Halim tranſmiſerit amnem.
Imperium perdet magnum regnumq; ſuperbum.

Ambo victi ſunt, hic à Cyro Perſarum rege, ille à Romanis, qui ex oraculo ſe ſuperiores fore ſperaverant: & talia id genus ſexcenta ſunt. Sed & à noſtris recentioribus unum petamus exemplum. Sylveſter enim ſecũdus Rom. pontifex haud bonis artibus pontificatum adeptus, ut cupidus regnandi, malum dæmonem de longitudine vitæ conſuluit, ille reſpondit, ut ſi caveret Hieruſalem, diu viveret. Imprudens Sylveſter ſtatuit Hieroſolyma urbem Judææ non adire, ſed cum in æde ſanctæ crucis dicta in Hieruſalem, quarto demum poſt anno rem divinam faceret, oraculi ſtatim memor, fato moriturum ſe cognovit. Faſſus igitur delictum publicè, juſſit moriens ut ſuũ cadaver equis daretur trahendum, & quo loci illi demum conſtitiſſent, eodem humari. Divino igitur nutu, ad templum Lateranenſe pervenere, ubi & ſepultus eſt. Sic oſtendit apud ſe locũ veniæ unicuiq; quamvis ſcelerato relictũ eſſe, ſi in vita aliquando pœnituerit. Atq; talis erat inter gentes religio, quæ non parcebat pias ſcelere manus. Sed meliora canamus. Qui eos deos tã maleficos domeſticatim *Sylveſter papa à dæmone deluſus.*

ſuos

Chriſtus Idolorum. deſtructor. ſuos cultores jugulantes, de medio mortalium omniũ ſuſtulit, niſi Servator noſter? Quippe ſic ipſe *apud Jo. cap. 12.* inquit: Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras. Siquidem diabolus ante id tempus amplam habebat in homines poteſtatem. Conciderunt itaq; poſt ejus adventum vetuſtatis tenebræ, & quæ figuris regebantur, divina retexit ſententia. Nam dum in Ægypto cũ Joſeph & matre fuit, eo temporis ſpatio, ſimulachra deorum quos id temporis gens illa ſtulta & omnium errorum mater coluit, ſuâ ſponte cecidiſſe dicuntur. Poſthæc imperante Hadriano, tum demum ubiq; gentium pernicioſæ nefariæq; ſublatæ ſunt immolationes, *Oracula muta facta.* tum Delphici Apollinis, tum Ammonis, aliorumque vanorum deorum oracula penitus muta extiterunt: nam, *teſte Cic. lib. de Divin. 2.* jam diu ante ſenſim ſilere cœperant, ſic, ut ejus ætate, qui paulò antè Chriſti adventum vixit, fermè conticerent. At tum denique potentia dæmonum infracta jacuit: quod Porphyrius, *ut Euſebius dicit*, Chriſtiani nominis hoſtis, *in lib. quem adverſus religionem noſtram ſcripſit*, hoc modo teſtatur: Nunc vero mirantur, inquit, ſi tam multos annos peſte civitas vexetur, cum & Æſculapius, & alii dii longe abſint ab ea: poſtea enim quàm JESUS colitur, nihil utilitatis à diis conſequi poſſumus. *Hæc verba illius ſunt.* *Potentia Jeſu.* Chriſtus ergò JESUS diis illis potentior eſt: ita demum ſecutum eſt, quod Dominus apud Zachariam prophetam, perdiu antea annunciarat eſſe futurũ, dicens: Diſperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Ecce magnum veræ religionis argumentum! ecce certum veritatis elogium! ecce univerſo humano generi redditam libertatem! ac mundo fulgentiſſimum lumen! quæ utinam gentes, quæ in tenebras paulatim relapſæ ſunt, agnoſcerent, ne perpetuò aberrarent: non ceſſant enim oracula noſtra: eſt Deus nobiſcum, dum bene agimus, ſemper. Dæmoniaci quos vocamus, ſi qui ſint, à noſtris ſacerdotibus nomine Jeſu liberan-

Digitized by Google

liberantur, dæmones procul effugantur, ſolo etiam ſacræ aquæ aſperſu. Fuit jam olim uſus luſtralis aquæ, in Levitis conſecrandis: nam ſic Dominus, *veluti eſt in Num. cap.* 8. præcepit Moſi: Tolle Levitas de medio filiorum Iſraël, & purificabis eos juxta hunc ritum. Aſpergantur aquâ luſtrationis, & radant omnes pilos carnis ſuæ. Quo factum eſt, ut Alexander primus Romanus pontifex auctor fuerit ut hujuſmodi luſtralis aqua conſecraretur, & ad dæmones effugandos in templo domique ſervaretur. *Aqua luſtralis.*

CAPUT IX.

Qui primus docuerit modum Orandi, ac de loco aſſiduaq; precatione, & cur in Orientem verſi oremus, templaq; noſtra eodem ſpectent, ac undè mos Concionandi, & de perfecto concionandi modo.

Proximum eſt, ut vel de noſtrarum cæremoniarũ ratione dicamus, quæ non animalium cruorem, non hominum cædem, ſed ſinceram fidem puràq; mentem poſcit. Et quia Deus eà potiſſimum de cauſa, *uti ſuprà expoſuimus*, nos fecit, ut ſtatim geniti ipſum coleremus, atq; *ut Chryſoſtomus homilia 23. in Matthæum ait*, bonis potiremur æternis, eaq; tantum precando poſtularemus, ideo à perfecto orandi modo initiũ faciemus. Duo ſunt, *Lactantio teſtificante*, quæ Deo à nobis offerri debeant, Donũ & Sacrificium: donum in perpetuũ, ſacrificiũ ad tempus: *de hoc paulò poſt*. Donũ eſt integritas animi: ſi enim Deus non videtur, iis rebus coli debet, quæ non videntur, cujuſmodi ſunt virtutes animi, & juſtitia, ad quam haud dubiè, *ſicut Cicero de Legib. ſuſpicatur*, nos eſſe natos intelligere debemus. Summus igitur colendi Dei ritus eſt, ex ore juſti homi nis ad Deum directa laudatio: quæ tamen ipſa, ut Deo ſit accepta, & manſuetudine, & timore, & pietate ma- *Hominis creati finis.* *Oblationes duæ Deo debitæ.* *Donum quid* *Laudatio ſummus cultus.*

X

ximâ opus eſt. Quod in primis illi priſci Hebræi, *prout nõ uno in loco ſupra demõſtravimus*, factitarunt, atq; ut nos illud ipſum faceremus, Servator noſter Chriſtus primus juſſit, dicens: Eſtote ergo perfecti, quemadmodum & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Et inde ſubjungit: Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio tuo, ora patrem tuũ, qui eſt in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi. Orantes verò nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt: putãt enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Et ſubdit: Sic ergo vos orate: PATER noſter, qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita noſtra ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo, Amen. Hæc ex Evangeliſta Matthæo, apud quem Hieronymus non Quotidianum, ſecundum Cypriani ſententiam ſed Super Subſtantialem panem legit. Contra & Cyprianus legit, non Dimitte ſed Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus. Et hæc admonui, ut utranq; lectionem intelligas haudquaquam ex recentioribus eſſe, & rectius legi remitte, quàm dimitte. Cyprianus in expoſitione hujus Dominicę precationis non injuriâ quoſdam admonet, qui plus ſapere quàm oporteat, videri volentes, hanc ut vulgarem & cunctis communem minus uſurpant, qui inquit: Quæ enim poteſt magis ſpiritualis eſſe Oratio, quàm quæ à Chriſto nobis data eſt? à quo nobis & Spiritus ſanctus miſſus eſt? Quæ verò magis apud patrem Precatio, quàm quæ à filio qui eſt veritas, de ejus ore prolata eſt? ut aliter orare quàm docuit, non ignorantia ſola ſit, ſed culpa: quando ipſe poſuerit & dixerit: Rejicitis mandatum Dei, ut Traditionem veſtram ſtatuatis. Oremus itaq; fratres dilectiſſimi, ſicut Magiſter Deus docuit. *Hæc ille.* Quomodo autẽ orandũ ſit, Chriſtus ipſe

Quomodo oratio inſtituenda.

Orationis optima formula.

Panis ſuper ſubſtantialis.

apud Joannem docet, dicens: Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, ſpiritu ac veritate oportet adorare. Cyprianus item ſecretò orandum eſſe ex pręcepto dominico demonſtrat, quia Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt: nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitationes videt. Hoc planum fit exemplo Annę, *ut in 1. Regum eſt*, quæ loquebatur in corde ſuo, & labia ejus movebantur, & vox ejus non audiebatur, & exaudivit eā Dominus. In Pſalmis quoq; legimus: Dicito in cordib. veſtris & in ſtratis veſtris, & trāſpungimini. Hieremias itidem admonens, ait: In ſenſu tibi debet adorari Deus. At precationis locus cum primis eſt templū Dei, *ut ſupra c. 6. memini*, quod Chriſtus demonſtrat *apud Luc. c.* 19. ex Eſaia. Domus mea domus precationis eſt. Hoc inſtitutum etiā Apoſtoli conſervarunt, quando Petrus & Joannes aſcenderunt in templū ad horā precationis unam, *ut eſt in Act.* Debent item eſſe aſſiduæ preces, idquod teſtatur parabola Chriſti de vidua, quæ orando iniquum judicem ad juſtitiā flexerat. Cæterùm ut rationem cum Deo habere poſſemus, quoties ipſam Dominicā precē cū angelica ſalutatione recitaremus, eſt modus orandi poſtremò inventus, per calculos, ut ita dicā, ligneos: quos vulgus modo preculas, modo paternoſtros appellat. Ii numero quinquagintaquinq; ita ordine diſtinguuntur, ut poſt denos, ſinguli majuſculi afflantur filo: ſunt enim perforati, & quot hi ſunt, toties dominicā precem: quot illi, toties angelicam ſalutationem ter numerum ineundo recitent terq; ſymbolum brevius inferant. Et id divæ Mariæ virginis Pſalterium nuncupant. Ejus rei auctor fertur Petrus Eremita, homo Gallus, civis Ambianenſis, qui abhinc annos cccc-xxx. h. e. circiter annū ſalutis humanæ MXC. ſanctitate floruit, egitq; cum Urbano Rom. pōtifice, ut bellū Aſiaticū à noſtris ſumptū fuerit, quo Hieroſol. recepta ſunt Hodie tantus honor ejuſmodi calculis acceſſit, ut non modo ex ligno, ſuccino, & corallio, ſed ex auro ar-

Orationis modus.

Locus precationis.

Tempus orandi.

Orandi modus per calculos.

Pſalterium Mariæ, ejusq; author.

Precula.

gentoq; fiant, ſintq; mulierib. inſtar ornamenti, & hypocritis pręcipui fucoſæ bonitatis inſtrumenti. Mos eſt præterea, ut in orando ac ſalutando DEO, quis in Orientem ſolem convertatur. Utrũq; apud priſcos ſervabatur, dicente Apulejo *in ſecundo:* Tunc in orientem obverſus vel incrementa ſolis auguſti tacitus imprecatus, &c. Quod proprium eſt veri oratoris ex myſtica religione, quoniam Chriſtus ſol eſt iuſtitiæ: *teſtis divus Hieronym. in Ezechielem.* Ea nempe de cauſa, templa noſtra ita ædificata ſunt, ut eorum princeps Altare in Orientem verſus vergat, in quos ſacerdos rem divinam faciendo ſemper ipſum Orientem aſpiciat: unde precationes noſtræ jugiter velut inſtar ſolis oriantur. Atqui apud Hebræos hoc fieri non licebat, quibus præcepit Dominus per Moſen *in Deuteronomio*, nequaquam more aliarum gentium contra Orientem, ſed quoquo verſum intuentes contra templum, Deum orarent, ne viderentur Solem, uti factitabant idolorum cultores, colere: *idem Hieronymus teſtis.* Unde Danielē apud Babylonios ad eum modum oraſſe legimus. Item cum *apud Marcum cap* 11. legamus: Et cum ſteteritis orantes, remittite, &c. videtur precantium quoque moris fuiſſe, ut ſtando orarent, quia qui ſtat, diligentius animum intendit in rem, quam agit. Idem Servator juſſit, ut pręcepta legis divinæ à Deo per Moſen populo Hebraico datæ à nobis itidem ſervarentur, cum inquit. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata: quorum capita hæc ſunt: Unum Deum colito, Nullius animalis effigiem colito: Per Dei nomen haud fruſtra dejerabis. Feſtos dies piè & ritè celebrato. Parentes venerare. Hominem ne occideris. Adulterium fuge. Furtum non feceris. Nihil alienum concupiveris. Nec falſum dixeris teſtimonium. Hæc igitur fuit prædicationis materia, unde eſt concionandi mos natus. Moſes enim poſtea primus habitâ concione, populum de ejusmodi pceptis & lege Dei docuit, eumq; per hęc ad bene bea-

Orientem in precando intueri.

Stando orare.

Præcepta legis divinæ

Concionandi mos.

beateque vivendum inſtituit. Joannes Baptiſta exin in deſertis Judææ locis concionatus eſt, concionatus & Servator noſter ejusq; muneris obeundi negotium Apoſtolis mandavit, dicens, Ite in mundum univerſum, & prædicate Evangelium omni creaturæ. Quod hodiè nonnullos ex noſtris theologis cum concionantur, facere pudet, ſeu tædit: quippe qui, ut narrationis vice curſim ac carptim aliquid in Evangelio interpretantur, perinde quaſi nihil ſit quod de eo ampli⁹ doceatur: quo facto, ad ſuas confictas quæſtiunculas trahuntur, ibi digladiantur, velut furoribus acti, ſeſe macerant, detorquentes quo volunt ſacra ſcripta, in convitia rumpunt, omnia clamoribus miſcent: dein evaneſcente furore, ad humiliora veniunt, rationem annonæ agitant, nunc jocos ſpargunt, nunc captant, circulatores planè agunt & ob illud ipſum ab inſipiente plebo collaudantur. Atque hic concionandi modus & frequentius uſurpatur, & vulgò ſummus habetur. Sed utinam non pejora crebrò diſſeminarent: ut enim nullum hominum genus eſt ſalutarius religioni, ſi vera canant, contra ſic non eſt peſtilentius aliud ſi ad gratiam concione ad populum habeant: quippe ubi ſemel ſanctitatis nomen ſunt adepti, tum maximè omnium nocent, quia eis maximè creditur. Faceſſant proindè, qui docere nihil volunt quò melius vivatur. At nonnulli quorum intereſt hoc fungi officio, nihil omninò docent, adeò, ut eſt in proverbio, Canes muti non injuriâ appellari poſſint. Ita aut vanitate aut ſilentio Chriſtum obſoleſcere inter pium populum ſinunt. Quare longè multum religioni utile foret, ſi doctores noſtri tam ſæpe quàm graviter cõcionando Evangeliũ declararent, ac aliud præterea nihil niſi quod mater Eccleſia firmiſſimum veritatis fundamentum jampridem accepiſſet, probaſſet, confirmaſſet. Sed jam modum ipſum concionandi quàm breviſſimũ ponamus. Concionator qui ea docet, quæ ad religionẽ pertinent qui debet docendo formulã tenere

Concionatores leves & futiles.

Concionandi muneris abuſus.

Cōcionator bonus cum perfectoOratore comparandus. per quam ſermone, voce & geſtu auditorē facilius inſtruat, eſt idē, atq; Orator cauſarum forenſium, à quo artē dicendi mutuetur neceſſe eſt, ſi velit rectè ac ornatè dicere. In concionatore itaq; noſtro oportet eſſe Elocutionē, Memoriā & Pronunciationē. *Elocutio.* Elocutio, eſt accommodatio verborū idoneorū ad inventionē. *Memoria.* Memoria, firma animi verborum ac rerum diſpoſitionis perceptio. *Pronunciatio.* Pronuntiatio verò, vocis & vultus geſtuſq; moderatio. Cōcionator ſic præparatus primùm omniū debet invenire, hoc eſt, excogitare res veras. Quæ quidem Inventio in plures dividitur partes: in Exordium, Narrationem, Diviſionem, Confirmationē, Concluſionem & Confutationem. *Exordium.* Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris apparatur ad audiendum. *Narratio.* Narratio, per quam exponitur res, de qua eſt dicendum, ut auditor fiat benevolus, docilis, atque attentus. *Diſpoſitio.* Diviſio, ſive diſpoſitio, eſt diſtributio ac rerum ordo, qui demonſtrat, quid quibuſq; locis ſit collocandum. Et in partes duas, treſve ad ſummum res ipſa dividitur. Ac ita ex ordine, oratio hos duos, vel tres habet locos, ad quos eundo contendat ſeque recipiat: quę in curſum concitata ſine his nunquam conſiſtere poterit, & ob id tam ſæpè in medio curſu turbabitur, quàm auditoris animus cōtinenter implicabitur, nec memoriā retinebit, quæ audierit: quapropter concionator ejuſmodi partitionem facere debet, ut nullo ferè negotio reminiſci queat, quoto quodq; loco poſuerit: atq; idem etiā faciet auditor, qui ſuo loco expectabit quod ſcire cupit. *Confirmatio.* Cōfirmatio, eſt probatio argumenti, id eſt, materiæ vel rei tractatæ, cum aſſeveratione. *Concluſio.* Concluſio, cum breviter colligitur, repeticurque quibus de rebus verba facta ſint, quo auditor, ſi memoriæ mandaverit, ad idem quod ipſe meminerit, reducatur. Atqui cavendū, ne Concluſio ab Exordio, aut à Narratione repetatur, quod extra propoſitum foret: idcircò initiū enumerationis repetitiouiſq; iſtiuſmodi à diviſione facien-

ciendum eſt. Item vel illud eſt curandum, ut in partitione nihil omittatur, quod ad rem attineat, neq; quicquã redundet: redundabit autem, ſi quid ponatur in una parte, quod in alia ſit cõprehenſum. Si, exempli cauſa ponas ſic: Primũ dicam de origine matrimonii: deinde de auctore ipſius matrimonii. Vide, iſta poſterior pars ſupervacanea eſt, quia continetur in ſuperiore: nã ille qui primus matrimonium inſtituit, ejus rei auctor fuit. Eſt itidem vitioſa, ſi proponas ſic: Demonſtrabo me hoc non feciſſe, demonſtrabo me nõ potuiſſe, ſi voluiſſem, hoc probato, illud alterum vacat. Igitur partitio debet eſſe clara, aperta, brevis, nullis fulta involucris, aut verbis ſupervacaneis. Rurſum ſi de veritate religionis contra hæreticos agas, & dividas varios eorum errores in partes, tum partitio nimis implicata erit: quare dividendo generales tantum complecti oportebit. Confutatio eſt locorum contrariorum diſſolutio, qua noſtri Theologi in ſuggeſtis ſermocinando nõnunquam utuntur, magis ad oſtentationem doctrinæ quã ad utilitatem Veritatis, qui tale quid ſæpè deditã operã in diſceptationem quæſtionemq; vocant. Utrũ Deus ſit cauſa peccati, necne? & cõtrarium quod eſt veritati tantis primò corroborant argumentis, tamq; nervosè obligant, ut non infundere in aures auditorum modò, ſed in animis videantur inſcribere, qui poſt non facile diſſolvere poſſunt. Ita tãtum abeſt, ut utile ſit tales habere quæſtiones, quibus rudioris ingenii homines ſæpius in errorem trahuntur, in eoq; verſantur diu. Poſt hæc concionatori noſtro opus eſt pronuntiatio, quæ in Vocis figurã, & Corporis motum dividitur. In principio itaq; orationis vox ſedata demiſſaq; eſſe debet: nã ſi acuta foret, fauces vulneraret, ac ſeipsã defatigaret ocyus. In narratione, vocum varietate utendum eſt, ut quo quidq; pacto geſtum actumque ac ſcriptum ſit ita narrari videatur: quare verba modo clariora, modo graviora uſurpanda ſunt, quo omnium perſonarum ſen-

Partitio qualis eſſe debeat.

Confutatio.

Pronuntiatio.

Vox quomodo in concionibus moderanda.

ſus atq; animi exprimantur. In diviſione vocem quam clariſſimam adhibere oportet, ut auditor planè intelligat, quid ſibi ſit attendendum. In confirmatione argumenti ſono vocis mediocriter adaucto uti decet, & ſtrenuè probando quod volumus, interdum acriter, interdum leviter dicemus. In concluſione vox continens & modica ſit, ut voci jã defatigatæ auxilium ferre queat. Concionator præterea debet hortari, & id quidem plenis faucibus, voce quàm clementiſſima: item caſtigare, voce acriori, raris intervallis cum vociferatione non utiq; muliebri, ſed virili, quò magis auditorem deterreat. Item conſolari voce lamentabili: item conqueri cum vocis mollitudine, ut auditoris animum ad miſericordiam perducat: ac jocari interdum voce facetâ, cum tenuis ſignificatione riſus, ad recreandos animos aliquandiu ad audiendum intentos. Hanc vocis figuram ſequi debet motus corporis, qui eſt geſtus & vultus moderatio quædam, quæ pronũntianti concionatori convenit, ac reddit probabiliora quæ pronuntiantur. Itaq; ſi erit ſermo in exordio, ſtandum eſt in veſtigio, dimiſſis oculis, rectâ cervice: ſi in narratione, levi dextera motu ac collo paululum à cervicibus dimiſſo: ſi in partitione, brachio & digitis celeriter porrectis: ſi in confirmatione, vultu gravi, geſtuque conſtanti: ſi in concluſione aſpectu minimè mobili: ſi in cohortatione, geſtu paulò celeriore: ſi in caſtigatione, vultu acriori, capitiſque ictu frequenti: ſi in conſolatione, vultu triſti: ſi in conqueſtione, mœſto ac turbato: ſi verò in joco, hilariore, vel ut à natura ipſa nobis datum eſt, ut cujuſmodi noſtras actiones voce pariter atq; corporis motu juvaremus. Iſthæc autem naturæ ars eximia, ad noſtrum maximè omniũ pertinet concionatorem religionis patronum, qui id officium facit, ut Pietatem, ut Charitatem, ut Juſtitiam in auditorum animis inſerat, eoſq; à cunctis ſimul deterreat vitiis: ac omnes illorum malas præcidat affectiones: quem idcirco ſi movere velit, oportet in dicendo eſſe

Corporis motus in concionando.

Concionatoris officiũ.

modò gravem, acrem, ardentem, acutum, ſubtilem, copioſum, ornatum: modò verò tenuem, ſubmiſſum, modicum, temperatum, quemadmodum res poſtularit. At ea ipſa omnia præſtabit ne concionator ille, qui dicendo nihil narrat: quod propoſuerit, nihil probat: nihil concludit: quia ſermonem ſuum in nullas diviſit partes, nihil animum auditoris movet, excitat, flectit, quod uno eodemq; vocis ſono, ſine ullo corporis motu continenter loquitur ſic, ut magis æs ſonans, quàm hominem eſſe judices? Verùm idem domi officium graviter facit: ſi miniſter enim paulùm peccaverit, eũ vultu aſpicit acriore, item voce atrociori reprehendit, corripit atque caſtigat, quo ſic ab errore avertat. Cæterùm forſitan inquies, Non uſpiam eſt quiſquam omnium qui ita concionetur. Imò certè quidem cum apud alios tum apud noſtros Anglos, nonnulli minuti theologi haud aliter ſermonem habent in celeberrimo etiam hominum conventu, qui contra ſui priſci rudioris ſeculi morem & conſuetudinem facere nolẽtes, Rhetorica quam etſi callent, uti non ſibi licitum eſſe putant. Bone Deus! quantum in ſuggeſto laborant, ſudant, pugnant, cum aliud ex alio ex tempore ſuggerentes, illi ipſi tanquam volitantes aviculæ, neſciant quo dicendo ſint perventuri. Hinc profectò ſcire licet, quàm commodum tibi, quamque frugiferum & fructuoſum auditori ſit, ſi, verbi gratiâ, ex ea Evangelii parabola, Exiit qui ſementem faciebat, ad ſeminandam ſemen ſuum, argumentum ſermonis habendi ſumas, deinde in partes dividas, dein propoſitas partes ritè declares, ſubtiliterque confirmes, & enucleatè explices, atque poſtremò concludas, id eſt, breviter repetas, quid circa ejuſcemodi partes docueris. At tu per hunc modum, tam facillimè tui ſermonis ſementem facies, quàm commodiſſimè auditores e us fructum capient. Atqui ut omnis orationis pars ex ſuo genere conſtet, illud in primis noſtri Chriſtiani concionatoris

Cõcionator ineptus.

X 5

Cauſarum tria genera intereſt non ignorare, tria eſſe genera cauſarum, Demonſtrativum, Deliberativum, & Judiciale: & ſe ut illa duo ſuperiora recipere debere, ita in tertio nihil eſſe quod ipſe verſetur. *Demonſtrativum.* Demonſtrativum .n. eſt, quod in laudem, vel vituperationem cujuſpiam attribuitur: hoc concionator utitur, cum, verbi causâ, demonſtrat quanta ſit Dei Majeſtas, quanta Potentia, quanta Juſtitia, quãta Miſericordia, ut ne quis diffidat ejus promiſſis ne quis exiſtimet aut ſperet poſſe ſe meritas effugere pœnas, ne quis deſperet, ſi reſipiſcat: aut ubi deterret peccantes cum reprehenſione culpæ, & vituperatione facti. Ex hujuſce præterea Demonſtrativi generis fonte manat omnis vis funebris orationis, quæ hodiè eſt in uſu, quando tota in demortui laude verſatur. *Deliberativum.* Deliberativum autem poſitum in conſultatione, habet in ſe perſuaſionem & diſſuaſionem: hoc in genere concionator permanet, quando hortatur populũ ad benè beatèque vivendum: tunc etenim ſuadet pariter atq; diſſuadet, cum caſtigat vitiaque deteſtatur. *Exemplũ orationis artificioſæ.* In his duob⁹ dicendi generibus verſatus eſt Apoſtolus Paulus, in ea oratione quã, *ut eſt in Actis cap.* 12. ad plebem habuit, ubi primum laudat Deum, ac potentiam ejus oſtendit, dicens: Deus populi heujus delegit patres noſtros, & populum in altum extulit, cum eſſent incolæ in terra Ægypti, & brachio excelſo eduxit eos ex ea. Deinde auctores necis Jeſu vituperat, cũ ait: Principes eorum nullâ causâ mortis inventâ petierunt à Pilato, ut interficeret eum. Poſt perſuadet, ut Chriſto credant, cum inquit: Notum igitur ſit vobis viri fratres: quod per hunc vobis remiſſio peccatorum annunciatur, & ab omnib⁹ à quib. non potuiſtis per legem Moſis juſtificari, per hunc omnis qui credit, juſtificatur. Poſtremò diſſuadet de errore, in quo uſque ad id temporis fuiſſent, ubi ait: Videte ergo ne ſuperveniat vobis, quod dictum eſt in prophetis: Videte contemptores, & admiramini & evaneſcite, quia op⁹ oper-

tor ego in diebus veſtris, quod non credetis, ſiquis enarraverit vobis, &c. Quòd vocis figurâ atq; corporis motu dicendo ſit utendum, Chriſtus ipſe paſſim in Evangelio demonſtrat: ſed ne longũ ſit, cum Lazarũ à mortuis excitavit, illud fecit: primum.n.attollens ſurſum verſùm oculos, dixit: Pater, gratias tibi ago, quoniam audiſti me. Deinde voce magnâ clamavit, Lazare veni foras. Sic voce & geſtu rem peregit. Hæc breviter dicere habui de recto concionandi modo.

CAPUT X.

De initio ſacrificii noſtri, hoc eſt, Euchariſtiæ, ac primo ejus uſu, tam ſpecie Panis & Vini, quàm Panis tantùm: atque cur manè, non veſperi more Chriſti, ea ſumatur: & quibus Sacrificii hujus faciendi adminiſtrandiq; poteſtas data fuerit.

SAcrificium noſtrum eſt orare & colere Deum, ac eundem ſemper habere in corde conſecratũ: quoniam Dei templum ſumus. Hoc ſacrificium Servator noſter Deo patri obtulit pro ſalute noſtra, reliquitque nobis illud idem faciendũ. Etſi ſunt, qui ſentiant Euchariſtiam à Chriſto inſtitutã, non rectè Sacrificium appellari, quod per hoc aliquid Deo ex reb⁹ noſtris offeramus, per illud verò beneficium à Deo accipiamus: tamen quia jam inde ab initio ita uſu venit, ut, *teſte Tertulliano* ſacrificium vocaretur, nos religionis morem ſervandum ducimus. Ad rem redeo. Is qui omnia quæ ventura erant, ab æterno noverat, poſteaquã appropinquare tẽpus viderat, quo pati oportebat, affatur diſcipulos, quos totius myſterii ſibi teſtes delegerat, qui deinde omnia quæ facta eſſent, inter omnes gentes piâ prædicatione vulgarent: Paſcha, inquit, dilectiſſimi, poſt biduum, ut ſcitis, fiet, & jam ſimul illud futurum eſt, ut Judæis traditus patiar: cæterum cupio priuſquã hæc fiant, id ſolenne vobiſcũ celebrare.

Sacrificium fidelium.

Euchariſtia an ſacrificium.

Hæc

Hæc ait, eodem momento duos ex diſcipulis Hieroſolyma mittit, qui locum parent, nec multo poſt ipſe cũ aliis ſecutus in urbem venit. Hic ubi cœptum eſt diſcumbi, accepit Panem & cum egiſſet gratias fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, comedite, hoc eſt Corpus Meum. At accipiens calicem, gratias egit & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim Sanguis Meus, Novi teſtamenti, qui pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Sic ſub Panis & Vini ſpecie, Corpus ſuum & Sanguinem verbo conſecratum ſingulis ſumendum obtulit: mandavitq; ut tale ſacrificium fieret deinceps in ſui memoriam. At mox poſtquam è morte ſurrexerat, accubuit incognitus ad Emaus caſtellum, cum duobus ſuis diſcipulis, accepitque panem, & benedixit, ac fregit, atque porrexit illis. Tum diſcipuli *ſicut Lucas perhibet*, cognoverunt eum, & ipſe evanuit à conſpectu eorum, Hic diſcipuli corpus Christi ſub una panis ſpecie ſumpſerũt, nulla vini ab Evangeliſta mentione factâ. Quem ſanè inſtitutum ritum Eccleſia deinceps retinuit, quæ ad hunc modum cenſuit profanis hominib⁹ Euchariſtiã adminiſtrandam; quod tum demum Novum inſtrumentum, id eſt, myſteria omnia religionis perfecta, conſummata, ſtabilitaque eſſent per mortem Chriſti. Namque non fuerat Evangelium ante crucem, uti divus Hieronymus *adverſus Jovinianum* affirmat, & Chriſtus iuſtatus eſt, qoi in cruce moriens inclamavit, Conſummatum eſt. Sed reliqua perſequamur. Alexander poſthac ſeptimus à Petro pontifex conſecratus primus aquã vino miſcuit, inſtituitque ut oblatio ex azymo non fermentato, ut antea conſuevit, fieret pane: & hoc, ut purior materia eſſet, vel quia Chriſtus azymo conſecraſſet, aut quod Dominus per Moſen præcepiſſet, ut omnis oblatio abſque fermento fieret, ſeu quia ex ejus latere, dum in cruce penderet, exiſſet ſanguis & aqua. At divus Cyprianus *lib. Epiſt. 2.* aliam hujuſce rei rationẽ ponit. Legimus .n. in Apocalypſi.

Euchariſtia inſtitutio.

Euchariſtia ſub una ſpecie.

Evangeliũ crucis.

Vinũ aquâ dilutũ & azymus panis in Sacramento.

Aquæ

Aquæ quas vidiſti,ſup quas ſedet meretrix populi,&c. Hinc ait, in ſacris literis ſæpè aquas ſignificare populum,& proinde inquit: Sic autem in Sacrificando, in calice Domini offerri aqua ſola non poteſt, quomodo nec vinum ſolum poteſt: nam ſi vinum tantùm quis offerat ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: ſin verò aqua ſit ſola,plebs incipit eſſe ſine Chriſto: quando autem utrumque miſcetur, tunc ſacramentum ſpirituale & cœleſte perficitur. Sumpſerunt autẽ Euchariſtiã Chriſtiani jam inde ab initio in dies ſingulos manẽ & jejuni,quod teſtatur Tertullianus lib. *altero ad Uxorẽ de muliere Chriſtiana ethnico homini nupta*: Non ſciet, inquit maritus quid ſecreto ante omnem cibũ guſtes. Item *lib. Definitionũ Eccleſiaſticarum dogmatũ*: Quotidie Euchariſtiæ communionẽ percipere, nec laudo, nec reprehendo: omnibus tamen Dominicis diebus communicandum ſuadeo, & hortor, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit. *Hæc ille.* Cur verò manè & non veſperi, apud nos ſacrificetur, cum ſatis conſtet Chriſtum poſt Cœnam myſticum calicem obtuliſſe,id cauſæ eſt, quod *teſte eodem Tertulliano*: Chriſtum offerri oportebat circa veſperam diei, ut hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum & veſperam mundi, ſicut in Pſalmo ſcriptum legitur: Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Nos verò reſurrectionẽ Domini manè celebramus, quia paſſionis ejus memoriã in ſacrificiis omnibus in primis conſervamus. Sed id ſalutare inſtitutum poſtea non continuatũ,primus omnium ſuo decreto renovavit Anacletus, juſſitq;, ut qui ſumere nollent, tanquam impii è ſacris ædibus ejicerentur: quemadmodũ Victor voluit, ut illis qui capturi eſſent, ſi ob acceptã injuriã, aut vetus odiũ reconciliari prius recuſaſſent, ſacris interdiceretur. Verũ frigeſcẽte paulatim deinceps hominũ pietate illud antiquatũ eſt. Ex quo Zephyrin⁹, qui centeſimo circiter poſt anno, Anacletũ eſt ſecut⁹,ſtatuit, ut omnes Chriſtiani

Euchariſtia quo tempore celebranda.

ſtiani qui pubertatis annos attigiſſent minimũ ſemel quotannis caperent Paſchali die. Fabianus verò ut ter id fieret, poſtea ſanxit. Sed Zephyrini decretum ut factu minus difficile: ſtetit conſtantius, quod Innocentius tertius dein ſuâ corroboravit auctoritate. Eucha- *Euchariſtia aſſervanda.* riſtia autẽ in templis continenter aſſervatur ad ægrotantium commoditatem, ut ſine eo viatico, ne hinc abeant, *ut eſt de conſec. diſtinct. prima.* Quod poſtmodum ſcitum Innocentius idem III. & Honorius III. confirmarũt. Cùm ita paulatim à pietate tantũ diſceſſum foret, ut niſi quiſque ſemel quotannis Euchariſtiã caperet, mos tamen antiquus manſit, quandoquidem & Sacerdos qui rem divinam faciebat, & Diaconi cum reliquis ſacrorum miniſtris quocunq; ſolenni die Euchariſtiam ſumebant: Quam conſuetudinem nunc monachi noſtri in primis retinent, quo ſic populus ad priſtinũ inſtitutũ exemplo ſi minus excitatur, cohortatione tandẽ aliquando revocetur. Poteſtatem verò novi ſacrificii faciendi corporis & ſanguinis ſui adminiſtrationiſq; ejuſdem Servator noſter Apoſtolis novæ legis ſacerdotib. ab initio dedit & conceſſit, veluti ſupra dictum eſt, ſic, ut Chriſtianus populus ex manib. ſacerdotũ accipere ſuo tempore Euchariſtiam ſemper poſthac paratus fuerit. Quod porrò Tertullianus *libro de corona militis* præclare demonſtrat, ubi ita ſcribit: Euchariſtiæ ſacramentũ & in tempore vict⁹, & omnibus mandatum à Domino etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quàm Præſidentium ſumimus. *Præſidentes* Auctor hic & alibi Præſidentes appellat presbyteros.

CAPUT XI.

Qui primùm poſt Chriſtum eo ritu ſacrificare cœperint, quem ille docuiſſet, & qui deinceps modum rei divinæ faciendæ, quam Miſſam vocant, auxerint; & de Oſculo pacis inter ſacra, atq; quando id fieri

id fieri non liceat, ac de Benedictione ſacerdotis poſt ſacra, & de circumverſione frequenti ejusdem in Altari.

NUda ab initio omnia & ſimpliciter myſteria à Chriſto tradita apud Apoſtolos erant, nuda omnis cæremoniarum ratio, plus pietatis habens quàm apparatus; nam ſatis conſtat Petrum, qui vel primus omnium, ut Apoſtolorum princeps, vel unà cum aliis Apoſtolis, rem divinã eo ritu, quem à Chriſto acceepiſſet, identidem fecerat, poſt conſecrationem continuo inferre ſolitum Dominicam precem. Auxit inde hæc myſteria Jacobus Hieroſolymitanus antiſtes, auxit Baſilius, aliiq; alia ſubinde inſtituêre, Cæleſtin⁹ Miſſæ introitum, cujus initium eſt Pſalmus, Judica me Deus, Damaſus confeſſionem, quæ fit à ſacerdote, priusquam altare conſcendat: quidam tamen Pontiano aſſignant. Gregorius antiphonam, quæ introitum ſequitur, & ob id vulgo eodem nomine nuncupatur: item ut novies Kyrie diceretur & antiphona poſt Epiſtolam, Evangelium, & communionē. At antiphonã poſt Epiſtolam, Graduale appellant, quod diaconus aſcendat in editiorem gradũ ad pronũtiandũ Evangliũ. Telephorus hymnũ, Gloria in excelſis Deo. Gelaſius primus orationes, id eſt, precum clauſulas, quas vocãt. Epiſtolam & Evangelium Hieronymus: & cum id legeretur ut cuncti qui ſacris intereſſent, curvi ac venerantes ſtarent, uti expeditiores ad Evangelicum dogma defendendum, vel animadvertendũ, quod ſtando magis, quàm ſedendo facere ſolemus, Anaſtaſius primum conſtituit. Alleluja ex Hieroſolymis tranſlatitium eſt. Symboli decantatio fuit Marci pontificis primi decretũ, ut feſtis diebus poſt Evangeliũ decantaret ac idem recitaretur à populo qui ſacrorũ cauſa adeſſet. Innovavit & id decretum poſtea Damaſus. Antiphonam, quam Tractum vulgo appellant & hymnos Gelaſius fecit ac præfationes quæ Canonē præcedunt, cantu

Simplex pietas.

Miſſa inſtituta & aucta.

Confeſſio.

Antiphona.

Graduale.

Hymnus.

Epiſtola & Evangelii lectio.

Alleluja.

Symboli recitatio.

Tractus.

Præfationes cantu quidem & ſermone eleganti compoſuit, ut teſtatur Pelagius, novem numero ſunt: decimā ad honorem Deiparæ virginis Urbanus addidit. Quod thus

Thus adolere. adoletur ad altare, id primus fecit Aaron, dicente Domino ad Moſen: Pones altare contra velum, & adolebit incenſum ſuper eo Aaron ſuave fragrans: *ſicut in Exodo eſt.* Deinde apud nos Leo III. illud idem fieri ſanxit, quod etiam ab ethnicis ſervabatur. Hinc Vergilius *in* 1. *Æneid.* de Venere ait:

—*Ubi templum illi centumque Sabæo*
Thure calent aræ.

Manuum lavatio. Uſus lavandi manus ex Veteri quoque Inſtrumento eſſe videtur, quod Judæi non rem modo divinam, ſed convivium etiam à lavatione manuum inchoare cōſueviſſe dicuntur, quippe qui nefas ducebant edere panem manibus illotis, cujus rei crimen diſcipulis Domini aſcribebant. Vel ab ethnicis ſumptum eſt, apud quos ſacrificantes primum omnium manus lavabant, *quemadmodum ſupra lib. 7. cap. 5. demonſtravimus:* &, *teſte Heſiodo*, vetitum erat, ne quis manè Jovi vinum libaret manibus illotis, ne ſacrorum nitor pollueretur, qui & convivia lotis prius manibus inibant. Vergilius:

Jam pater Æneas & jam Trojana juventus
Conveniunt ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro:
Dant famuli manibus lymphas.

Sanctus. In præfationibus, ut Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, cantaretur, Sixtus primò ſtatuit,

Canon. quod ab Eſaia propheta ſumptum eſt. Canonis partē, Te igitur, quæ dein initium eſſe cœpit, Gelaſius dedit, ſicuti ante eum Syricius, Communicantes, quod nunc tertio loco ponitur. Ex quo apparet, ipſum Canonem neque ab uno integrum, neque in eam formam digeſtum, ex qua modo conſtat: cujus rei vel fidem facit, quod Alexander primus, qui Gelaſium & Syricium lōgo tēporis intervallo præceſſit ob memoriā paſſionis Chriſti

Chriſti poſuit. Qui pridie quàm pateretur, uſq; ad illa verba, Hoc eſt, corpus meum. Quocirca ſatis liquet, illud tum Canonis fuiſſe principium, quando, ſicut diximus, Gelaſius circiter c c c l x. & eo amplius annos poſt Alexandrum ſedit. Leo deinde adjecit: Hanc igitur oblationem uſq;, Placatus accipias. Gregorius tres ſubjunxit poſtulationes: Dieſque noſtros in tua pace diſponas, atq; ab æterna damnatione nos eripi & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Ejuſdem quoq; primi Leonis eſt, Sanctum ſacrificium, immaculatā hoſtiam. Sic alii alia addiderunt. Finito canone, dicitur, Pax Domini: hic Oſculum pacis datur inter ſacerdotes mutuo, quod Innocentii primi inventū eſt: velut Leonis II. ut pax in ſacrorum cæremoniis aſtanti populo circunferretur. Et utrumq; ex imitatione Servatoris qui cōſueverat ſuos præſertim diſcipulos abeuntes, vel ad ſe redeūtes deoſculari, id quod Judas proditor ſignificantius declaravit, qui præceptorem *ut in Evangelicis literis legitur*, oſculo tradidit. Verùm cū Miſſa pro mortuis celebratur, id non fit, pro eo quod haud nobis cum illis per pacis oſculum, communicādum eſt, quos nondum certo ſcimus eſſe in gratiâ cū Deo. Quare cadavera etiam mortuorū aditu & manſione templi uſquo eo prohibent, dum res divina fiat. *Auctor Gulielmus Durand⁹, libro Divinorū officiorū 7.* Solent item ſacerdotes noſtri peractis ſacris benedicere populo dexterâ manu in eum extensâ, ac in ſignum crucis circunducta, quod Epiſcopi inter ſacra, & Pontifices Romani, aliique majores Antiſtites, etiam eundo factitant: quod ab Hebræis eſt: quippe *in Levitico* legimus, Aaron poſt factam rem divinam conſueviſſe extendere manum in populum, ac illi benedicere. Servavit vel hunc ritum Chriſtus, quem Lucas ait paulò antequam in cœlū rediiſſet, elevatis manibus benedixiſſe ſuis diſcipulis. Sed ad rei divinæ rationē revertamur. At reliquas Antiphonas Græci, Reſponſoria verò

Poſtulationes.

Oſculum pacis.

Miſſa pro mortuis.

Benedicere dextrâ extensâ.

Reſponſoria

quæ novitio quidem vocabulo ſic dicunt, Itali primũ inveniſſe traduntur. Sunt qui reſponſoriũ etiam Gradale vocent, quod juxta gradus ſuggeſti cantetur. Cæterùm Gelaſius & Gregorius multas orationes: id eſt, preces invenêre, ac ad lectiones & Evãgelia, reſpõſoria, id eſt, Offertoria, quæ vocant, adjunxerunt, vel Gregorius ipſe quaſi de integro modum rei divinæ edidit. Fecit illud ipſum & Ambroſius Mediolanẽſis antiſtes. Quapropter habito deinde Epiſcoporũ conventu, decretũ fuit, ut quæ & Ambroſius digeſſiſſet, Mediolanenſis tantũ ſacerdotũ cœtus, ſicut hodiè fit, ſervaret, & Gregoriano invento reliqui uterentur. Quòd verò ſacerdos dicendo, Dominus vobiſcũ, ſæpius ad populum in altari ſe vertit, hoc de Hebræorũ quoque cæremonia ſumptum conſtat, quorum ſacerdos inter ſacra ſeſe circumagebat, aſpergendo ſanguinem animalis immolati. Quod, *teſte Apulejo*, & Ethnicorum ſacerdotes circa aras factitabant, cum præſertim reſponſa daturi, divino, uti credebant, Spiritu afflati agitarentur. Undè dubio procul ab alterutris apud nos ſunt hujuſmodi in altari circumverſiones.

Gradale.

Offertoria.

Gregorii et Ambroſii introductio

Sacerdotis crebra circumverſio.

CAPUT XII.

Undè mos ſit, ut poſt rem divinam factam diaconus pronuntiet, Ite, Miſſa eſt: & undè Miſſa, & Cæremoniæ dictæ: atque quid re ipſa ſit Miſſa, qualesve Cæremoniæ.

FActâ re divinâ Diaconus ad populũ converſus pronuntiare ſolet. Ite, Miſſa eſt. Convenit hoc loco, ut hujus nominis Miſſæ originem explicemus, ne quis ut ſordidum & peregrinum reſpuat: quando hactenus permulti id indagare conati, rem in incerto reliquerunt, quippe qui non undè natũ eſſet, ut libamẽto jam libato, i. ſacrificato per hũc modũ poteſtas fieret abeundi volentibus, prodiderũt, ſed circa vim illius verbi

Ite, Miſſa eſt.

Miſſa aberrantes delirationem quandam ſomniarunt, non animadvertentes noſtros ſacerdotes illud ex moribus inſtitutisq; priſcorũ eſſe mutuatos, ſicut pleraque alia, uti appoſitè memoravimus. Cæterùm ne nos etiam aliquid divinaſſe potius, quàm rem certã prodidiſſe dicamur, Apuleji teſtimonium cunctis certè probandũ ducemus in mediũ, undè moris hujus originem abundè haurire licebit. Is enim *libro ſui Aſini aurei* 11. *cum ſe dicit ſacris Deæ Iſis interfuiſſe*, ſic rem declarat: At cum ad ipſum jam templum pervenimus Sacerdos Maximus, quiq; divinas effigies progerebãt, & qui venerandis penetralib⁹ pridem fuerant initiati, intra cubiculum deæ recepti, diſponunt ritè ſimulachra ſpirantia. Tunc ex iis unus, quem cuncti Gramatea (ſic Græci vocant ſcribam) dicebant, pro foribus aſſiſtens, cœtu paſtophorum, quod ſacroſancti collegii nomen eſt, velut in concionem vocato, indidem de ſublimi ſuggeſto, de libro, de literis, fauſta vota præfatus, Principi magno, Senatuiq;, & Equiti, totiq; Romano Populo, Nauticis navibus, quæque ſub Imperio mundi noſtratis reguntur, renuntiat, ſermone rituq; græcienſi, ita λαοῖς ἄφεσις, populis miſſio. Quam vocẽ fœliciter cunctis evenire ſignavit populi clamor inſecutus. Exin gaudio delibuti populares, talos, verbenas, corollas ferentes exoſculatis veſtigiis deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad ſuos diſcedunt lares: *& reliqua*. Iſtæ duæ græcæ dictiones ſignificant populis miſſionẽ, & verba ſunt græcanico more & linguâ pronuntiata, quæ Græci Latiniq; juxta uſurpabãt, poſt cuncta celebrata myſteria, ut diceretur miſſio populis, id eſt, vel datur, vel eſt, ut tum demum omnib⁹ abire fas eſſet. Idem igitur mos à noſtris etiã ſervať, ut pactis ſacris, per diaconũ pronũtieť Ite, Miſſa eſt: quod idẽ eſt, ac i licet, hoc eſt ire licet. Nõ eſt præter cõſuetudinẽ quod Miſſa nõ miſſio pronũtiať, quãdo noſtræ religionis auctores promiſcue Miſſionẽ, & Miſsã uſurpare

Locus Apuleii, de populi miſſione ſacris finitis.

λαοῖς ἄφεσις

Miſſa pro Miſſione.

divus Cyprianus teſtatur qui remiſſam peccatorum, ac id genus alia permulta ſæpè ſcribit, ut *ad Fortunatum de Exhortatione martyrii*: In aquæ, inquit, baptiſmo percipitur peccatorū remiſſa. Hinc ergo totū quoque ſacrificiū Miſſa eſt nominatū. Quod vocabulum Joannes Reuchlinus homo Germanus, ac literarū Hebraicarum cum primis ſciens, *libro de Rudimentis hebraicis ſecundo*, docet hebraicum eſſe, ita ſcribens: Inde venit per additionem he literæ in fine מסה id eſt, oblatio, quæ fit ſuperiori Domino propter debitum munus perſonale. *Deuteron.* 16. Oblationē ſpontaneā manus tuæ, quam offeres juxta benedictionem Dei tui. Quod nomē nos Chriſtiani ſacrificio noſtro impoſitum retinemus, uſq; ad hoc tempus, ut à nobis appellet Miſſa, quod à Græcis liturgia. Nota igitur, quod Miſſa neq; græcum neq; latinum eſt, ſed hebraicum. *Hæc ille.* Mihi verò prior ratio probatur, ut magis appoſita. Miſſa autē ſi quæras quid ſit, ratio ejus uſus indagatrix poteſt fortè tibi rem ſic definire: Miſſa eſt Corporis & Sanguinis Chriſti conſecratio. Quando ea conſecratio perinde ſumma & caput Miſſæ eſt, ut adeptæ victoriæ concelebratio Triumphus dicitur. Hanc igitur Miſſam tanti myſterii monimentū, hoc eſt, unicū noſtræ religionis ſacrificiū optimi Eccleſiæ Patres ritè ſtuduerunt reddere cunctis mortalib⁹ perquā frugiferam atq; fructuoſam: quæ idcirco ex multis cōſtat divinis hymnis, Dei optimi maximi laudib⁹, præcationibus, gratiarū actionibus, & ſacris ſcripturis, è quib. animus noſter audiendo, in ſpem bonā ſuæ ſalutis vocatur, itē illis oblectatur, & paſcitur. Pateat jam redit⁹ ad propoſitū Sic Romanis placuit, omnē divinū cultū cæremonias appellare, à Cæritib⁹ Hetruriæ populis. Ii n. olim captā urbe Roma à Senonibus Gallis, ſacra Romanorū à Veſtalibus invecta perbenignè receperunt, uſq; eoq; ſervarunt, dum patria à Camillo eſſet recuperata. *ſicut Livius libro ab Urbe cond. 5. latè demōſtrat.*

Miſſa undè dicta.

Λειτουργία.

Miſſa quid ſit.

Miſſa uſus.

Cæremoniæ undè dictæ.

Cujus

Cujus beneficii Quirites memores, poſtea omnia quę ad religionem colendam pertinerent, cæremonias nuncuparunt: quamvis ſint, qui eas à carendo dictas malint. Sunt enim cæremoniæ inſtrumenta religionis, quæ velut terra ſine illis coli non poteſt, per quas in animis noſtris renovatur Pietas, fundamentum, *uti Cicero ait*, omnium virtutum, quæ corpus cum mente ad Deum venerandum trahit. Si velimus igitur agrum Dominicum benè excultum, ejuſmodi cæremoniarū culturam adhibendam curemus. Quod ſemel tantùm die ſacrificabatur, hoc Alexandri primi, *teſte Gratiano*, eſt decretum: ſicut & illud Telephori, quod dominico natali die ter ſacerdos rem divinam facit, & primò in media nocte cum Chriſtus eſt natus: deinde luceſcente aurorâ, quando paſtores natum inviſerunt: poſtremò ubi prima lux humano generi affulſit, cum prius nulli ante tertiam diei horam fas eſſet ſacrificare. Adjicitur & alius myſticus ſenſus, ut triplici actu ſtatus triplex gentium ſignificetur: primus, qui ſine Lege fuit, cum omnia fuerunt tenebris circumfuſa: alter, Lucis & Tenebrarum ſimul particeps, cum poſt datam legem fuit omninò aliqua Dei cognitio, ſed nondum perfecta: tertius, Gratiæ eſt, cui Sol, id eſt, veritatis lux affulſit. Præterea Felix primus ſanxit, ut nuſquam niſi in ſacro loco, ſi per neceſſitatem liceret, & à viris ſacris initiatis Miſſa celebraretur, quod ipſius rei divinæ faciundæ à principio ſolùm Apoſtolis, hoc eſt, ſacerdotibus à Chriſto poteſtas facta fuiſſet. Anacletus quoq; hujus rei ſtudioſus voluit, ut ſacerdos non niſi coram ſaltem duobus ſacrificaret, quò, credo, ne ille fruſtra benè precando diceret, Dominus vobiſcum, ſi minus quàm duo fac. is intereſſent. Propterea non rectè faciunt, qui ſine arbitris ſacrificant. Gratianus hoc præſcriptum Sotero attribuit qui forte illud partim cuſtoditum renovavit.

Cæremoniæ inſtrumenta religionis.

Sacrificandi tempora.

Loc⁹ ſacrificii celebrandi.

Quot perſonæ ad Miſſā requirantur.

CAPUT XIII.

Quare nonnulla tam Hebraica, quàm Græca, vel Syriaca verba in Miſſa uſurpentur, & ibidem de eorum ſignificatione.

Vocabula peregrina in Miſſa, cur retinenda.

ILlud inſuper haud omittendum diximus, quod facit ad quarundam voçum cognitionē, quæ ut peregrinæ, inter ſacra facienda à plurib⁹ frequentantur ſacerdotibus, quàm intelliguntur Sunt enim verba quædam Hebraica, quædam Græca aut, Syriaca. Hebraica & Syriaca, *teſte divo Hieronymo ad Marcellam*, ideo immutata ab initio manſerunt, quia vel Interpretes, vel Apoſtoli, id faciendū minus curarunt, ut quoniam primùm religio apud Judæos, *velut ſupra demōſtravimus*, cœperat, nihil ad credentium offenſionem innovarent, ſed ita ut à puero imbiberant, traderent: poſtea verò quàm in univerſas gentes Evangelii ſermo dilatatus eſt, non potuiſſe ſemel ſuſcepta immutari, idem auctor eſt. Cujus etiam rei Origenes rationem reddens, aſſerit propter vernaculam cujuſq; gentis linguam, non poſſe verba quamplurima ita apud alios ſonare, ut apud ſuos: ac multo propterea melius eſſe, nō translata ponere, quàm illorū vim interpretatione tenuare. Hac ratione Græcos primùm vocabula illa Hebraica ſuis commiſcuiſſe, par eſt credere, utpote deſperantes poſſe ſe abſolutū ſenſum ſuo ſermone reddere, & ſic noſtros nihil deinde plus auſos, & hebraica & græca permiſiſſe ſtare. Atqui id conſultò factum nō nemo falsò putat, quo ad imitationem ejus tituli, qui ſuper crucem Servatoris poſitus fuerat, perinde Miſſa triplici lingua conſtaret, at illū ſcriptū fuiſſe hebraicè & græcè & latinè tradit Evangeliſtà Joannes. Sed jam ad interpretationem ipſorum verborum aggrediamur. JESVS Hebræum nomen, *ut Hieron. indicat*, apud nos Servatorem ſignificat. CHRISTVS ex myſtico chriſmate unctus dicitur, quem Judæi Meſ-

Titulus in cruce Chriſti.

Jeſus.

Chriſtus.

ſiam appellant. Idem dictus eſt Nazaræus, id eſt, ſanctus ſive conſecratus, vel à Nazareth oppido Galilææ, in quo eſt genitus, & nutritus. Item Emmanuel, quod hebræum eſt verbum, & Nobiſcum Deus. Rabbi, idem ac dominus ſive magiſter, vel præceptor: nam apud Hebræos, à multitudine ſcientiarũ dicta eſt vox. Paracletus græcum verbum: id eſt, παράκλητος & ſignificat advocatum, doctorẽ, hortatorẽ, conſolatorẽ. Sic Servator pollicitus eſt mittere paracletũ, hoc eſt, Spiritũ veritatis, qui diſcipulos doceret. Et illud notiſſimũ eſt, paracletũ per e ſcribendũ in penultima, eamq; producendam: nam ſi legeris paraclytum per y, in penultima facies Chriſtũ ſceleratorum conſocium: qui ſuis diſcipulis promiſit fore, ut pater ejus nomine, talẽ ad ipſos mitteret doctorem: quippe paraclytus apud Græcos, nomen eſt impoſitũ à παρὰ præpoſitione, quæ prętér, & κλυτὸς, quod celebrem inclytumq; ſignificat. Ergo cũ ea præpoſitio hoc loco pro ſine ponatur, & cũ κλυτὸς conjuncta pro eo qui ſine fama eſt ac planè infamis, nõ utiq; cõvenit Chriſti promiſſioni. Imò atq; adeò hinc videre licet, quàm parũ rectè faciant ſacerdotes, qui ita apud Evangeliſtam Joannem legunt: ſeu quàm turpiter peccant, qui etiam de errore moniti, tantũ abeſt, ut velint rectam tenere viam, ut ſcientes delirent, perindè quaſi non Veritatis, cui Chriſtus ſeſe comparavit, cum dixit: Ego ſum Via & Veritas: ſed Conſuetudinis quamvis depravatiſſimæ obſervatores eſſe debeant. Bone Deus! ecquid reliquorum munerum functionis ab ejuſmodi expectari poteſt, qui ab aliis docti ſcire nihil volunt? Sanè ſic Simonem, ſic Jacobum penultima ſyllaba correpta, pronuntiant, etſi longa eſt, cum apud Græcos per ω, quod longum eſt, ea nomina ſcribantur. Ad prima redeo: Paſcha hebræum vocabulum, non græcum, *prout Hieronymus affirmat*, & tranſitum ſonat, quod Judæi tunc ex Ægypto in patriã remigraſſent. Epiphania græcũ verbum, apud nos apparitionem vel oſtenſionẽ ſignificat:

Nazaræus. *Emmanuel* *Rabbi.* *Paracletus.* *Paraclytus* *Sacerdotes in docti, quãtitatẽ ſyllabarũ ignorantes.* *Paſcha.* *Epiphania.*

hoc ideò, quia eo die Servator ſtellâ proditus eſt, & trigeſimo deinde anno adhuc mundo ignotus, cum veniſſet ad Joannem ut baptizaretur, cognitus eſt, intonante de cœlo patre, hic eſt filius meus, &c. Item

Pentecoſte. Pentecoſte græcè quinquagenaria latinè dici poteſt, quod uſq; ad hanc celebritatem, à reſurrectione Domini interſint quinquaginta dies, *ut infrà fuſius explicabitur.*

Scenopegia. Scenopegia, vox compoſita, dicta eſt à figendis tabernaculis, quia in ſolitudine priſci Hebræi illis uſi eſſent, & erat feſtus dies. Noſtri perperam addunt aſpirationem.

Encænia. Item encænia feſti dies initiales, hoc eſt, dedicationis templi.

Kyrieeleiſō Kyrieeleiſon verbum compoſitum, ex *κύριε* quod ſignificat Domine, & *ἐλέησον* quod eſt miſerere.

Alleluja. Alleluja duo itidem verba & hebraica, atq; idem, ac Laudate Deum.

Ja. Ja enim, *teſte Hieronymo*, ex decem nominibus, quibus apud Hebræos Deus vocitatur, unum eſt.

Antiphona Antiphona Græcis vox reciproca, quod viciſſim canatur.

Homelia. Homelia græcè, latinè dicitur colloquium, ſermo. Canon græca vox regulam ſignificat,

Hoſanna. Hoſanna, hebræo ſermone perinde valet atq; apud nos, O Domine ſalvum me fac.

Sabaoth. Sabaoth hebraica quoq; vox, & idem atq; Latinis, Dominus omnipotens ſive Dominus virtutum, aut exercituum.

Euchariſtia Euchariſtia Græcis gratiarum actionem ſignificat, ſicuti Evangelium bonum nuntium.

Pſalmus. Pſalmus & hymnus, utrumq; græcum ac alterum latinè canticum, alterum laus dicitur.

Paradiſus. Paradiſus grajâ voce, pomarium, hoc eſt, hortus conſitus pomis.

Parabola. Parabola græcè dicitur, latinè comparatio, ſimilitudo.

Symbolum. Symbolū collationem ſignificat, quia Apoſtoli, ſive patres in unum contuliſſent, quod unuſquiſque de Deo ſenſerit.

Petrus. Petrus Græcis ſaxū, velut Cephas Syro ſermone, ſoliditas, quod Petrus ſolidus fuiſſet in confeſſione veritatis.

Phylacteriū Phylacterium græcum vocabulum latinè cuſtodia dicitur quod in iis ſervet memoria legis: ſicut apud nos regulæ juris habentur.

Synagoga. Synagoga congregatio à noſtris dicitur, nos

etiam

etiam grajâ voce Eccleſiam vocamus, Mammona, *ut probat Hieronymus*, ſyriacum eſt nomen, ſingularis numeri, generis maſculini, & apud nos divitias ſignificat. Ethnicus, vox græca, & Latinis homo alterius ſectæ. Proſelytus, græcum verbum, nobis advena: ſic enim illum vocabant Hebræi, quem ex aliena natione, in ſuæ legis conſociationem recepiſſent. Scandalizare, græcũ verbum, latinè eſt offendere: ſicut angariare perſicum, & ſignificat adigere, compellere. Golgatha, ſyra eſt vox non Hebræa: & Hieron. oſtendit ſignificare locum calvi ſive calvariæ. Ita dictus eſt locus Hieroſolymis, ad ſeptentrionalem partem montis Sion, quod in eo jacerent capita hominum damnatorum. Corbana, quam etiam vocant gazophylacium, nomen ex lingua perſica & græca compoſitum, & ſignificat arcam, in qua ſervabantur templi pecuniæ, ſeu munera quæ uſui erant miniſtris: nam corban, *ex teſtimonio Joſephi, quod in ſuperiore libro citavimus, cum de radendo capite Nazaræorum ſermo fuit* apud Hebræos ſignificat munus: unde corbana dicta videtur. Eleemoſyna, largitio quæ inopi fit, græca vox: & miſericordiam ſonat. Gehenna locus erat in valle filii Ennon, in ſorte tribus Benjamin, ubi filii Iſraël, erectis aris, ſacrificabant, ac filios exuſtos igni devovebant, immolabantq; dæmonio Moloch, quã Deus, *uti apud Hieremiam legitur*, comminatus eſt ſe mortuorum cadaveribus impleturum: apud nos, pro loco inferorum accipitur. Diabolus græcum verbum ſonat delatorem, ſive calumniatorem. Beelzebub, Hieronymus docet idem eſſe bel, beel, & baal, & Hebræis idolum. & Zebub muſcam, quaſi dicas idolum muſcæ: εἴδωλον enim ſimulachrum ſignificat, & ſic hoc nomine ſpurciſſimum fuiſſe idolum. Abyſſus græca vox, latinè vorago dicitur. Phantaſma Græcis, viſum per ſomnum videre eſt, latinè ſpectrum dicitur. Sed ne per hæc peregrina longius gradientes, viſum etiam nos videre videamur, jam ad finem veniamus. Amen vox hebræa

Mammona. *Ethnicus.* *Proſelytus.* *Scandalizare.* *Angariare.* *Golgatha.* *Corban.* *Gazophylacium.* *Eleemoſyna.* *Gehenna.* *Diabolus.* *Beelzebub.* *Idolon.* *Abyſſus.* *Phantaſma.* *Amen.*

eſt, latineque, *ſicut declarat Aquila*, verè, ſive feliciter vel fiat: Hieronymo teſte *in Pſalmis*, ubi ait, Fiat, fiat, Hebræis legitur Amen, amen. Erat quippe germanum conſimileque Hebræorum inſtitutis, in vererum religione, Feliciter, *quod ſupra ex Apuleii lectione conſtat*, atque hic amen, quo ſignificatur, ut ea quæ ſupra ſunt verè dicta, confirmentur. *Super ea re extat brevis epiſtola divi Hieronymi ad Marcellam.* Hæc paucula libuit exponere, ut unicuique rem divinam facturo, obvia eſſet ejuſmodi verborum ſignificatio.

LIBRI QUINTI FINIS.

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM

LIBER SEXTUS.

CAPUT I.

De pio pœnitendi initio, atque duplici Pœnitentiæ, quam vocant, genere, & de primo confitendi delicta inſtituto, & qualis ſit Publica Confeſſio, ac ibidem de triplici Purgatione priſcorum.

PRincipium religionis Chriſtianæ cùm unctione Chriſti, & regum item originem & exitum conjugii ſacerdotalis, & modum contrahendi, ac ritum ſacrificandi, cũ apud Hebræos, tum apud noſtros, juxta & orandi, & quantum mortalibus ipſa Chriſtiana religio profuerit, ſuperiore libro expoſuimus: jã idcircò & alia quæ ad inſtitutum

tutum

tutum pertinent opus diſſeramus. Primum omnium ſcire licet pœnitendi initiũ à Deo profectum eſſe, qui ita pro ſua erga nos miſeros mortales miſericordia, factum voluit, quod probat atq; affirmat Tertull. *in eo lib quem de Pænitentia, quam vocamus, compoſuit*, ubi inquit, Omnibus delictis ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſive voluntate commiſſis, qui pœnam per judicium deſtinavit, idem & veniam per pœnitentiam ſpopondit, dicens ad populum: Pœnitere ſalvum faciam te. Et iterum: Vivo, inquit, Dominus, & pœnitentiam malo quàm mortem. Ergo pœnitentia vita eſt, cum præponatur morti. Et pergit: Bonũ eſt pœnitere, an nõ? Quid revolvis? Deus præcipit. At enim ille non præcipit tãtùm, ſed etiã hortatur. Invitat præmio ad ſalutem, jurans etiã. Vivo dicens, cupit credi ſibi. O beatos, quorũ cauſa Deus jurat! *Hucuſque ille.* Hinc homines pœnitendo cœperunt ſeſe Deo de peccatis purgare, *ut in Levitico eſt cap.* 5. Deinde Servator noſter, ut nos ex omni parte immortalitate donaret poſtremò potionẽ ſalutis cœleſtemque paſtum nobis propinavit, *apud Joan. Evang. cap. 6.* dicens: Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui edit meã carnẽ, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Et pergit: Qui edit hunc panem, vivet in æternum. Verùm quia non decebat, ut quiſpiam non mundus tam purũ nectar haurire, tamque ſalutarem ambroſiam eſſe auderet, idcircò Apoſtolus docuit, ut accedendum eſſet ad ea ſumenda, inquiens: Itaq; quicunq; ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem homo ſeipſum, & ſic de pane edat, & de calice bibat: nam qui edit aut bibit indignè, judiciũ ſibiipſi edit, & bibit, &c. Sed quomodo probabit ſe homo, cum nemo poſſit eſſe tam prudens, tam ſagax, quin aliquando labatur? Quod Deus Opt. Max. ſciens, ꝑ ſua benignitate aperuit nobis portum ſalutis, ut huic neceſſitati, cui fragilitas

Pænitendi initium.

Potio ſalutis.

car-

carnis ſubjecta eſt, medicina pœnitentiæ ſubveniret: nã præcurſorem miſit Joannem Baptiſtam clamantẽ, Pœnitentiam agite. Attende, hoc loco ſpiritualis pœnitẽtia tractatur, quia omnis noſtra vita aliud nihil eſſe debet, niſi pœnitentia, quæ facit, ut quis, *velut ait Apoſtolus*, transformetur per renovationem mentis ſuæ, & ad ſe revertatur, dolendo peccatum ſuum, dicente Servatore: Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Et hæc interior eſt, ac Evangelica dicitur pœnitentia, cujus fructus eſt exterior, quæ agitur per corporis afflictationem & voluptatum contemptum: atq; ut iſta ficta, uti in hypocritis apparet, ita illa non niſi vera eſſe poteſt. De ea meminit Tertul. *in libello Definit dog. Eccleſ.* Pœnitentia vera eſt, inquit, pœnitenda non admittere, & admiſſa deflere. Satisfactio pœnitentia eſt, cauſas peccatorum excidere, nec earũ ſuggeſtionibus aditum indulgere. Modus autem pœnitendi eſt, ut ab amore virtutis, non à vitii odio, te incipiat pœnitere. Exempli causâ: Amato caſtitatem, in eaq; acquieſcito, tunc tibi ſtatim poſt turpioris intemperantiæ odium ſuâ ſponte orietur. Id modi pœnitendi præſcribitur *Pſalmo quadrageſimoquarto*: Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem. Atq; hoc pium eſt pœnitendi initium. Præpoſterè igitur agunt, qui à peccato inchoant pœnitentiam, quia illud metu pœnæ, nõ virtutis amore, qui vitiorum omnium fuga eſt, facere videntur. Quapropter Chriſtus cum vellet diſcipulis verũ integritatis exemplar monſtrare, conſuevit puellum longè innocentiſſimum in medio ſtatuere, jubens ut ſimiles illius efficerentur, ſi averent ingredi in regnũ cœlorum, quo eos ſic præſentis virtutis imagine, ad pœnitendum beateq; vivendum facilius induceret. Si quis igitur aut cupiditate victus, aut libidine impulſus, aut errore deceptus, aut vi coactus ad injuſtitiam lapſus fuerit, non deſperet: poteſt enim per hunc modum reduci ac liberari, ſi pœniteat actorum, & ad meliora cõver-

Pœnitentia ſpiritualis.
Pœnitentia effectus.
Evangelica pœnitentia.
Pœnitentia. Satisfactio.
Modus pœnitendi.

verſus ſatis Deo faciat,& ita reſipiſcat,quo & errati pigeat,caſtigetq; ſeipſum ſtultitię,& confirmet animum ſuum ad rectius vivendum : quoniā ſicut nihil prodeſt malè viventi anteactæ vitæ probitas,quia ſuperveniens nequitia, juſtitiæ facta delet: ita nihil officiunt peccata vetera correcto,quia ſuperveniens juſtitia labē vitæ prioris abolet. Utrunq; ipſe Dominus *apud Ezechielem* nobis denuntiat:Si impius egerit pœnitentiam,omniū iniquitatum ejus non recordabor: ſi autem averterit ſe juſtus à juſtitia ſua,& fecerit iniquitatem,omnes juſtitiæ ejus quas fecerat,non erunt in memoria. Atque ita ultima facta aut nobis bono, aut malo ſunt. Sed ꝓpterea quod nihil prodeſt incluſam habere cōſcientiā, quia patemus Deo: idcirco poſtquam ſatis delictorum nos pœnituit,deinde oportet ultrò aperiri animum, & perniciem vitiorum ipſi Deo,qui mederi,& veram atq; perpetuam ſanitatem reddere poteſt. Appetenda eſt hæc omnibus medicina, quoniam in majore periculo verſatur anima quàm corpus. Et quia Servator noſter ut humanâ indutus perſonâ ubique nobiſcum præſens eſſe diu noluit,proinde ſui vicarios conſtituit homines mortales,id eſt: Apoſtolos ac diſcipulos ſuos cum primis,quibus dixit: Quorumcunq; remiſeritis peccata, remittentur eis: & quorumcunq; retinueritis, retenta ſunt: ut illis noſtra confiteremur delicta, tāquam veris judicibus,& ab iiſdem aliqua affecti pœna, per divinā gratiam remiſſionem acciperemus. Ante Chriſti adventum, ſat erat mente fateri Deo commiſſa, clamante Prophetâ:Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiā meam Domino,& tu remiſiſti impietatē peccati mei. Eſt iſtuc exemplum confitendorum delictorum ab Adam & Cain ejus filio, qui ſe peccaſſe coram Deo non negaſſent, editum eſſe ad imitandum, Tertul.*libro adverſus Marcionem ſecundo* docet. At iſtiuſmodi confitendi peccata principium fuiſſe nō incertum habetur, quod quærere & inveſtigare noſtræ ſunt partes. Sed

Confeſſio.

Clavium poteſtas in Eccleſia.

poſt-

poſtquam Deus ipſe noſtra ſalutis causâ factus eſt homo, neceſſum fuit homini, qui ejus locum in terris tenet, aperire pectus, & totam nudare vitam per confeſſionem, quæ conſcientiæ vox eſt, uti mereremur veniam, quam Jesus Chriſtus per paſſionem ſuam nobis impertitus eſt. Atq; hoc apud nos Chriſtianos fuit primum confeſſionis inſtitutum, ad quod beatum Jacobum alluſiſſe ferunt, cum dixit: Confitemini invicem alius alii delicta, & orate pro vobis invicem, ut ſanemini. Illud ſic nos Deo recõciliatos voluiſſe videtur, ut remiſſis viciſſim offenſis amici' inter nos viverem'. Fuit illa omnino cõfeſſio, quàm publicã vocant, quæ poſt ea ut quidam, quibus omnino plus ſapit palatus quàm cor, tradunt, exemplo patribus fuiſſe videntur, ut ſecretiorem inſtituerint, qua, priore omiſsâ, nunc utimur maximè neceſſaria, quando per eam, cum corporis tũ animi vitiis fœdè labentes, Deo ſemel atque iterũ reconciliamur. Verũtamen ego affirmare auſim hujuſce ſecretioris cõfeſſionis autorẽ fuiſſe Chriſtũ, qui *quemadmodum ſupra oſtendimus*, auctoritatẽ fecit Apoſtolis remittendi pariter atq; retinendi aliorum peccata. Qua ſanè poteſtate, ecquo illi pacto uti potuiſſent, niſi jam tum mortales cœpiſſent eis de ſuis confiteri delictis? Quippe ſolus Deus ſcrutator eſt humani cordis, ex quo omnia ferè mala quæ ab homine in hominem proficiſcuntur, jugiter manant: quod & factum eſſe teſtatur Lucas *in Actis, cap.* 19. qui poſtquam oſtendit filios Scevæ Judæi principis ſacerdotum auſos fuiſſe invocare nomen domini Jeſu ſuper eos, qui haberent ſpiritus malos, quemadmodũ Paulus faciebat, & ob id vulneratos fuiſſe ab homine ſpiritu vexato, inquit: Hoc autem innotuit omnib. Judæis ſimul & Græcis, qui habitabãt Epheſi & incidit timor ſuper illos omnes, & magnificabatur nomen domini Jeſu, multiq; credentium veniebant, hoc eſt, ad Paulum confitentes & annunciãtes facta ſua. Et hæc vera confeſſio, & initium ſecretioris con-

Confeſſio quid.

Confeſſio ſecreta, ejuſque origo.

confeſſionis fuit. Quare parùm omnino prudentis, ne dicam ſponte errantis eſt, aliter vel credere, ſeu tradere, cum ejuſmodi argumento rei nihil profectò videatur eſſe probabilius: At ſunt, qui ſcribant, confeſſionē hanc apertam fuiſſe, qui neceſſe eſt, vel intelligant eſſe eos homines de manifeſtis actibus confeſſos, quæ res confeſſionem non requirebat, vel non intelligant quod dicunt: ſi enim de occultis delictis palā confeſſi forent, jam tum anſam dediſſent inimicis ad objicienda ſua ſibi facinora cum dedecore, quod morte magis vir ſanæ mentis fugere debet: ex quo cōfeſſionē minime apertam fuiſſe ſatis conſtare poteſt. Atqui controverſia de noſtrâ confeſſione ſecretiori ex eo orta videtur, quod ejus Tertull. ſcriptor antiquiſſimus nihil meminerit, id quod tamen admirationem efficere minus deberet, quia res nova ac in nonnullis Eccleſiis adhuc inuſitata haud ſtatim potuit in animos hominum generatim irrepere, cum præſertim per pudorem non facilè liceat admiſſa cuivis prodere. Cæterum ut modus prioris confeſſionis priſcorum diluceat, Tertulliani, *qui de ea reluculenter agit in libro quem de Pœnitentia ſcripſit*, verba ſubjiciam, quæ ejuſmodi ſunt: Is actus qui magis græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, exhomologeſis eſt, quia delictum Domino noſtrum confitemur, non quidem ut ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exhomologeſis proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, converſationem injungens Miſericordiæ illicem. De ipſo quoq; habitu atq; victu, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus dejicere, illa quæ peccavit, triſti tractatione mutare. Cæterum paſtum & potum pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animi causâ. Plærunque verò jejuniis preces alere, ingemiſcere, lachrymare, & mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum, presbyteris advolvi, & aris

Aperta cōfeſſio.

Priſcorum confitendi modus.

Ἐξομολόγησις quid.

Habitus pœnitentium.

aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ injungere: *hæc Tertul.* Mos iſte talis confeſſionis flebilis & lamentabilis etiam nunc in die præſertim Dominicæ Cœnæ, multis in Eccleſiis obſervatur, qui proculdubio hinc acceptus eſt. Poſtremo ſequitur, ut ſatis Deo faciamus: quod fit cum juſſu ſacerdotis, cui falſi ſumus commiſſa, facimus fructus, uti Joannes prædicabat, qui deceant pœnitentiam: nã, *uti Cyprianus ait*, pœnitentiã ille agit, qui divinis præceptis mitis & patiens, & ſacerdotibus Dei obtemperans obſequiis ſuis & operibus juſtis Dominum promeretur. Atqui Innocentius tertius conſtituit, ut qui jam doli capaces eſſe cœpiſſent, ſi non ſæpius, at ſemel quotannis confiterentur peccata illis ſacerdotibus, qui eorum animarum curam haberent. Atque hic eſt, veræ purgationis modus, ut quod dicto factove quotidie peccamus, illud pura conſcientiæ voce piiſque actibus expiemus, non autem Judaico ritu, arietis ſanguine aut more priſcorum, tedâ, ſulphure, vel aquâ. In ſacris fere omnibus ethnicorum tres erant iſtæ purgationes: nam aut Tedâ purgabantur, & Sulphure, aut Aquâ abluebantur, aut Aëre ventilabantur. Triplicem purgationem Ovidius notat illo verſu:

Satisfactio.

Purgationes tres apud Ethnicos.

Terque ſenem flammâ, ter aquâ, ter ſulphure luſtrat.

Et Vergilius idem.

Ter ſocios pura circumluit unda,
Spargens rore levi & ramo felicis olivæ.
Luſtravitque viros.

Item ovum uſurpabant. Juvenalis:

Niſi ſe centum luſtraverit ovis.

Sic & in hoc delirabant: non enim corpus, ſed animus eſt purgandus, utpote cujus abſque nutu, atque renutu nemo quiſquam fit nocens.

C A

CAPUT II.

Qui primi inſtituerint Horas Canonicas, ac ſanxerint, ut Pſalmi à choro alternis canerentur, ac quàm parum frugifer ſit Cantus in domo Domini mollior atque delicatior, & ibidem de origine Chori, & qui Divorum vitas ſcripſerint.

PReces horarias ſive canonicas, quas vocãt, Hieronymus primus Euſebio Cremonenſi & pleriſq; aliis qui cum eo vixerant, inſtituiſſe fertur, quibus divinæ in templis laudes canerentur, ut ex ſacra patet hiſtoria, quas patres deinde receperunt imitati carmẽ David: Septies in die laudem dixi tibi. Sunt autem qui tradant, *& in primis divus Cyprianus* morem celebrãdi, primam, tertiam, ſextam, & nonam horam à Daniele ſumptum, quod ille ter in die poſitis humi genibus, patrio ritu manè, horâ ſextâ & nonâ precari conſueviſſet. Ita, *teſte divo Hieronymo*, tria ſunt orandi tempora: manè, id eſt, horâ tertiâ, cũ ſpiritu ſancto afflati ſunt Apoſtoli: ſextâ cum edendum eſt. Sic Petrus Apoſtolus volens cibum capere, âſcendit circa horam ſextam in cœnaculum, orandi causâ: nonâ, tum idem Petrus & Joannes perrexerunt ad templum, precandi gratiâ. Fuit vel illud priſcorum inſtitutum, cum apud illos ſic oraretur, *teſte Apulejo, qui libro 11. ita ſcribit*: Rebus jam ritè conſummatis, inchoatæ lucis ſalutationib. religioſi primã nunciantes horam perſtrepũt. Matutinas precationes vocat hoc loco Apulejus nõ intelegantes ſalutationes oſtenditq; modum orandi diviſum in horas ſacrificiis legitimas fuiſſe. Poſtea, quod ſatis conſtat, Pelagius ſecundus decrevit, ut ipſæ ſeptẽ canonicæ horæ quotidie à ſacerdotib. recitarentur, velut præſens remedium humanæ imbecillitati futurũ,

Preces canonicæ quãdo inſtitutæ.

Tria orandi tempora.

Matutinæ preces.

quo ſicuti juſtus ſepties in die, *quemadmodum ait Salomon*, fortè per inconſiderantiam cadit, ita per orandi curam toties reſurgat, convaleatq;. Singulis autem horis Gregorius præfationem dedit initium pſalmi David, Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandū me feſtina: ſubjecitq; hymnum illū, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: *de quo alibi dicemus*. Ut totidem etiam horæ in honorē deiparæ Virginis quotidie recitarentur, inſtituit Urbanus ſecundus in concilio, quod in Gallis ad Claromontem habuit. At Hieronymus rogatu Damaſi digeſſit Pſalterium quod vocant, id eſt, pſalmorum librum, in ſeptem partes, ad numerum dierū unius hebdomadæ, ut quilibet dies certum pſalmorum numerum haberet, qui caneretur: quod ita diſtinctum nunc ex ipſius Damaſi decreto in omnibus templis legitur. Fertur idem Pontifex omniū primus hymnum Gloria Patri, & cætera, qui tribus divinis perſonis redditur, ad extremum quemque Pſalmum adjeciſſe, quem in Niceno conventu prius editū, memoriæ proditum eſt. Item primus inſtituit, ut chorus alternis vicibus pſalmos caneret: quanquam non nemo tradit, id antea ab Ignatio epiſcopo Antiocheno inſtitutum fuiſſe, quippe qui per quietem audiviſſet angelos ad eū modum viciſſim pſalmos concinentes: id quod unus vel alter à David mutuatus eſſe videtur, qui, *teſte Joſepho lib. Antiquit.* 7. dicitur ſeptem cōſtituiſſe choros, & eos canentes ac præcedentes ipſe ſub ſecutus, dum arca Hieroſolymā deportaretur. Vel Aſaph imitati ſunt, qui, *ut ſupra diximus*, etiā apud Hebræos, auctor fuit ordinis eorum qui pſallerent. Fuit omnino jam inde ab initio mos noſtris concinere de rebus ſacris, dicente Tertulliano ad uxorē: Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabat? Id hodie apud Germanos cumprimis ſervatur. At divus Auguſt. *libro Confeſſionum* 9. ait, Ambroſium Mediolanenſem antiſtitem hunc canendi hymnos & pſalmos morem primum

Septem partes Pſalterii.

Hymnus pſalmis additus.

Chori inſtituti.

Hymnos cātandi mos.

mum apud Occidentales inſtituiſſe populos:quod non utiq; multum abhorret à ſententia eorum,qui Damaſo aſſignant: nam cum ambo per idem tempus fuerint & quod unus cœpiſſet, ab altero ratum haberi oportuerit, non injuriâ & ambo ejus rei auctores dici poſſent. Verùm quantum jam tunc illud inſtitutum utile eſſe cœperit,idem Auguſt. *lib. ſuarum Confeſſionum* 10. planum facit: quippe qui à Deo veniam petit,quod diligentius cantum,quam ſacrorum verborum pondus attendiſſet. Sed hodiè nihilò plus è republica noſtra eſſe apparet, quando cantores noſtri ita in templis con ſtrepunt, ut nihil præter vocem audiatur, & qui interſunt, ejuſmodi vocum concentu, quo eorum aures maximè calent, contenti, de verborũ minimè curant. Unde eò ventum eſt, ut apud vulgus, omnis ferè divini cultus ratio in iſtis cantoribus ſita eſſe videatur, quos, bona pars populi ut audiat, in ſacras ædes velut in theatrum concurrit: eos pretio conducit, eos fovet, eos denique ſolos domui Dei ornamento eſſe exiſtimat: tantò molliores & delicatiores in cantu flexiones & fictæ voculæ vulgus magis delectant, quàm certæ & planæ: ac ei gratior eſt ſonus, qui tremulo è gutture funditur, quam qui gravitate editur. Quare dubio procul ex religionis uſu foret, ita conſtituere, ut canentes hymnos modulatè diſtinctéq;, more fermè legentiũ pronunciarent, eò quidem ſono, quo nunc apud nos in Canone ſacro, præfationes & dominica precatio canitur. Quod divum Athanaſium Alexandrinum epiſcopum olim in diœceſi ſua feciſſe Auguſtinus *in prænotato libro* atteſtatur, atque magnoperè laudat. Chorus autã multorum vocibus conſtat, ita ut ex pluribus una reddatur, ñatq; concentus ex diſſonis: *auctor Seneca, & Macrobius*. Chorum à chara, id eſt, lætitia, dici autumat Plato *libro 2 de Legib.* Ego verò dixerim hujuſmodi cantica bene magna ex parte, à veteribus ad noſtra cæremonias eſſe translata, apud quos & ſymphoniã ſacri-

Cantus Eccleſiaſtici abuſus.

Hymni quomodo canendi.

Chorus unde dictus.

quo ſicuti juſtus ſepties in die, *quemadmodum ait Solomon*, fortè per inconſiderantiam cadit, ita per orandi curam toties reſurgat, convaleatq;. Singulis autem horis Gregorius præfationem dedit initium pſalmi David, Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandũ me feſtina: ſubjecitq; hymnum illũ, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: *de quo alibi dicemus*. Ut totidem etiam horæ in honorẽ deiparæ Virginis quotidie recitarentur, inſtituit Urbanus ſecundus in concilio, quod in Gallis ad Claromontem habuit. At Hieronymus rogatu Damaſi digeſſit Pſalterium quod vocant, id eſt, pſalmorum librum, in ſeptem partes, ad numerum dierũ unius hebdomadæ, ut quilibet dies certum pſalmorum numerum haberet, qui caneretur: quod ita diſtinctum nunc ex ipſius Damaſi decreto in omnibus templis legitur. Fertur idem Pontifex omniũ primus hymnum Gloria Patri, & cætera, qui tribus divinis perſonis redditur, ad extremum quemque Pſalmum adjeciſſe, quem in Niceno conventu prius editũ, memoriæ proditum eſt. Item primus inſtituit, ut chorus alternis vicibus pſalmos caneret: quanquam non nemo tradit, id antea ab Ignatio epiſcopo Antiocheno inſtitutum fuiſſe, quippe qui per quietem audiviſſet angelos ad eũ modum viciſſim pſalmos concinentes: id quod unus vel alter à David mutuatus eſſe videtur, qui, *teſte Joſepho lib. Antiquit. 7.* dicitur ſeptem cõſtituiſſe choros, & eos canentes ac præcedentes ipſe ſubſecutus, dum arca Hieroſolymã deportaretur. Vel Aſaph imitati ſunt, qui, *ut ſupra diximus*, etiã apud Hebræos, auctor fuit ordinis eorum qui pſallerent. Fuit omnino jam inde ab initio mos noſtris concinere de rebus ſacris, dicente Tertulliano ad uxorẽ: Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabat? Id hodie apud Germanos cumprimis ſervatur. At divus Auguſt. *libro Confeſſionum* 9. ait, Ambroſium Mediolanenſem antiſtitem hunc canendi hymnos & pſalmos morem primum

Septem partes Pſalterii.

Hymnus pſalmis additus.

Chori inſtituti.

Hymnos cãtandi mos.

nium apud Occidentales inſtituiſſe populos:quod non utiq; multum abhorret à ſententia eorum,qui Damaſo aſſignant: nam cum ambo per idem tempus fuerint & quod unus cœpiſſet, ab altero ratum haberi oportuerit, non injuriâ & ambo ejus rei auctores dici poſſent. Verùm quantum jam tunc illud inſtitutum utile eſſe cœperit,idem Auguſt. *lib. ſuarum Confeßionum* 10. planum facit: quippe qui à Deo veniam petit,quod diligentius cantum,quam ſacrorum verborum pondus attendiſſet. Sed hodiè nihilò plus è republica noſtra eſſe apparet, quando cantores noſtri ita in templis con ſtrepunt, ut nihil præter vocem audiatur, & qui inter- ſunt, e uſmodi vocum concentu, quo eorum aures maximè calent, contenti, de verborū minimè curant. Unde eò ventum eſt, ut apud vulgus,omnis ferè divini cultus ratio in iſtis cantoribus ſita eſſe videatur, quos, bona pars populi ut audiat,in ſacras ædes velut in theatrum concurrit: eos pretio conducit,eos fovet,eos denique ſolos domui Dei ornamento eſſe exiſtimat: tantò molliores & delicatiores in cantu flexiones & fictæ voculæ vulgus magis delectant, quàm certæ & planæ: ac ei gratior eſt ſonus,qui tremulo è gutture funditur, quam qui gravitate editur. Quare dubio procul ex religionis uſu foret, ita conſtituere,ut canentes hymnos modulatè diſtinctéq;,more fermè legentiū pronuntiarent, eo quidem ſono, quo nunc apud nos in Canone ſacro,præfationes & dominica precatio canitur. Quod divum Athanaſium Alexandrinum epiſcopum olim in diœceſi ſua feciſſe Auguſtinus *in pranotato libro* atteſtatur, atque magnoperè laudat. Chorus autē multorum vocibus conſtat, ita ut ex pluribus una reddatur, ñatq; concentus ex diſſonis: *auctor Seneca, & Macrobius*. Chorum à chara, id eſt, lætitia, dici autumat Plato *libro 2 de Legib.* Ego verò dixerim hujuſmodi cantica bene magna ex parte,à veteribus ad noſtra cæremonias eſſe translata,apud quos ac ſymphoniā ſacri-

Cantus Eccleſiaſtici abuſus.

Hymni quòmodo canendi.

Chorus unde dictus.

Digitized by Google

Sacrificare adſymphoniam. ficabatur, teſte Livio, *lib. ab Urb. cond.* 9. ubi ait tibicines ſolitos præcinere ſacrificiis. Sed vel id planius facit

Spondæus. pes ſpondæus, ita dictus, quod in ſacrificiis libantes eo maximè uterentur: nam Græci σπονδὰς libamina appellant. Numa Pompilius hunc pedem pontificiũ nuncupavit cum ſpondæi melos, id eſt cantu, patrios placaret indigetes. Præterea thure incenſis altaribus, tibicinẽ ſpondæum canere jubebant, ut duabus longis ſymphoniis quaſi duplicibus & jugibus vocibus proſperã deorum voluntas firmaretur. Sic Cicero tradit pudicã mulierem, cum violenti juvenes ejus fores frangerent admonuiſſe tibicinam, ut ſpondæum caneret: quod cũ illa feciſſet, tarditate modorum & gravitate canentis, illorum furorem conſedaſſe. *Meminit & hujus rei Quintilianus in* 1. *de Inſtitut. oratoria.* Sed ad Damaſum redeamus. Is quoque inſtituit, ut ad ſingulas horas canonicas recitaretur, preſsâ tamen voce, Symbolum, quod ad differentiam Niceni ſymboli, vulgò brevius & Apoſtolorum appellatur: quamvis certius ſit, ut multi tradant, iſtud non illud in Niceno concilio editum.

Symbolum Apoſtolorum.

Canendi modus decenter inſtitutus. Vitalianus verò canendi modum invenit decentiſſimum, quo hymni ſacri canerentur, quod ante eum Gelaſio & Gregorio etſi non nemo aſſignat, adhibuitq; ad eum organa. *De ejuſmodi muſico inſtrumento affatim tradidimus ſupra libro* 1. *cap.* 15. *cum de inſtrumentis muſicis dictum eſt.* Vitas divorum quas lectiones

Sanctorum vita & hiſtoria. appellamus, Paulus Diaconus & Iſuardus monachus circiter annum ſalutis DCCC. rogatu Caroli Magni ſcripſerunt. Et quoniam cum aliàs, tum præſertim imperante Diocletiano, Damaſus & Euſebius teſtantur, ad decem & ſeptem Chriſtianorum millia, diebus tantum triginta, per diverſas provincias afflicta ſuppliciis fuiſſe, difficile erat ſingulorum vel vitas deſcribere, vel diem feſtum cuilibet dare: illi propterea compoſuerunt lectiones quas appellamus, quæ martyribus pluribus, confeſſorib. quos vocãt, vel virginibus convenirẽt,

quas

quas patres de concilii ſententia poſt ea cōprobarunt, certiſq; diebus quæ ipſis divis ſacri haberentur: recitari inter horas canonicas mandarunt. Poſthęc quidam putantes fore, ut quis in multiloquio ſuo facilius exaudiretur, preces alias inſtituere, quædam mutuati ab his canonicis, quas ad diſtinctionem ſuarum, Romanas appellarunt; nam Benedictus ſuis monachis certum orãdi modum præſcripſit, item Bernardus ſuis, Dominicus ſuis. Quin & ſinguli provinciales antiſtites idem fecerunt, ut hodiè alii alias preces uſurpent: & id factũ ſit vel Romanorum pontificum conſenſu, qui nihil reſpuere voluerunt, quod divinum augeret cultum, tam etſi Chriſto brevior, non item longior precandi modus probatur.

Lectiones ſanctorum. *Varii orandi modi regulares.*

CAPUT III.

De initio Jejunii, & primo Eleemoſynæ uſu, ac ibidem quale verum ſit Jejunium, atque de jejunii Adventus, quem vocant, & quadrageſimæ vario primordio, undè dicta ſit, ac feriæ quartæ Cinerum, quatuorque temporum inſtituto.

DOcet divus Auguſt. *in ſermone 59. de tempore, ad fratres*, precibus, *de quibus jam abunde ſupra diximus*, duas eſſe alas annectendas, Jejunium & Eleemoſynã, hoc eſt, ut vocamus, largitionẽ miſericordiæ cauſa inopi factam, quo celerius in cœlum advolare, id eſt, Deo longè accepti ſſimæ fieri queant: quia bonæ fiunt illæ preces, uti in Tobia eſt, quas jejuniũ & eleemoſyna comitatur: Jejunii initium ab orbe ſtatim condito factũ eſt, cũ primis noſtris parentib. in amœniſſima terræ parte, cui Paradiſus Græcâ voce nomẽ fuit, conſtitutis interdicta eſt arbor, à qua abſtinerẽt, ut ſic obtemperando beatiſſimã vitam degerent, malorũ omniũ expertẽ, terrâ ſua ſponte ferente omnia, & Deum creatorẽ ſuũ ſpiritu, uti minus mole corporea onuſto,

Alæ precib. annectendæ.

Jejunii initium.

facilius colerent. Imò, *ut Ambroſius ait* primus mundi uſus cœpit à jejunio, qui *in libro de Helia & jejun.* ita ſcribit: Quinto die produxerunt aquæ repentia animarum, & volatilia ſuper terram, & adhuc ſervabatur jejunium. Sexto die beſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtiis orta edendi poteſtas, & uſus eſcarum: inde lex de jejunio lata eſt, pœnaque violatori indicta, dicente mandato Dei: De ligno quod eſt ſcientii boni & mali, non comedetis: qua die autem ederitis, ex eo morte moriemini. *Hactenus Ambroſ.* Ita nihil prius Deus præſcripſit homini, quàm ut abſtineret. Atque jejunii talis fuit origo. Verùm abſtinentia haud diuturna in parentibus fuit: non multò poſt commiſerunt, ut alteram, credo, precationum alam experirentur: quapropter dum in cœlo eſſe ſibi videbantur, amœniſſimo domicilio ſedeque illâ beatiore expulſi, ſeſe nudos ſubitò repererunt, ac tum primum alienis opibus egentes, à Deo pelliceas tunicas accepere, quibus operirentur: inde rerum omnium magis indigentes ſolum laborioſè vertere, & per ſudorem ac ærumnam vitam agentes, expectare fructus terræ, quæ jam cohibita nihil ultrò amplius ferebat, coacti ſunt. Subiit & morbus tentareq; cœperunt frigora & æſtus inſueta corpora, ſicuti oraculum prædixerat, ea vitæ incommoda adeunda eſſe ſi minus divinæ legi paruiſſent. Et hinc ſimul eleemoſynæ uſus eſſe cœpit, qui inter omnes gentes tãtum deinceps increbuit, quantũ pauperies ſemper ſerpſit. Sed hanc non uno humanitatis vel liberalitatis genere metiri licet: quodcunq; enim charitatis officium in alterum præſtatur, id eleemoſyna eſt. Cæterùm Moſes primus eleemoſynæ dandæ uſum introduxit, dicẽs, *ut in Deuteron. extat:* Nõ deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcircò ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecũ verſatur in terra. Quod vel Chriſtus approbavit, cum inquit: Date eleemoſynã, & ecce omnia munda ſunt vobis. Et rursũ

Edendi poteſtas quando orta.

Eleemoſynæ uſus.

Eleemoſyna quid.

alibi

alibi: Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Magna nempè vis eleemoſynæ, cum in ea tam bene omnia bona noſtra locata velit Servator. Sed quibus danda ſit, audi divum Hieronymũ cum Servatore docentem, & dicentem, Vade, vende omnia tua & da pauperibus. Pauper non utiq; ille, qui mendicitate & ſqualore coopertus eſt, & tamen non recedit à vitiis, ſed qui bonus eſt: *hæc Hieron.* Et Solomon: Da miſericordi, & ne ſuſpicias peccatorem. Illis igitur, *teſte etiam Ambroſio*, quos ſcimus ignavè potius, quàm ex neceſſitate oſtiatim de cibo rogare, debemus conſulere, ut benè agant, ac eos objurgando commonefacere, ut ſine vitæ ignavia velint in ſudore vultus, ſicut divina jubet juſtitia, & quæritare victum, & eſſe panem ſuum. Et hæc ut magis pia & ſalutarior eleemoſyna ſpiritualis nuncupatur. Eſt tamen communiter danda eleemoſyna omnibus egentibus, quando eo non tam accipientibus, quàm dantibus prodeſt. Sed de Jejunio jam agamus. Manavit & illa jejunii ratio ad poſteros: enimverò carnis ac vini uſus ab Adam ad Noë uſque ignotus fuit, *ut infrà cap. 6. demonſtrabitur.* Cibo ſe abſtinuit Moſes 40. dies, ut dignus eſſet, qui legem acciperet à Deo: neq; enim, *ſicut Ambroſ. in eodem libello de Jejunio ait*, introiſſet in nubem, & vocem Domini loquentis de medio igne ſine periculo audiviſſet, niſi munitus armis jejunii fuiſſet, quippe quod vitioſas corporis partes cõprimit, hominẽq; puriorẽ reddit ad res divinas tractandas. Deinde abſtinuit Elias, & poſtremò Servator noſter dies totidẽ. Itẽ Ninivitis Jonæ ꝓphetæ operâ & cohortatione pœnitentib. per jejuniũ venia datur. Ita Judæi abſtinere cõſueverunt, quoties à Deo opem adverſus calamitates implorare, aut eum iratum placare, vel aliquid uſui vitæ neceſſariũ rogare ſeu acceptorum beneficiorum memoriam redintegrare, vel dies feſtos agere voluiſſent. Demũ Chriſtus & jejuniũ obſervandũ eſſe, & jejunii modum docuit, cũ *apud Mat*

Eleemoſyna quibus conferenda.

Eleemoſyna ſpiritualis.

Jejunii origo.

Jejunii effectus.

Uſus jejunii.

thaum capite ſexto dixit: Tu verò cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne conſpicuū ſit hominibus te jejunare, ſed patri tuo, qui eſt in occulto: & pater tuus qui videt in abdito, reddet tibi in propatulo. At jejunio videtur nomen inditum ex inteſtino, quod jejunum dicitur, quia *teſte Cornelio Celſo libro* 4. nunquam quod accipit, continet, ſed protinus in inferiores partes ventris mittit: hoc argumento, ut more jejuni inteſtini, minus nos cibis oneremus, cum abſtinemus, quod proprium continentiæ eſt. Verum autem jejunium ſervat, nō qui à carnibus tantùm cœnaq; abſtinet, id quod vulgus abſolutum jejunium exiſtimat, ſed qui ſimul & affectionibus aliquid adimit, ut minus permittat iræ, quàm ſoleat, minus ſuperbiæ, minus cupiditati, nihil voluptati: ac patienter ferat, ſi quid adverſi inciderit. Hæc omnia Epictetus Stoicus duobus verbis quæ frequentiſſimè uſurpabat, pulcherrimè comprehendit, Suſtine & Abſtine. At Origenes in hãc quoque ſententiam, Vis, inquit, oſtendam, quale te oporteat jejunare jejunium? jejuna ab omni peccato, nullū cibum ſumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concaleſcas: jejuna à malis actibus, abſtine à malis ſermonibus, contine te à cogitationibus peſſimis, noli contingere panes furtivos perverſæ doctrinæ, nō concupiſcas fallaces philoſophię cibos, qui te à veritate ſeducant: tale jejuniū Deo placet. Ut igitur ad hanc tanti præmii meſſem ſæpius vigilaremus, ut ad cæleſtiū bonorū guſtum eniteremur frequentius, Apoſtoli volētes Chriſtianos imitatores eſſe Servatoris abſtinentiâ inſtituerunt in quadraginta dies jejunium ante paſcha ſervandum. Id eſſe verùm teſtis eſt divus Hieronym. *in Epiſt. ad Marcellã, adverſus Mõtanum, qui plures quadrageſimas ſervandas prædicabat* ſcribens: Nos unam quadrageſimam, ſecundum traditionem Apoſtolorum, tempore nobis congruo jejunamus, illi tres in anno faciunt quadrageſimas, quaſi tres

Jejunium undè dictū.

Jejunium verum.

Jejunium annuum, quadrageſima.

ſi tres paſſi ſint Servatores, non quò & per totum annum, exceptâ Pentecoſte, jejunare nō liceat, ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate manus offerre, *& reliqua*. Imò ſi Chryſoſtomo credimus, ipſius Chriſti inſtitutū eſſe videtur, qui *homilia* 10. *in Geneſ. de ea re* ita ſcribit: Nam quemadmodum in viis publicis ſunt ſtationes & diverticula, in quibus feſſi viatores & reſpirant & quieſcunt, ut alacrius poſtea iter ſuum conficiant; & ſicut in mari ſunt portus, ut in eos ſe recipiant navigantes, dum ventorū impetus conquieſcat, & ſic iterum navigare incipiant: ita & nunc his qui in hac quadrageſima jejunii curſum ſuſcepere, quaſi ſtationes & diverticula, & portus, per duos hebdomadæ dies, Dominus quietem largitus eſt, ut & corpori aliquantulum jejunii labores remittant, & exactis duob⁹ illis dieb. in pulchrè cœpto itinere alacriter pergant. *Simile.*

At non nemo Telephoro illud primò aſſignat, & quidem falsò: nam Telephorus auxit potius dierum numerum, quàm ejus inſtituti fuit auctor, qui fertur cōſtituiſſe, ut per ſeptem hebdomadas, ante paſcha jejunium obſervaretur. Hoc temporis ſpatio computant quinquaginta dies, quibus quotidie, ne uno quidem prætermiſſo, jejunio corpus edomandum erat: ſiquidē ex decreto Melchiadis perſpicuè apparet, nullos tum Dominicos dies à jejunio vacuos fuiſſe: ille enim perdiu poſtea ſanxit, ne Dominico, neve quinto hebdomadæ die jejunium celebraretur, quod eos dies idolorum cultores quaſi ſacros agerent. Sed hoc poſteri⁹ paulatim obſolevit. Illud verò ſuperius jam ante Melchiadem in uſu erat, dicente Tertul. *in lib. de Militis corona*: Die Dominico jejunium nefas ducimus: eadē immunitate à die Paſchæ, uſq; ad Pentecoſten gaudemus, &c. Verùm ita fortè accidit, ut inſtitutum jam intermiſſum, à Melchiade renovatum fuerit. Quare Chryſoſt. eos ipſos dies *ut ſupra oſtendimus*, à Domino datos ad recreandum corpus, rectè affirmare videtur. *Dominicus dies à jejunio vacuus.*

Ad hunc denique modum Telephorus non inſtituit quadrageſimam, ſed ad eam unam addidit hebdomadam, qua ſacerdotes duntaxat, ultrà alios abſtinerent, ut illi qui ſanctiores eſſe debent, vel in hac obſervatione ſancta, aliquid plus quam reliqui abſtinendo præſtarent. Poſthac Gregorius ſcripſiſſe fertur Auguſtino Anglorum antiſtiti, ut curaret, quo Anglici quoq; ſacerdotes ſecundum Telephori decretum, jejuniũ ſervarent. Et id temporis ſpatium quinquageſima dictũ, *ſicut latè patet in Canon. decretis, ubi de jeiunio agitur*: & id inſtitutum deinde Aurelianenſis concilii auctoritate antiquatum. Cæterùm undè dicta ſit quadrageſima, & quod habuerit principium, facilè ambigitur. Etenim longo jam uſu venit, ut quadrageſima abſolutè ponatur pro eo XL. dierum ſpatio, qui ſunt jejunio ſacri, ſed quàm latinè neſcio, niſi dicatur, quia ordine eſt dies quadrageſima ſacri jejunii, & finis ejuſdem: ac inde ſic nominetur, quod ſit ultima dies ex quadraginta, ſicut ſecundus eſt ultimus ex duobus. Atqui fuere nonnulli, qui iſtiuſmodi partem temporis tanquam totius anni decimam ſacro jejunio darent: nam cum annus conſtet ex CCCLXV. diebus, ac horis ſex, decima pars eſt triginta ſex dies & neſcio quot horæ: & quia deinde quatuor dies, *ſicut infra dicemus*, additi ſunt, ex eo, etſi ſatis ineptè, nomen compoſuerunt, ut quadrageſima nuncupata ſit, quaſi quatuor & decima. At iſthuc ne ſomniũ noſtrũ, cui ſimile eſt, fortè putes, ſcriptũ leges *lib. Divinorum officiorum 6*. Quadrageſimam verò alii jam uſque ab initio incipiebant eo die, qui nunc eſt primus ipſius quadrageſimæ Dominicus dies, ac ita continebat in ſe duos & quadraginta dies: allii verò à ſecunda feria præteritæ hebdomadæ, quod hodiè noſtri monachi atque Narbonenſes Galli obſervant. Verùm cum in eo XLII. dierum numero ſex intereſſent dominici dies, quibus ex ſcito Melchiadis, fas non erat per jejunium abſtinere: idcirco D. Gregorius quem-

Quinquageſima jejunii.

Quadrageſima quomodo ſic dicta.

Quadrageſimæ terminus, & dierum numerus.

quemadmodum eodem in lib. patet, ut quadrageſimam redigeret ad XL. dies jejunio ſacros, addidit ad eum ipſum numerum dies quatuor, voluitq; feriam quartam præteritam, eſſe caput quadrageſimæ, quā multis cum cæremoniis, tum ſacris, ſanctam & celebrem fecit. Primum enim in Miſſa legitur illud Joël prophetæ, ſecundum caput, ubi de pœnitentia agitur: deinde aliud Matthæi Evangeliſtæ, quo veri jejunii modus præſcribitur. Sed ante initium Miſſæ factū, cineres cōſecrantur, quibus populus aſpergatur: ſic namq; apud Judæos, eos quos maximè pœniteret, cinere conſpergi ſolitos tradit Hieremias *cap. 25.* Deinde ſacerdos imponit eos cineres ſuper verticem capitis cujuſq; dicens: Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris: apud alios ait: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem revertèris: in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Atq. hinc ea dies feria quarta cinerum appellatur. Ita cuncti generatim mortales ſemel ſaltem in anno redduntur mortis memores, quod facit, ut rectius vivamus, certo ſcientes nobis eſſe moriendū. Ad eum modū Dominus, *veluti eſt lib. Geneſ. cap. 3.* admonuit Adam poſtquā peccaverat, & in mortis neceſſitatem inciderat, de humani corporis imbecillitate, dicens: In ſudore vultus tui veſcére pane, donec revertaris in terrā de qua ſumptus es; quia pulvis es, & in pulverē revertèris. Poſtremò ut ne ocyus quā jejunium requireret, populus ad prandium advolaret, juſſum eſt, ut ſacra omnia ad nonam uſq; horam producerentur recitatis etiam ſimul veſperis, quas vocāt. Quæ ſanè cæremoniæ ac ſacra partim divi Gregorii opera & auctoritate, partim Cabillonenſis concilii decreto inſtituta ſunt. Eſt autem Caballio, ſeu Cabellio, vel Cabillio, *ita variè apud veteres auctores legitur*, reſte Ptolomæo, urbs in Lugdunenſi Gallia celebris, in qua ea frequens ſynodus habita eſt. Ad rem redeo. Eorundem quoque Apoſtolorum decretum fuit,

Miſſa tempore quadrageſima.

Cinis pœnitentialis.

Feria quarta cinerū.

Mortis memoratio.

Sacra jejunii.

Caballio urbs.

Jejuniũ ante Nativitatē Chriſti. ut tres hebdomadæ ante natalem Domini, ut ſolennes celebrarentur, adjunxeruntque illis jejunium, quod aliquandiu publicè ſervatum ferunt: nunc verò monachi maximè omnium obſervant. Calixtus verò primus omnium inſtituit, ut frumenti, vini, & olei gratiâ ter in anno jejunium ageretur, die præſertim ſabbati, id eſt, quarto menſe, ſeptimo, & decimo, ſi inchoemus annum à Martio, Hebræorum more. *Quatuor jejunii tempora.* Inde mutato conſilio, in quatuor partitus eſt anni tempora id jejunium, in ver, æſtatem, autumnũ, & hyemem. Quibus temporibus deinceps ratio ſacrorum ordinum habita eſt, cum id antea tantummodo Decembri menſe fieri conſueviſſet. Sunt tamen qui Urbano attribuant hujuſmodi quatuor temporum, ac jejunii diſtinctionem, quæ antea hominum imperitiâ confundebantur. Sic utrunque fieri potuit, ut Calixtus primum inſtituerit, dein Urbanus jejunium in quatuor tempora digeſſerit. At iſta ego à Romanis accepta eſſe dixerim, quos Ovid. *in Faſtis* tribus anni temporibus fructuum gratiâ, totidem ſacrificia dicit feciſſe, Vinalia, Robigalia, Floralia: Prima cauſa vini: Altera frugum Deo, qui Robigus dicebatur, ſacra ſeptimo Cal. Maji, quoniam tũc ferè ſegetes robigo occupat, *ut ait Plin.* Tertia cunctorum fructuum, quibus dea Flora præerat. *Sacrificia tria ethnica fructuũ gratiâ inſtituta.* Hinc igitur apparet priſcos Romanos pontifices eadē quoque anni tempora non inani ſuperſtitione, ſed jejuniis tribus ex eadem cauſa celebraſſe, quo vanos veterum ritus in verum pietatis cultũ verterent. Deinde patres nonnulla alia conſtituerunt jejunia, quæ etiam ponere minimè tędebit.

CAPUT IV.

De ritu Vigiliarum noctu agendarum ad ædes ſacras, & de Convivio Dominico, vel quale illud foret, & quando primùm ſacræ Vigiliæ in Jejunium fuerint mutatæ: & ibidem Nocturna ſacra

apud

apud veteres ſemper fuiſſe damnata, atque de inſtituto jejunii quartæ & ſextæ dierum hebdomadæ.

MOs fuit ſtatim ab initio creſcentis religionis, ut quia Servator Chriſtus noctu naſci voluiſſet, ſacerdotes nocturno tempore ſurgerent, horasq; canonicas canerent, ac profani ſimiliter viri atque mulieres de media nocte ſurgerent, & dies præſertim paſchales agerent pernoctantes in templo, ibique orarent, & die cœnæ Domini convivium concelebrarent, quod Dominicum conviviũ appellabant, unàque eodem loci frequenter convivarentur: ubi ſimul inopes cibo reficiebantur, *Hæc ex Tertulliani libro ad uxorem ſecundo, habui hoc loco appoſitè referre.* Item divus Hieronymus, qui *in ſermone de Obſervatione vigiliarũ, aut quiſquis illius auctor eſt (nam de ea re ambigitur)* inquit: Hæc & hujuſmodi tanta ac talia ideo ſancti illi cecinerunt, & ſcripta reliquerunt, ut nos eorum poſteri paribus excitaremur exemplis, ad celebrandas etiam noctibus ſalutis noſtræ excubias. Quod nempè ex præcepto Domini fiebat, dicentis ſuis diſcipulis: Sic non potuiſtis unâ horâ vigilare mecum, Vigilate & orate, ut ne intretis in tentationem: Spiritus promptus eſt, ſed Caro infirma. Et propheta illud ipſum decãtat: Mediâ nocte ſurgebam, ut confiterer tibi ſuper judicia juſtitiæ tuæ. Item Apoſtolus ait: Orationi inſiſtite vigilantes. Hinc populus quoque imitans illos paſtores qui circa Bethlehem atque gregem ſuum nocte excubias agentes, meruerunt primi de ortu Domini cognoſcere, ſolebat ea nocte quæ diem quempiam præceſſiſſet ſolennem, in templis ad ſepulchra martyrum pernoctare orando, ſacroſque hymnos canendo. Quod C. Plinii teſtimonio comprobatur, qui cum Bithyniã provinciam obtineret, motus miſericordiâ ob multitudinem Chriſtianorum interemptorum, ad Trajanũ, cujus

Nocturnorũ ſacrorum origo.

Dominicũ convivium.

Plinius de Chriſtianorum ſacris.

cujus juſſu ea ſævitia eruperat, ſcripſit, Multa hominum millia quotidie obtruncari, in quib. nihil omninò ſceleris inveniretur, niſi quod eſſent ſoliti ſtatuto die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo canere. Tum Trajanus reſcripſit: hoc homines inquirendos quidem non eſſe, oblatos verò puniri oportere. Ad hæc Tertul. *in Apologet.* animo commotus inclamat: O ſententiam neceſſitate confuſam! Negat inquirendos, ut innocentes: & mandat puniri, ut nocentes. Parcit, & ſævit: diſſimulat, & animadvertit. Quid temetipſum cenſurâ circumvenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non inquiris, cur non & abſolvis? *Hæc ille.* Sed quid damnoſa, *uti ait Horat.* non minuit dies? Ea enim pietas poſtea paulatim in impietatem, illi ſacri hymni in diſſolutas cantiũeulas, preces illæ in procaces affectus verti cœperunt: nam in eo nocturno cõventu, pueri puellæque amores jam licentius meditari, juvenes palam ſtuprum offerre, ſenes lenocinium facere, & matronæ paſſim corrumpi minus erubeſcebant. Quod Vigilãtius, qui mox in hæreſim eſt lapſus, præſentiens, ut idoneam culpandi anſam amplexus, cœpit eas excubias maximè omnium impugnare, publicéq; execrari. Contra Hieron. qui ab eo criminatore nihil non in malam partem aſſeri ſuſpicabatur, graviter repugnabat, argumentans paucorũ culpam non debere religioni damno eſſe: quia qui peccarent vigilando in templis, poſſent etiam in ſuis domibus vel in alienis eadem facere: atque non illepidè in illum cavillans ajebat, Hoc facit contra vocabulũ ſuũ, ut velit dormire Vigilantius. Sic res in aliud tempus rejecta, ita auxit contagionẽ, ut Domus Dei jamjam, ſicut veritas dicebat Judæis, facta eſſet ſpelunca latronũ, hoc eſt ſtupratorũ. Quod patres ubi animadverterũt, ut ne id malũ latius ſerperet, tandem aliquando inſtituerũt loco vigiliarum jejunium illis divis pridie diei cujuſq; feſti, ſi ille celebris ac præcipuus eſſet, & ſacerdotes nihil-

Nocturorũ ſacrorum abuſus.

Vigilantius

Regula.

Jejunium præd. feſti. diei.

nihilominus de media nocte ſurgerent, ac horas ſuas celebrarent: quia, *uti Cyprianus ait*, efficax ſit precatio præcedente jejunio. Manſit dein vigiliarum, id eſt, officii nomen hujuſmodi jejunio, quod æquè obſervatur ac quadrageſimale. Atque huic creſcenti morbo tale eſt datum remedium poſt tempora omninò divi Hieron. qui eo anno occidit, q fuit ſalutis CCCCXXII. ſedente Bonifacio pontifice primo. Ita Ægyptii, *teſte Herodoto*, pridie diei feſti ſolenne jejunium habere, & poſtquam dormierant, immolare vaccam. Hunc ritũ attendant, qui ejuſmodi dieb⁹ gravatè abſtinent, quãdo indè ſcire licet nos à priſcis hominibus iſtum accepiſſe abſtinentiæ modum, ut non videamur novũ obiiſſe mũnus. Ad rem redeo. Nimirum nocturna ſacra ſemper fuere multorum ſcelerum cauſa, id quod ad extremum fuit, quamobrem Romana ſeveritas, *teſte Livio*, bacchanalia damnarit, cum ſub nomine religionis ſtupra puerorum fœminarumq; promiſcua, & corruptelæ omnis generis fieri cœpiſſent: & Dyagundas Thebanus *teſte Cic. de Legibus* omnia nocturna ſacra ob illud ipsũ apud Græcos lege perpetua ſuſtulit. Quin etiam noſtris Chriſtianis iſte nocturnus religionis cultus, *de quo ſupra eſt dictum*, labeculam aliquam infamiæ apud ethnicos aſpergere cœpit Tertulliani tempore, qui de eorum ſuſpicione meminit *eodẽ libro ad uxorem ſcribens*: Quis ad convivium Dominicũ illud, quod infamant, ſine ſuſpicione dimittitur? Infamant, dixit Tertullianus, ſcilicet ethnici. Jam ad rem reditus inſtat. Item quarto & ſexto hebdomadæ die jejunium indixerunt patres, quod hoc die Chriſtus fuiſſet cruci affixus, & illo Judas eum prodere animo deſtinaſſet, quod cenſuerat Apollonius orator inſignis, *ſicuti in decret. Canon. eſt*, qui imperãte Lucio Commodo, ſolus eâ tempeſtate martyrium paſſus, quia de Chriſtianæ religionis laudibus, quod tunc capitale fuit orationem habuiſſet. Teſtatur & de obſervatione

Divi Hieronymi obitus

Scelera ex nocturnis ſacris provenientia.

Jejunium.

vatione hujus jejunii Origines *ſuper Levit. ſcribens*: Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolenniter jejunamus. Ejuſmodi ſexti diei jejunium ab Anglis hodie ſanctiſſimè ſervatur, populis ſine controverſia, præ cunctis religioſiſſimis, ſicuti nos latius de ea re memoravimus in hiſtoria noſtra Anglica, quæ nuper divûm auſpiciis in publicum prodiit.

CAPUT V.

Qui primi mutaverint Solis & Saturni dierum nomina, in Dominicum & Sabbatum, ac reliquos Hebdomadæ dies in Ferias diſtinxerint: & ibidem, à quibus Errantium ſiderum vocabula fuerint iſtis diebus primùm tributa.

Subnectam perappoſitè, undè Feriarum nomen ſit diebus hebdomadæ ſingulis inditum. Porrò Sylveſter Romanus pontifex primus, vanorum deorum memoriam abhorrens, ſtatuit, ut dies hebdomadæ, qui antea nominibus Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni dedicati eſſent, ad numerum feriarũ digererentur, vocarenturque prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta feria, ad eum propè modum, quo apud Hebræos dies nomine ſabbatorum diſtincti fuerant. Saturni verò diem antiquo legis vocabulo ſabbatum, quod requiem ſignificat, & primam feriam quæ in locum Solis ſubjecta erat, ut diem Domino ſacrum, Dominicum appellari voluit: idque feciſſe dicitur rogatu Conſtantini principis. Quanquam Apoſtoli primò eum diem Domino conſecrarant, quod Servator noſter eo die à mortuis reſurrexit, atque otium ſabbati, id eſt, otium *ſicut ait Orig. ab operatione peccati*, in eundem verterant, ut perinde apud nos Dominicus eſſet, ac Sabbatum apud Judæos fuerat. Quod verum eſſe ex eo colligere licet, quod multò ante Sylveſtrũ,

Nomina dierũ hebdomadæ.

Dominicus dies.

aut

ſiut Conſtantinum,Pius pontifex ſanxiſſe perhibetur, *ſicut infra demonſtrabitur*; Paſcha dominico die celebrari, & Tertullianus eum diem Dominicũ appellat; *uti proximo capite demonſtravimus.* Quare iſtud inſtitutum fortè id temporis minus ſervatum, Sylveſter per hunc modũ innovaſſe dicitur. Cæterùm hæc dierum ratio nunc tantùm, in rebus divinis habetur, cùm vix dominico die cum ſabbato ſuum tenente locum, (& id, credo, permittente Sole, & Saturno) reliqui priſtinum nomen recuperaverint. Undè profectò pudendum eſt, ſimulque dolendum, quod non antehac data ſint iſtis diebus Chriſtiana nomina, ne dii gentiũ inter nos; tam memorabile monimentum haberent: etſi Aſtrologi Lunam, Martem, Mercurium & Jovem vocant planetas, id eſt, ſtellas; è quibus nomina his quatuor diebus impoſita ſunt, quod vi ſiderum efficiatur temporis varietas. Hinc Cicero *de Divinat*, inquit: Cum temporum anni tempeſtatumque cœli converſiones commutationesque tantæ fiant acceſſu & receſſu ſtellarum. Feriæ apud veteres, erant dies, quibus nullum opus fieri liceret, dictæ à feriendis victimis, quæ immolabantur: vel à ferendis epulis quæ tùm maximæ dabantur. *Sed de iis plura in capite inſequenti; cum de feſtis diebus ſermo fiet.* Quod autem receptum eſt, dies aſſignari ſeptem ſtellis, qui planetæ vocantur, inventum Ægyptiorum putatur, *teſte Dione hiſtorico.*

Planetarũ nomina diebus indita.

Feriæ quid apud Ethnicos, & unde dictæ.

CAPUT VI.

De modo Chriſtianæ Abſtinentiæ in cibis capeſſendis, cùm ſolenne eſt Jejunium, ac de eorum delectu per legem habito; & unde ſit uſui apud nos conſecrandi Menſas, legendiq; ſacra ſcripta, dum editur, atque agendi gratias poſt ſumptum cibum.

CUM Jejunium agitur, primùm à carne, & à quocunq; ciborum genere quod ſapiat carnem, ſicut

ſunt lac, caſeus, oua, *auctore diuo Gregorio*, abſtinendum eſt. Sed carnis uſum multo ante interdictum fuiſſe iis, qui per jejunium abſtinent, teſtatur Chryſoſt. qui Gregorium ducentis anteceſſit annis, *homilia tertia ad populum, in detrectatores*, Quæ enim, inquit, utilitas cum avibus & piſcib⁹ abſtineamus, fratres verò mordeamus & comedamus? Quæ lex à principio impoſita fuit, cum Deus, *uti eſt in Geneſeos lib.* dixit: Ecce dedi vobis omnem herbam ſeminantem ſemẽ, quæ eſt in ſuperficie omnis terræ. Et omnis arbor in qua eſt fructus arboris, ſeminans ſemen, vobis erit in eſcam. Ita, *teſte Origene*, primus homini cibus fuit ex olerib⁹ & arborum fructibus, uſq; ad Noë tempora. Et eam ipſam legẽ in jejunio remanſiſſe ſatis conſtat, quando poſteritas illa ſemper eſt uſa. Abſtinendum dein & à cœnis, dicente Hieronym. *prout & in decretis ſcriptum eſt*: Sint tibi quotidiana jejunia, & refectio, ſatietatem fugiens: nihil enim prodeſt tibi biduo vel triduo vacuum portare ventrem, ſi poſt pariter obſtruatur. Et ſubdit: Sint tibi jejunia pura, continua moderataq;, id eſt, quotidie eſurire, quotidie prandere, *& reliqua.* Docet Hieron. ut ſemel in die cibum capiamus, & illũ quidem circa meridiem, quæ temporis portio jam uſu venit, ut prandio ſit data Eſt illud ipſum jampridem conventus Gabilonenſis decreto ſtatutũ, quo excipitur, ne quiſquam ante ſacra meridiana peracta, pranſum eat: nulla hic mentio de cœna fit. Dixit Hiero. & refectio, id eſt, ipſius cibi capeſſendi actio, ſatietatem fugiat: ſi de prandio & cœna intellexiſſet, refectiones plurativo numero poſuiſſet. Hæc grata frugalitatis conſuetudo majores noſtros in hoc genere jejunii, ſumma voluptate continuit: hæc nos eſurire quotidie, cum cœnas negligimus, & prandere quotidie admonet. Sane ſi in jejunio bis cibum capere fas eiſet, ecquæ hic abſtinentiæ forma, vel ſpecies quidem foret? parvi enim refert quo veſcaris cibo, ſi modo te ad ſummum

Carnis uſus prohibitus.

Jejunium quomodo inſtituendum abſtinẽtiâ.

Frugalitas Veterum.

ſummum ſatiaveris. Apud Romanos olim prandia non fuiſſe frequenti in uſu, auctor eſt Servius. Teſtatur idem Gellius ita ſcribens: Parſimonia apud veteres Romanos, & victus atque cœnarum tenuitas non domeſtica ſolùm obſervatione, ac diſciplina, ſed publica quoq; animadverſione, legumque plurium ſanctionib. cuſtodita eſt. Romanis fœminis, *uti nos alibi diximus*, vini uſus quondam ignotus fuit. Hebræi in ſolenni jejunio veſperi tantum comedebant, *ſicuti lib. Judicum cap.* 20. *&* 1. *Reg. cap.* 1. *legitur.* Hunc quoque morem apud noſtros aliquando ſervatum Chryſoſt. innuere videtur, cum *homilia* 36. *in Matt. propè finem* ita dicat: Veniat tibi, oro, in mentem quoties jejunii tempore, menſa veſperi appoſita, ſi miniſter vocatus tardiuſculè acceſſerit, &c. Nos igitur ab iis formam jejunii accepiſſe videmur, ſed alio temperantiæ argumento: illi in medias noctes ſeſe paſcebant, nos merenda contenti, reliquū diei abſtinentes agimus. Hæc jejunii ratio quanquam ab omnibus recepta eſt ritèq; ubiq; gentium ſervatur, de ea tamen non abre, hoc loco latius, quam volebam, memoravimus: ſunt .n. nonnulli, quorum Deus venter eſt, ut Apoſtolus ait, qui velut fruges conſumere nati, omnia tam humana quàm divina præ lautiſſimis epulis haud magni ducāt. Ii porrò abortivi, ut dicunt, religionis filii, contendūt eſſe cœnandum in jejunio, modo carnium uſus abſit. Huic tam pingui eſuritioni audivimus nos quandoq; apud Anglos, Londini, neſcio quem concionatorem Franciſcani ordinis virum, voluiſſe copiam ſuppeditare ciborum, imò abſtinentiæ Chriſtianæ fræna laxare, affirmantē neminē teneri capitali peccato, ſi quadrageſimale jejuniū violaſſet, cū ex præſcripto legis nihil contra ſancitum eſſet. Ita homo ejus ſectæ, quam CHRISTUS non inſtituit, de Jejunio præceptum CHRISTI requirebat, (ut credo) ſuo amplo ventri haud tenuiculo cibo cōtēto, honeſti⁹ obediret. O poſt

Prādia Romanis non in frequēti uſu.

Hebræorum jejunia.

Epicureorū ordo.

Franciſcani cujuſdam Concio.

hominũ memoriam os importuniſſimum! Fac, quæſo, mihi licere id ſine capitali crimine facere, quid obeſt, ſi perſuaſum habeam me gravius peccare quàm peccem ſi non abſtineam; Officit ſane nihil, cum per id enitar patientius abſtinere, quod cum corpori tum animo & perutile atq; maximè neceſſarium eſt, inclamante Origine: Nam quomodo apud eos caſtitas incorrupta ſervatur, niſi arctioribus continentiæ fulta ſubſidiis? Quomodo ſcripturis operam dabunt? Quomodo ſapientiæ & ſcientiæ ſtudebunt? nonne per continentiã ventris & gutturis? Quomodo quis ſeipſum caſtrat propter regnum cœlorũ, niſi ciborum affluentiam reſecet, niſi abſtinentiâ utatur miniſtrâ! Hæc ergo Chriſtianis jejunandi ratio eſt. *Hactenus ille.* Proinde ex uſu noſtro non eſt, ex ſuggeſtis polliceri ſecus facientibus, ac Chriſtiana temperantia poſcit, lexque jubet, impunitatem, quæ malorũ ſemper auget audaciam. Quamvis ego omninò non facile conceſſerim, id fieri poſſe ſine capitali noxa, quãdo Apoſtolorũ, vel atq; adeo Chriſti, *ut ſuprà cap.3. oſtendi*, inſtitutum ſic violatur, ſic patrũ auctoritas floccipenditur: ſic deniq; religio ipſa negligitur, cum præſertim hoc tempus ſacrum ſit, de quo idem Origenes. Habemus, inquit, quadrageſimæ dies jejuniis conſecratos. Atq; jam ſatis liquet, quantũ ſit piaculum, dare diſſolutis licentiam peccandi, ac religioſum populũ à pio continentiæ officio avocare, ab ejuſq; pectore caſtũ ſumovere metũ. Cæterum extra jejunium legitimum & duos hebdomadæ dies, feriam ſextam ac ſabbatum habemus, quib. non licet veſci carnibus, prout jam ab initio Eccleſia receperat, conſtituerat, ac ſanciverat: quæ porrò in hoc ſecuta eſt Dei legem, quã ille primus de ciborũ delectu Judæis per Moſen dederat, *uti eſt in Levitica* 11. Ecquis ergò niſi valde edax minimeq; religioſus legẽ duorũ dierũ ad Dei præſcriptũ latã perfringere auſus fuerit? Sed audi Tertull. de iſta cibaria abſtinentia

Continentia Chriſtiana neceſſitas.

Lex de ciborum delectu

tia *lib. Defin. dog. Eccl.* ita admonentem, Abſtinere autem ſe ab aliquibus cibis non quaſi malis, ſed quaſi nõ neceſſariis, non eſt malũ. Moderari verò eorum uſum pro neceſſitate, & tempore, propriè Chriſtianorũ eſt. Aſt aliis dieb⁹ fas eſt Chriſtiano homini cibum aliquẽ quo veſcantur cæteri mortales, ſtomachari, repudiare, cum Servator imperet, ita dicens diſcipulis ſuis: In quãcunq; civitatem intraveritis, & ſuſceperint vos, edite quæ apponuntur vobis. Apoſtolus itidem Timotheo juſſit ut prædicaret, nihil ex cibis, quibus homines veſcerentur, eſſe rejiciendum, quod, *ut eius verbis utar*, quicquid creavit Deus, bonũ ſit ſi cum gratiarũ actione ſumatur: ſanctificatur enim per verbum Dei, & preces. Et idem *ad Corinth.* ait: Atqui eſca nos non commendat Deo, neq; ſi comedamus, aliquid nobis ſupereſt, neq; ſi nõ comedamus, quicquam nobis deeſt. Voluit tamen abſtinendum eſſe ſi facultas iſta comedẽdi foret aliquando infirmiorib⁹ offenſioni. Quocirca Eleutherius vanas hominum obſervationes tollendi ſtudioſus, ſtatuit contra Severianos hæreticos, ut ne quis Chriſtianus ab ullis abſtineret cibariis, quæ conſueviſſent mortalibus uſui eſſe. Quod & contra Judæos eſt, qui ex præſcripto legis, porcinâ ac quorundam aliorum animalium carne non veſcuntur, *id quod in Levitico fuſius proditur.* Ecce quàm ſuave ſit Chriſtianæ temperantiæ jugum, quamq; leve onus. Quamobrem apparet quàm impie faciant, qui illud rejicere conentur, cũ præſertim liquidò liqueat ethnicos multò eò gravius ſemper tuliſſe non invitos, *quod plenum fecimus in tertio huius operis Volum. cap. 5. ut qui velint ea omnia diſcere, illinc queant haurire.* Hæc tamen adjiciã: In veteri inſtrumento legimus, ſacerdotes qui miniſtrant in templo Dei, prohiberi vinũ & ſicerã bibere, ne ebrietate graventur corda eorũ, ut ſenſus vigeat ſemper, & tenuis ſit. Priſcis temporibus nec carnibus veſcebantur, nec animalia diis immolabant,

Cibaria abſtinentia.

Libertas Chriſtianorum cibis.

[V]inum Sacerdotibus prohibitũ.

Carnis eſus

ſed liba & fructus, cæteraque hujuſmodi ſacrificia pura diis offerebant: nam veſci carnibus, *ut inquit Plato libro 6. de Legib.* & deorum aras polluere ſanguine, impium videbatur. Qui volebant ſacris Iſis initiari, illis jejunium decem dierum indicebatur, *dicente Apulejo lib.* 11. Illud planè cunctis arbitris præcepit: decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coercerē, neq; ullū animal eſſem, & invinius eſſem. Livius ſcribens de matre filium initiatura bacchanalibus, refert, decem dierum caſtimoniâ opus eſſe. Unde Hieron. veriſſimè ait: Venter & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt, ut ex vicinitate membrorū, confœderatio intelligatur vitiorum. Item Cyprianus: Jejuniis vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentia languet, fugitivæ abeunt voluptates. Videant igitur, qui vel gravatè abſtinentiâ utuntur, vel qui religionis causâ abſtinent: verùm cū dies feſtus venerit, ſatu. aut ad vomitum, quàm turpe ſit homini Chriſtiano non abſtinere, aut non abſtinendum eſſe modis omnibus docere, cum præſertim intemperanter vivere, non tam malè vivere ſit, ut quidam ſapiens ait, quam diu mori. Item noſtris mos eſt menſam jam inſtructam ſacris quibuſdam conſecrare verbis prius quàm veſci incipiant: quod ad imitationē CHRISTI fit, quippe qui cū ritum ſervaſſe fertur, cum in deſerto quinq; panes conſecravit. Eſt inſuper uſus agendi gratias poſt prandium cœnamve, id quod vel illum facere conſueviſſe conſtat, & Apoſtolus fieri præſcripſiſſe videtur, qui *ut paulò ſuperius oſtendimus*, ait bonum eſſe quodcunque ciborum genus, ſi cum gratiarum actione capiatur. Poteſt & ab Hebræis videri ſumptum quia illi immolatas edebant eſcas. Quod verò conſuetudinis eſt, ut dum comeditur, ſacra legantur ſcripta, hoc ex vetuſtiſſimo more habet, vel divo Auguſt. teſte *in libello de Communi vita ſacerdotum*, ubi inquit. Cum acceditis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod

Venter & genitalium cōfœderatio.

Abſtinētia abuſus.

Menſam inſtru ctā cōſecrādi mos

Gratiarū actio poſt cibum ſumptum.

Lectio dum comeditur.

quod vobis ſecundum conſuetudinem legitur, ſine tumultu, ſine contentione audite: ne ſolæ vobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum. *Auguſt. hactenus.* Hoc ego ex Servatoris inſtituto profectum dixerim: Ille enim cum alias ſæpius edendo docere conſuevit, tum poſtremò inter cœnam, diſcipulos veſcentes de ratione conſummandorũ omniũ ferè myſteriorũ religionis docuit, *Velut. Matt. cap. 26. abundè demonſtrat.* Unde Patres ut memoriã frequentarent tam ſalutaris inſtituti hunc ſacræ ſcripturæ in menſis legendæ ritum, jam inde ab initio introduxiſſe videntur.

CAPUT VII.

De origine rationis Feſtorum dierum apud Romanos, & noſtros, & cur conſtituti ſint: & ſoli Deo eſſe ſacrificandum: ac de more Natalem colendi diem ſacris conviviis & voluptatibus: Paſchaq; celebrandi & conſecrandi Paſchales Candelas.

Judæos ſua habuiſſe ſabbata, hoc eſt, dies feſtos, *ſupra* declaravimus abunde, cum de ritu ſacrificandi facta eſt mentio, qui quemvis feſtum diem perinde ſabbatum vocabant ac Romani ferias, quarum apud eos quatuor in primis erant genera. Stativæ univerſi populi communes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè edebantur ludi, id eſt, Lupercalia, Agonalia, Carmentalia, Conſualia. Agonalia Feſtus vocat ſacra Dei Agonii præſidentis rebus agendis: ſicut Carmentalia dicuntur ſacra Carmentæ matris Evandri, quæ ita nũcupata eſt, quod mulier fatidica carminib⁹ reſpõſa daret: nã ei ante Nicoſtrata nomẽ fuerat. Cõſualia à Romulo inſtituta Cõſo, quẽ cõſilii Deũ putabãt. In Circo Maximo ad arã, *teſte Dion.* ſubterraneã, ſacrificia & ludi fiebãt, quib⁹ virgines Sabinæ raptæ fuerant. Cõceptivæ, quæ quotannis à magiſtra-

Sabbatha Judæorum.

Feriæ Romanorum.

Agonalia.

Carmentalia.

Conſualia.

Conceptivæ feriæ.

tibus vel ſacerdotibus concipiebantur, in certos ſive in incertos dies, ut erant Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Imperativæ quas conſules vel prætores pro arbitrio indicebant. Et nundinæ paganorum ac ruſticorum quibus ad negotia & merces conveniebāt. Item Novendiale ſacrum, cujus origo talis fuit. Cum enim Tullo Hoſtilio rege, Romam eſſet nuntiatū, in Albano monte lapidib⁹ pluiſſe, placuit ut novem dierum feriæ celebrarentur. Quæ religio in multas exivit ætates, ut quoties tale eſſet prodigiū hujuſmodi Novendiale fieret ſacrum: *auctor Livius ab Urbe condita.* Erant præterea privatæ ac propriæ familiarum, quas quæq; familia ex uſu domeſticæ pietatis ſervabat, ut Claudiæ feriæ, & Æmiliæ. Item ſingulorum, ut natalium dierum, quæ natalitiæ dicebantur, & fulgurū, & funerum expiationes. Fuit mos iſte & apud Perſas, ut ſuum quisque diem natalem pro facultatib⁹, multis ſacris ac opiparis conviviis coleret: undè ad Romanos forſitan fluxit, quibus in ſolis natalibus ſacris, ſeſe variis etiam libidinis intemperātię voluptatibus dare fas erat. Verg. *in Bucol.* præclarè demonſtrat:

Phillida mitte mihi, meus eſt natalis Iola.

At in aliis caſtè dies agebant, ac tum natali die, quàm funerum, in templa cibos pauperibus afferebant ibiq; edebant. Manavit & ad nos inſtitutum quando *teſte Tertul. libr. de Militis corona* noſtri illis ipſis dieb⁹ oblationes faciebant, in temploq; unà epulabantur, quæ poſtea luxuries Nicenæ ſynodi decreto ſublata eſt. Fuit vel Ambroſii temporibus talis diei cultus celebris, qui *Epiſtolâ quadam ad Felicem Epiſcopum Comēſem* monet natalem diem unicuique non ludis voluptatibusve aliis, ſed tantùm precibus agendum. Sed is dies qui nobis primus illuxit, nunc prorſum apud nos in omnē venit oblivionem, quo ſcilicet noſtræ ſordidæ infantię penit⁹ īmemores, omni tēpore poſt inſolētiores evadam⁹. Fuerunt & feriæ denicales nominatę, quę age-

Imperativæ Nundinæ.

Novendiale ſacrum.

Feriæ privatæ. Natalitiæ.

Natalis quomodo celebrandus.

Denicales feriæ.

agebantur, cum hominis mortui cauſâ, familia purgaretur. Græci enim *νεκρὸν*, mortuum dicunt. Harum feriarum meminit Columella hiſce verbis: Nos apud pontifices legimus, feriis tantum denicalib. mulos jungere non licere, cæteris licere. Affirmabant autem pollui ferias, ſi in iis opus aliquod fieret: ideo per præconē denunciabatur, ne quod opus fieret, & præcepti negligens mulctabatur. Ac à feriis Feſti dies dicti ſunt feriati, quibus feriæ celebrabantur: ſicut Profeſti à pro, voce privante, hoc eſt, nō feſti ſunt dies, ſed, ut ait Feſtus, procul à religione numinis divini, qui erant ad rem vel privatam vel publicam miniſtrandam hominibus conceſſi. Erant vel Faſti dies, quibus ſine piaculo, prætoribus licebat tria verba fari, Do, dico, addico; & Nefaſti iis contrarii, quibus fari non licebat: *quæ omnia Ovidius in Faſtis latè perſequitur, & Livius ac Dionyſius appoſitè meminerunt, nec non & Feſtus.* Hac ratione patres, quia lex Judæorum umbra fuit futurorum bonorum, conſtituerunt dies feſtos, quibus Chriſtiani omiſſis profanis negotiis, divinis vacarent rebus, ſacram ſcripturam perdiſcerent, ſacras audirent conciones, debitumque Deo honorem ſacrificando, orando, benè agendo haberent, ac ſimul memoriam divorum, diebus qui illis ſacri eſſent, colerent: nam ſoli Deo ſacrificandum eſt, teſtificante Barnabâ, & Paulo. Is enim cum Lyſtrę claudum ex utero matris ſuæ juſſiſſet ambulare, *quemadmodum in Actis commemoratur*, & ille continuò nequaquam pedibus debilis exiluiſſet, ac turbæ ob id miraculum voluiſſent ei & Barnabæ immolare, ambo conſciſſis tunicis ſuis exiverunt in turbas, clamantes, atq; dicentes: Viri, quid hæc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annunciantes ut ab his vanis convertamini ad Deum vivum, *& reliq.* Divi verò honorandi ſunt, quod jam filii & hæredes Chriſti, *ut ait Apoſtolus* effecti ſint, qui pro nobis orent & idcircò illis templa & aræ dedicantur, ut

Feriarum profanatio.

Profeſti.

Feſti dies.

Nefaſti.

Dies feſti Chriſtianorum.

Pauli pietas.

Divi quare honorandi.

ſimul eos, ſimul Deũ debitâ veneratione colamus. Undè *in Pſal.* 148. Laudate Dominum in ſanctis ejus. Ad rẽ redeo. Primum omnium ab Apoſtolis, deindè à patribus feſtorum dierum ratio initia eſt, *uti proximo capite ſubtilius differetur*, & præſertim Paſcha, quia inde omnia religionis myſteria initium ſumpſerint, quod Pius primus Dominico die celebrandum conſtituit. Deinde ortâ diſſenſione ſuper ea re, Victor qui ſedere cœpit anno circiter c x c v i. à natali Servatoris, ſanxit ex ſententia Eleutherii, cui in põtificatum ſucceſſit, ut paſcha Dominico omninò celebraretur die à quartadecima luna primi menſis, ad vigeſimam ſecundam, ne cum Judæis Chriſtianorum ratio congrueret, quibus moris fuit illud ſolenne aliquanto prius celebrare. Id decretum externorum antiſtitum quidam ab initio repudiarunt, rati ſe haud ineptè facere, qui nihil aberrarent à Joannis inſtituto, qui chariſſimus fuiſſet Chriſto & ſatis conſtaret, eũ ipſum quoad vixiſſet Iudæorũ more paſchale tempus obſervaſſe. Polycrates Epheſius epiſcopus de ea re ſcribens: Nos, inquit, inviolabilem celebramus diem, neq; adjicientes quicquam, neq; minuentes. Ita inter noſtros eatenus eſt diſceptatũ, quoad ad eũ quem nunc tenemus modũ illud ſacrũ ſit conſtitutum celebratum iri, qui etiam quibuſdam nõ ſatis probatur. Paſcha, *ut ſupra oſtendimus*, Hebraica eſt vox, & ſignificat tranſitum; quod verum eſſe Evangeliſta innuit, cum celebraretur à Domino Paſcha cum diſcipulis, ajens: Ante diem autem feſtum Paſchæ ſciens Jeſus quia veniſſet hora ejus, ut tranſiret ex hoc mundo ad Patrẽ, &c. Cereæ Paſchales candelæ ut Dominicæ reſurrectionis ſabbato per ſingula templa conſecrarentur, Zozimus auctor fuit.

Paſcha quãdo celebrandum.

Diſceptatio de Paſcha celebrando.

Paſcha quid ſignificet.

Cereæ Paſchales.

CAPUT VIII.

De primo Feſtorum dierum inſtituto, & utrum Pentecoſte fuerit Apoſtolorum temporibus dies feſtus

feſtus: atque undè mos ſit adſcribendi benè de Chriſtiana religione meritos ad Divorum Catalogum.

TRadidimus *ſuprà* divum Joannem Apoſtolum Paſcha celebraſſe,id quod & alii fecere Apoſtoli: quos ſimul auctores fuiſſe perhibent, ut omnes illi dies quibus Servator noſter ad ſalutem atque diſciplinam noſtrã aliqua peregiſſet myſteria, ſacri eſſent, utq; apud poſteros majori haberẽtur venerationi, eos primùm religiosè coluiſſe, quandiu vixiſſent. Cujuſmodi ſunt dies Dominici, Adventus Domini, Natalis, & Circunciſio ejuſdem, Epiphania, item virginis Purificatio, quàm vocant, Quadrageſimæ dies, dominica Palmarum, Cœna Domini, quando poſt Euchariſtiam inſtitutam pedes lavit diſcipulis, Paraſceve, Paſcha, Aſcenſus Chriſti in cœlum, Pentecoſte: quod ſolenne ab Hebræis prius conſuevit celebrari: apud eos enim poſt quam agnus immolatus fuerat, quinquageſimo deinde diè, data eſt lex Moſi ſcripta digito Dei. Cum Chriſtus velut ovis ut immolaretur, ductus à Judæis eſt occiſus, noſtrum paſcha fuit, ac poſt quinquaginta dies diſcipuli Spiritum ſanctum accepere. Quanquam ſunt, qui tradant pentecoſtes diem non fuiſſe feſtum Apoſtolorum temporibus: in qua re eos hallucinari planè oſtendit Lucas, *in Actis cap.*20. ità ſcribens: Propoſuerat enim Paulus præternavigare Epheſum ne tempus tereret in Aſia: feſtinabat enim, ſi poſſibile ſibi eſſet, ut diem Pentecoſtes ageret Hieroſolymis, &c. Cur tãto Paulus opere ad illum ipſum diem agitandũ properaſſet, niſi fuiſſet jam tum apud noſtros feſtus quã celebratiſſimus Trãsfiguratio quoq;, *teſte Origine* primũ à Judæis eſt: voluit etenim Chriſtus, ut quemadmodum facies Moſis ex communicatione colloquii Dei glorioſa facta eſt, ſic dimiſſo jam velo, ſeſe transformatum Apoſtoli Petrus & Jacob' & Joannes cõtemplarentur.

Feria ſacra celebriores.

Pentecoſte.

Sancti

Sanctorum memoria celebranda. Sancti patres igitur hujuſmodi ſacrorum dierũ rationem edocti, ut commodius plebs Chriſtiana cõveniret ad ſacram concionem, & ad cultum divinum concelebrandum habito Lugduni antiſtitum conventu & illos ſanxerunt dies eſſe colendos, & alios complures conſtituerunt, qui Chriſtianis perpetuò feſti eſſent, quibus aut ſancti è vita hac calamitoſa in cœlũ migraſſent, aut aliquid in religione ſanctum eſſet geſtum. Qui nempe dies his ſunt divis ſacri: Stephano protomartyrii, Innocentibus, Sylveſtro, Joanni Baptiſtæ, duodecim Apoſtolis, Paulo gentium doctori, Deiparæ virgini, Laurentio, Michaëli, Martino, & communiter omnibus ſanctis, quod Bonifacii quarti decretum fuit. Is enim pantheon, vetuſtũ Marci Agrippæ opus, divæ Mariæ virgini atq; divis omnibus Phocæ Imperatoris permiſſu, ad 4. Iduum Maii ſacravit, excluſoq; malorũ dæmonum cultu, quorum ſimulachra plura hic numero fuerant, locũ expiavit. Gregorius deinde quartus fertur auctor fuiſſe, ut id ſacrum Calendis Novembris celebraretur. Item & Cruci ex qua pependerat ſalus noſtra, ſolennis dies data eſt, ac Euchariſtiæ ab Urbano IV. pariter dies dedicatus aſſignatusq;. Eſt & divo Petro Apoſtolo jampridem rogatu Conſtantini Imperatoris, ad memoriam tormentorum, quæ pro religione tuliſſet, conſtituta feſta dies à Sylveſtro, quæ ad Vincula nuncupatur. *prout in libello quodam de Vinculis Petri continetur qui divo Hieronymo, tametſi parum verè, adſcribitur.* Deinde dies alii aliis, feſti feſtis ex parvis quãdoq; cauſis accumulati ſunt, id quod haud ſcimus an expedierit, cũ præſertim videamus eò rediſſe Chriſtianorum mores, ut quam ex religionis uſu erat hæc inſtituere, tam nunc præſtare videatur eadem antiquare: cum bona pars hominum otium iſtud feſtorum dierum non ad orandum, non ad divina ſcripta audienda, cujus rei causâ datum eſt, ſed ad omnifariam bonorũ morum corruptelam augendam, in dies magis magisque

Dies divis ſacri.

Pantheon omnibus ſanctis dedicatum.

Vincula Petri.

Dierum feſtorum abuſus.

que impudenter conſumat, dictitans ſe id animi gratiâ facere, quaſi planè ſentiens cum Platone, qui ob illud ipſum, Deum ejuſmodi feſta ſacra inſtituiſſe ajebat. Atq; bellè ethnicos perindè in hac re, ut in nimis multis aliis æmulamur, quòd tantùm abfuit ut majores noſtri fecerint, ut etiam illud ipſum audacter iidem ethnicis vitio dederint, *teſte Tertull. in apologetico, cũ de Cæſarum ſolennibus ſacris loquitur, ubi inquit*: Propterea igitur publici hoſtes Chriſtiani, qui Imperatoribus, neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicunt? Grande videlicet officium, focos & choros in publicum ducere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu aboleſacere, vino lutum cogere, certatim curſitare ad injurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudiũ, per publicum dedecus? O nos merito damnandos! cur enim vota & gaudia Cæſarũ caſti & ſobrii, & probi expungimus? &c. Non putavit Tertullianus futurum, ut iſta omnia in noſtros Chriſtianos aliquando caderent, qui hoc loco ethnicos deridet, & tamen venit tempus, cum eos potius Cæſarum quàm Chriſti, ſolennes ritus celebramus. Faxit igitur Deus, ut Pontifices noſtri tandem aliquando iſtos feſtos dies utiles reddant! quod facient, ſi minuendos ac caſtè agitandos curarint. Sed ad reliqua explicanda redeamus. Felix primus conſulens gloriæ martyrum, ſtatuit in eorum memoriam annua ſacra fierent: veluti Gregor. poſtea ſuper eorundem corpora ut itidem ſacrificaretur, voluit. Quod Vigilantius omninò reſpuendum cenſebat, prout latius explicabitur, cum de ſanctorum reliquiis mentio fiet. Fertur tamen Anacletus ejus rei prior fuiſſe auctor. Ex quo conſentaneum eſt, ut poſtea Felix & rem divinam ad martyrum memoriam faciendam decreverit. Idem Felix, *ut veterum literis proditum eſt*, auctor fuit, ut cuncti eo die vicatim feriarẽtur, quo aliquod templum dedicaretur; voluitque ut ſi de

Imperatorũ honores publici.

Martyrum feſti dies.

Templi dedicatio.

de conſecratione ignoratum foret, utpote vetuſtate delettice monumentorum, denuò conſecraretur, affirmans non dici iteratum, quod factum eſſe neſcitetur. At Felix III. poſt hæc inſtituit, ut à ſolis epiſcopis dedicarentur templa, eſſetq; dies ille feſtus anniverſarius. Et illud ex imitatione Hebræorum, qui, *ut ſupra ex teſtimonio Joſephi oſtendimus*, eum quoq; feſtũ diem agebant. Cæterùm illud appoſitè admonendum, feſtum alicujus divi vocitari diem ac ei eſſe ſacrũ, quo ille è vita diſceſſiſſet ad cœlum: nam quemadmodum quis naſci dicitur, cum de utero matris in hanc prodit lucem, ita pari ratione poteſt meritò exiſtimari natus, cum ejus anima vinculis carnis ſoluta ad lucem redit æternam. Undè mos inolevit, ut dies hujuſmodi divorũ vitæ extremos, natales, & ſacra illis ſolennia non funebria, ſed natalia appellaremus. Natalis autem Servatoris tantum, & Joannis Zachariæ dies ſacer ſolenniſque eſt, quod uterq; in matris utero ſanct⁹ effectus fuiſſet, *teſte Auguſtino*. Eſt & Deiparæ virginis poſtremò natalis quoq; dies ſacer habitus. Ut verò mortales benè meriti inter Deos referantur mos eſt adeò vetus, ut penè nihil ſit eo vetuſtius: quando antiquitas ſtatim ab initio ſuos reges ac alios, cum ob accepta beneficia, tũ ob virtutes, deos facere conſuevit, *prout in primo hujus operis volumine ſparſim diximus*. Sed ante omnes Romani id multis cæremoniis factitabant: *quod ſupra libro 3. memoravimus*. Hujus rei rationem noſtri Pontifices ſecuti non dubitanter videri poſſunt: nam quod Fœlix & Gregorius annua ſacra facienda ad memoriã martyrum inſtituerunt, illud planè aliud nihil fuit, niſi eos martyres decernere eſſe ſanctos, & inter deos referre. Verùm poſtremò, ut ne unuſquiſque arbitratu uſo hunc vel illum pro divo haberet coleretve, Alexander tertius ſtatuit, ut nulli mortalium divinus honor in terris haberetur publicè, niſi illi, qui prius ex edicto Apoſtolico in divorum eſſet Catalogum adſcriptus.

Dies feſtus ſancto alicui dedicatus.

Natalitia ſanctorum.

Homines in deorum numerum relati.

Divinus honor ſanctis exhibitus.

ptus. *Hoc decretum inter decretales epiſtolas, in titulo de reliquiis ſanctorum, ſcriptum leges.*

CAPUT IX.

Qui primi apud nos inſtituerint, ut Anniverſaria juſta mortuis fierent, quarto etiam nonas Novembris: & ibidem quæ Juſta ſint, undeque dicantur, & vel Parentalia ac Convivia ad ſepulchrum quis primus concelebrarit: & de legitimo tempore Lugendi mortuos, deque corporis habitu, ac quando Luctus minueretur, & quare Francorum reginæ dum ſunt viduæ, Albis utantur veſtibus: & ibi locus ipſe Ciceronis enodatus.

MOrtuis Juſta facienda Pelagius Romanus pontifex primus curaſſe fertur: quod Iſidorus Apoſtolis adſcribit, qui & ipſe illum modū exequiarū quæ hodie fiunt, adauxit. Ambroſius id ab Hebræis fluxiſſe ad poſteros autumat, qui Jacob demortuū quadraginta dies luxere, & Moſen triginta: fas eſt enim id tempus ſapienti ad lachrymas. Sed de exequiis ipſius Jacob dicamus aliquid, quo inter omnes conſtet moré jam id temporis fuiſſe cohoneſtandi hominum cœtu exequias in funere. Porro *lib. Gen c.*50. ita leges: Ierunt cū Joſeph omnes ſenes domus Pharaonis, & domus & fratres ejus, & venerūt ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Jordanem, ubi celebrarunt exequias planctu magno. Juſta autē ſunt ſacrificia, ſive Exequiæ, quæ eò Juſta dicuntur, quod jure mortuis factitari debeant à vivis, quia illi dum viverent, de his benè meriti fuerint. Ea verò ſacrificia pro ſalute mortuorum ſtatuta fuiſſe ab Apoſtolis, *ſicut Iſidorus tradit*, teſtimonio eſt Tertullian. qui *libro de Monogamia loquens de muliere Viduа,*

Exequiarū inſtitutio.

Juſta quid ſint.

Sacrificia pro mortuorum ſalute.

dua, quæ unius viri mortui duntaxat deberet ſemper eſſe uxor, inquit: Enimverò pro anima ejus orat, & refrigerium poſtulat, & aufert annuis diebus dormitionis ejus: Quod pietatis officium cum ab Ethnicis etiam præſtaretur demortuis, *veluti in extremo hoc capite cognoſci licet*, jam ſatis certum eſt eam orandi pro mortuis conſuetudinem inductam fuiſſe in noſtram Eccleſiam ab illis grandibus veterum Chriſtianorum ducibus Apoſtolis. At undè flexit iter oratio, jam revertatur eodem. Fuit & Romanis lugendi ratio, ſiquidem Numa diis manibus ſacra adjecit, cum Libitinæ ara, ſive Proſerpina eâ fuerit, ut multis perſuaſum eſt, ſive Venus, Puerum trimo minorem lugeri vetuit: neque natu grandiorem, plures dies lugendum cenſuit, quàm vixiſſet annos. Tempus longiſſimi luctus conjugalis in decem menſes extendit, non ut, *ſicut inquit Seneca libro Epiſtolarum ſeptimo*, tamdiu fœminæ lugerent, ſed ne diutius. Teſtatur idem Ovidius, qui *in primo Faſt.* ſic ait:

Lugendi ratio apud Romanos.

Luctus cõjugalis.

Per totidem menſes à funere conjugis uxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Si qua verò mulier ante decem menſes, ab obitu mariti nupſiſſet, probro notabatur, *ut in libro Codicis legitur* & ex decreto Numæ, *prout ait Plutarchus* vaccam prægnantem immolabat. Quod nempè inſtitutũ ſi hodie cum alibi, tum in noſtra Anglia ſervaretur, raros utiq; haberemus de armentis vitulos, cùm bona pars viduarum mulierum nõ expectet, dum tempus illud ab obitu virorum prætereat. Item in luctu fœminæ purpuram atque aurum deponebant albaſque veſtes, *teſte eodem* Plutar. *in Problemat.* induebant, idemque propinquos factitare voluerunt, ut quemadmodum mortui corpus, albis veſtibus velarentur. Albâ autem veſte idcirco cadaver oxornabant, quia ſolus albus color ſincerus ac purus, minimeque inquinatus eſt, & ob id mortuis aptiſſimus. Sic in Evangelio legimus corpus Do-

Fœminarũ lugentium veſtitus.

Mortui cur albâ veſte induantur.

Domini ſindone involutum fuiſſe, quo vocabulo lineum velum ſignificatur: Mox eandem purpuram & aurum cum eluxiſſent ſumebant; *auctor Livius.* Hinc arbitror natum, ut hodie reginæ Francorum poſt mortem viri albis tantum induantur veſtibus, & ſi qua vidua ſit regina Alba vulgo vocitetur. Apud Judæos luctus triginta diebus finiebatur, id quod apud Anglos quoq; ſervatur. Præterea lugentes induebant ſaccum: ſic Jacob flevit Joſeph: & David operto capite Abſalon: *teſtis eſt Hieron.* Item caput barbamq; radebant. Eſaias: in cunctis capitibus ejus calvitium, omnis barba radetur. Contra noſtris barba promittitur. Cæterû antiqui ut plurimum nigra veſtimenta in luctu inducebant: amiculum nigellum, dicitur à Varrone veſtitus lugubris, quod anthracinum vocabant, ἄνθραξ enim græce carbo appellatur. Unde Apulejus ait *in Aſino ſ. o lib. 2.* Umbroſum demonſtrat cubiculum, matronam flebilem fuſcâ veſte contectam. Item capillum ſibi vellere, faciē unguib. lacerare, cōplodere manus, nec non caput, Judæorum ritu, cinere inſpergere turbateq; *dicente eodem Apul. lib. 9.* Diſcerptæ comæ ſemicanæ, ſordentes inſperſu cineris. Præter hoc ultimum, reliqua omnia noſtri, cum primis Itali, in re funerea juxta dementer ſervant, ab ipſis priſcis, ut jam liquidò liquet, procul dubio accepta. Ipſum autē veſtitum lugubrem omnes pene gentes noſtri Chriſtiani orbis annum integrū induunt, interdū tamen ante illud tempus deponunt propter publicū gaudiū, vel magiſtratus ineundi honorem, aut nuptias faciendas. Ita olim Romano populo minuebatur luctus, cum ſuſceptum publicè votū ſolvebatur, ædes dedicabantur, luſtrum cōdebatur: privatis hominibus, cū puella deſponderetur, cū honos in familiā veniret, cū captivus aliquis liberatus domū rediret, aut cū natus eſſet propinquior quis cognatione, quā is, qui lugeretur. Illud item ex more eorundē eſt, ut apud nos cadavera abluantur, & quandoq; ungantur,

Regina alba.

Lugentium habitus.

Anthracinus veſtis.

Luctum deponendi tempus, & cauſa.

Cadaver lavare, & ungere.

præſertim nobilium. De qua re Ennius:

Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.

Et Anna Vergiliana:

— Date vulnera lymphis
Abluam.

Anniverſaria demortuorum. Atq; id officii ſicut etiam nunc fit, à propinquioribus præſtabatur. Quod hodiè demortuorum anniverſaria juſta fiunt poſtridie Calend. Novemb. ejus rei, *ut fama eſt, & Petrus Damianus teſtatur*, Odilo auctor fuit. Is vir præfectus monachorum Cluniacenſium, cum in Sicilia ſedente Joanne XVIII. Romano pontifice, circa Ætnam montem frequenter audiret gemitus clamoreſq;, qui ibi, *teſte Trogo*, partim ex fremitu ferventis æſtus maris, partim ex eructatione Ætnei ignis, ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incumbit, jugiter fiunt, ratus eſt cacodæmones lamentari, quod per preces & ſacrificia Chriſtianorum, animæ mortuorum ab illis ſuppliciis liberarentur: nam conſtans vulgi opinio eſt, ad Ætnam montem, ubi perpetuum incendium tot jam ſeculis flagravit, aut ad inferos aditum patere, vel ea ignea voragine fontium animas expiari. Itaque protinus egit cum ſuis monachis, ut poſtquam Calend. Novemb. in divorum omnium honorem ſacrificaſſent, ſequenti itidem die cunctis vitâ privatis juſta facerent. Quod inſtitutum ut pietatis plenum patres demum receperunt. Fuit annus circiter M. alter humanæ ſalutis. Ar jampridem increbuerat mos hic apud veteres parentādi ad ſepulchrū, quod indicat M. Tullius *in prima Philippica* dicens: Ut cujus ſepulchrum nuſquam extet, ubi parentetur, ei publicè ſupplicetur. Et *in orat. pro Flacco*: Litemus igitur inquit, Lentulo, parentemus Cethego. Sic fiebant annua parentalia, id eſt, ſacrificium quotannis ad honorem mortuorum, id quod etiam Macrobius & Caro tradunt, ita ſcribentes: Laurentiam annuæ parentationis honore dignatam. Erant enim parentalia juſta & con-

Odilo Abbas.

Aditus ad infernum.

Omnium animarum ſacra.

Parentalia annua.

convivia quæ in funere & ad ſepulchrum parentum cognatorumq; concelebrabantur à filiis ac cõſanguineis; quorum auctor Æneas fuiſſe fertur, qui eo pacto Anchiſem parentem primus omnium honoravit, ſupplicationibus coluit, atq; ejus memoriam nominis conſecravit, *veluti Vergilius lib. Æneid. 5. deſcribit.* Sic nos illud ipſum inſtitutum pro ſalute mortuorum ſervamus. Unde omninò factum videtur, ut Odiloni in mentem venerit hujus religionis celebrandi anniverſarias demortuorum exequias. At locus Ciceronis, litemus Lentulo, parentemus Cethego, modò citatus & admodum obſcurus, dignus eſt, qui planior fiat. Litare enim eſt bene promittere vel deos poſt factum ſacrificium, placare, aut ab eis votum impetrare. Cicero igitur qui timebat, ne Flaccus cujus defenſionẽ ſuſceperat, quod ille conſpirationem Catilinæ patefeciſſet, damnaretur à judicibus, iracundè quaſi ait: Si ita acciderit, jam licepit benè promittamus Lentulo, ac ſacrificemus Cethego conjurationis ſociis, quando eorum manes pœnis innocentium civium expiabuntur. *Ciceronis locus explicatus.*

CAPUT X.

De origine Novendialis Septendialiſque ſacrificii, & de more offerendi pro mortuis, eoſque non lugendi: ac de ſapienti Thracum inſtituto, & modo apud priſcos efferendi Funeris ad ſepulchrum, atq; de initio Funebris pompæ, extruendorum que Sepulchrorum forma, ac eorundem juris religione.

Flebat ſacrificium pro mortuis nono die, quo quis ſepultus fuiſſet, quod dicebatur novendiale. *Horat. in Epodo.* Novendiales diſſipare pulveres. Itẽ ludi, qui in honorẽ mortuorũ celebrabãtur, novendiales nuncupabantur. Teſtatur idem Servius *ſuper quin-* *Novendiale ſacrum.*

10 Æneidos, enarrans illud:

Præterea ſi nona diem mortalibus almum

Aurora extulerit.

Ubi ait, apud majores modum fuiſſe, ut ubicuiq; quiſpiam extinctus fuiſſet, ad locum ſuum referretur, octavo die incenderetur, nono ſepeliretur. Donatus quoq; *in commentario Phormionis* dicit, in funere nonū diem voti habere inſtauratione. Hinc igitur apud nos hodie mortuorum juſta ſeptimo die à funere, demptis ex veterum inſtituto illis duobus diebus, fiunt: ideoq; *in Canonicis decretis diſtinctione 44* præcipitur, Nullus presbyter ad Septemdialia defuncti ſolennia celebranda vocatus, ſe inebriare ullatenus audeat: quandoquidē tunc largiter epulantur. Apud Anglos hoc fit vigeſimo nono die, poſtquā mortuus eſt ſepultus. Nos videmur ſeptimo die ſacrificium pro mortuis facere: ſicut in nuptiis apud priſcos ſeptima dies inſtaurationem voti habebat, ut quemadmodum hoc die initium propagandi generis celebre erat, ſic etiam illo eodē die finis cujuſq; ſolennis haberetur. Fuit & mos offerendi pro mortuis *teſte Tertull. in l. de Militis corona* Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua die facimus. Idem *libro de Monogamia veluti ſuperiori capite eſt demonſtratum*, ſimiliter affirmat. Hinc profecto ſatis liquet jam uſque à principio orti propè Evangelii, opinionem perquam ſanctam per animos hominum pervaſiſſe, mortuos per piam vivorum operam juvari. Cæterum quantum iſtud charitatis officium vitâ jam privatis opituletur, docet Auguſtinus, *ut ejus teſtatur in Enchiridio ita ſcribens.* Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viventium relevari, cum pro illis ſacrificium offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed illis hæc proſunt, qui cum viverent, ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt quidam vivendi modus: nemo tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, ut ei non proſint iſta

Septendiale.

Oblatio pro mortuis.

poſt

Eleemoſyna quomodo defunctis proſint.

poſt mortem. Et ut rem planiorem faciat, pergit: Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio, aut certè ut tolerabilior fiat ipſa damnatio. Atq; quoniam neſcimus, quomodo cum illis in altera vita agatur, propterea orandum eſt juxta pro omnib. quo eis beneficium noſtrum, ſuperſit potius, quam deſit. Contra non lugendum, [illegible] nte Cypriano: Nobis quoque revelatum eſt, ut con[illegible]nter prædicarē fratres noſtros non eſſe lugendos acceſſione dominica de ſeculo liberatos, cum ſciam non eos amitti, ſed præmitti, & recedentes præcedere. Et Hieron. *ad Paulam de dormitione Blæſillæ* dicit, ſimul admonens, ne quiſquam ad id faciendū moveatur Hebræorum exemplo, cum illi ideò mortuos lugerent, quia ante Chriſti adventum, ad inferos noverāt eſſe deſcenſuros. Unde ſubdit: Nos verò qui Chriſtum induimus, quib. ſpes certa eſt ad ſuperos remeandi, nō debemus ſuper mortuos contriſtari, &c.

Mortui non lugendi.

Maſſilienſes.

Quod gnaviter olim faciebant Maſſilienſes Galliarum populi, qui ſine lamentatione, ſine planctu, funeris die domeſtico ſacrificio, neceſſariorūq; convivio finiebāt: quod Angli hodie ritè ſervant, animadvertentes, credo nihil ad rem attinere, humano indulgere dolori, ut ſtultè conquerendo, quod Deus immortalitatem ſuam noluerit nobiſcum partiri; cum præſertim moriendo relinquamus labores & pericula, quæ ſtatim naſcendo ſubimus. Quapropter Thraces hujus rei memores, natales dies hominum, *ut alibi diximus*, flebiliter, exequias cum hilaritate meritò celebrabant. Illud perappoſitè addam: more priſco præcedebat funus, homines ſequebantur, quaſi poſt ipſum mortuum morituri ſubſecuturiq; à quibus ſupremum verbum dicebatur, Vale, nos te ſequemur, ut Vergilius:

Angli.

Thraces.

Funeris leductio.

— Salve æternum mihi maxime Palla,
Æternumque vale.

Et de Polydoro:

Animamque ſepulchro

Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Exequiæ unde dictæ. Hinc exequias dici autumat Donat. narrans illud Terentianum: Funus interim procedit, nos ſequimur. Verumenimverò hoc tẽpore homines ordine præpoſtero præcedunt in pompa funebri,cadavere ſubſequẽte,id quod ætate Hier.fiebat,qui *ſcribens ad Paulam de dormitione Bleſillæ*, indicat ordinem pompæ funereæ præire ſolitum ante cadaver. Item, *teſte Serv.* ad honorem præſertim regum & nobilium,cum

Faculæ in funere. Faculis præcedebat populus. Vergilius de Pallante:

—Lucet via longo

Ordine flammarum, laté diſcriminat agros.

Undè haud dubiè ortum eſt,ut apud nos illud idem in

Lecti. cujuſvis funere ſervetur. Præterea Lectos ponebant. Idem Vergilius *in ſexto de Marcello*:

—Vel quæ Tyberine videbis

Funera,cum tumulum præterlabere recentem.

Tuba. Ferebantur inſuper mortui ad tubam. Idem:

It cœlo clamoreque virûm, clangorq́; tubarum.

Et Perſius hæc omnia ponit:

Hic tuba, candela, tandemq́; beatulus alto

Compoſitus lecto.

Tympana & tibiæ. Item cum tubis,in funeribus tibiæ quoque ac Tympana adhibebantur,& ea omnia, ut hominum mortuos lugentium animi languentes ejuſmodi ſono excitati, minus dolorem ſentirent, qui iis oblectamentis facilè diſtrahi ſoleant: *auctor Alexader Aphrodiſæus in Problem.* Et ad cohoneſtandas exequias,ſimul etiam

Imagines Ludi. majorum Imagines deferebantur,Ludiq; fiebant,ac alia,quibus Cicero *pro Milone*,teſtatur Clodium caruiſſe: Clodius, inquit, ſine imaginib. ſine cantu,ſine ludis,

Ordo pompæ funebris juxta Platonem. ſine lamentis,ſine funere,ſine laudationibus ambuſtus eſt abjectus. Plato itidem ſuum ponit *in 12. de Legib.* ordinem pompæ funebris,in funere præfectorum civitatis, qui ejuſmodi erat: Indumenta omnia alba, luctu plora-

ploratuſq; nullus. Chori duo, alter puellarum numero 15. alter verò totidem puerorum, qui feretrum circumſtarent, dum ſacerdotes viciſſim demortuū laudabant, ejusq; fœlicitatē totum diem decantabant. At poſtero die bene manè juniores capulum ad ſepulchrum ferebant, eorumq; cælibes præcedebant equites cum equis & cum armis pedites: deinde pueri patrios hymnos concinentes, & hos puellæ ſequebantur, cum mulieribus jam effœtis. Sepulchrum verò erat ſub terra, factus ex lapidibus fornix, &c. Iſtiuſmodi ſepulchri genus Itali hodie ut plurimum cōficiunt, ut ſit commune familiæ monumentum. Sed illud eſt magis uſitatū, ut humato hominis, qui aliquo ſit numero, corpore terra operiatur menſa lapidea, quæ contineat nomen & laudem mortui inciſam. Veteres pariter Græci atq; Romani, *teſte Cic. lib. de Legib.* 2. ſuper tumulum menſam quoq;, vel columellam trib. cubitis non altiorem ſtatuebant, cum ornamentis laudis quæ ad mortuos pertinerent, facta nominis mentione honorifica. Lex præterea erat, ne ſepulchrū quis deleret, neve alienū in illud inferret: ac ita multis cæremoniis jus ſepulchrorum religioſum habebant: quod nos quoq; tenemus, cum more circa ſepulchrum ponendi arma & militaria ſigna, tanquam bellicæ laudis atque virtutis trophæa.

Sepulchri monumentum.

Lex de ſepulchris.

CAPUT XI.

De primo uſu vovendi Vota Deo, ac Nudipedalia ſacra agendi, & qui primi invenerint Litanias, id eſt, Proceſſiones, Supplicationes, atque quare in Eccleſiam inductæ ſint: & cur Sternuentibus benè precemur, Oſcitanteſque ac quidvis inchoantes ſeſe Crucis ſigno vallent, & de origine Supplicationum noſtrarum Pompæ, ac de pio ſupplicandi introducendo modo.

SOlemus ad opem divinam implorandam tum maximè incumbere, cum maximè premimur, vel in re trepida verſamur, noſtriſq; malis non poſſumus humanis viribus aut conſiliis mederi: & id quidem votis aut precibus agimus, quibus DEUS ipſe præcipuè placatur. Unde *in Numeris* legitur, Si quis virorum votum DOMINO voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit, implebit. Et propheta Aſaph *Pſalmo 75.* Vovete & reddite, &c. Hinc faciendi voti uſus manaſſe videtur: quod fit, cum tacitè vovemus: aut cum aliquid promittendo, utpute imaginem argenteam, cereas candelas, DEO nuncupamus vota, id quod veteres etiam factitabant, arbitrantes votis & precibus deos in primis placatum iri. Sic Helenus *apud Vergilium* admonet Æneam:

Vota quomodo reddenda.

Vota quomodo fiunt.

Junoni magna primum prece numen adora,
Junoni cane vota libens.

Utrunq; à nobis in periculis ſervatur. Ea quoq; de cauſa, apud Judæos nudipedalia ſacra inſtituta fuiſſe conſtat, quæ, *ut teſtatur Joſeph. l. de Bello Jud. 2.* ejuſmodi erant. Iis enim qui morbo vel aliis calamitatib implicabantur, mos erat primum orare per triginta dies, & abſtinere vino, atq; capillos radere: deinde nudis pedibus adire ad templu, hoſtiaſq; immolare. Ad hæc ſacra cum aliàs ſæpius, tum id temporis præcipue recurſum eſt, cum Nerone Principe, Florus Judææ præſes miſerandũ in modũ gentem opprimeret, quæ ob ejus tyrannidem coacta eſt arma in Romanos ad extremu ſumere, quo demũ bello miſera fermè tota deleta eſt. Igitur cũ Judæi omnia prius humana ſimiliter ac divina experiri vellet, quàm bellum tentare: poſtquã neq; pretio neq; precibus potuerunt coercere ſævitiã Flori, quippe qui, ne ſua maleficia per accuſatione Romę patefierent, Judæos ſtudio ad bellum ſuſcipiendum ſtimulabat: Nudi pedalia ſacra voverunt. Qua propter cum dies ſacrorũ ad-

Nudipedalia ſacra apud Judæos.

advenit, Bernice Agrippæ regis ſoror, *teſte Egeſippo*, ejus religionis cauſâ etiam Hieroſolyma in templum venit, atque nudipes ante tribunal ſtetit deprecans Florum: quæ tamen tantum abſuit ut à Floro exaudita fit, ut etiam de ſuo periculo timuerit. Hujus religionis Juvenalis *ſatyra ſexta* meminit: *Bernice Judæa.*

Obſervant ubi feſta mero pede ſabbata reges.

Item, *auctore Hieronymo adverſus Jovinianum, quemadmodum ſupra libro 4. diximus*, Apoſtolus Paulus in Cenchreis (eſt Corinthiorum portus, uti ante diximus, in Achaja) nudipedalia ſacra egit. Ita nos calamitate aliquâ affecti vovere ſolemus, nudiſque pedib. more Judæorum ea perſolvere, interim ſuppliciter orando: nam precib. ante omnia inſtandum: quod cū populus aſſiduè faciat, multò magis ſacerdotes qui ejus curam habent, piè precando præſtare debent. Sic Moſes, ſic Aaron, ſic Apoſtoli, ſic ſancti denique patres juſtam Dei iram orando mitigandam, dignūmque ſupplicium à populo ſibi commiſſo avertendum curabant. Cujus rei rectè memor Mamercus Viennenſis Epiſcopus. in frequenti motu terrarum, potifice Leone primo, ſupplicationes ſive rogationes primus inſtituit, quas noſtri grajam ſecuti vocem, litanias, & vulgò præceſſiones vocant, quod binos præcedendo bini longo ordine ſequantur, à loco ad locum progrediendo, ac magnâ voce orando. Eæ Minores nuncupantur, quas haud multo poſt Agapetus pontifex dicitur primus conſtituiſſe in ſingulos dominicos dies, in templis, vel circa templa habendas, quod hodie ferè ubiq; gentium ſervatur. Quidam tamen malunt Proceſſiones appellare, quia ea ſacrificalis pompa publicè procedit. At ejuſmodi proceſſionū uſum jam inde à principio apud noſtros fuiſſe, teſtimonio eſt Tertull. *lib. ad Uxorem altero*, quem fortè intermiſſum Mamercus renovavit: & illos à Judæis mutuatos eſſe ſatis conſtat, qui primi ita occurrerunt Chriſto ex Bethania ſe

Paulus Apoſt.

Orationis Vis.

Litania & proceſſionū inſtitutio.

Proceſſiones

Hieroſolyma conferenti: *quod Evangeliſta Joannes ca. 12. præclarè ſcribit*: Poſtero die turba multa quæ venerat ad diem feſtum, cum audiſſent quod veniret Jeſus Hieroſolyma, acceperunt ramos, palmarum & proceſſerunt obviam ei, & clamabant: Hoſanna, Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſraël. Poſthæc

Majores proceſſiones

Gregor. Majores inſtituit, quas omnis Ordinis populus ſepteno ordine incedens alternis caneret, cum per id rempus quodam morbi genere laboraretur, quo inguinib⁹ ſtatim tumeſcentibus multi mortales interirent.

Peſtis cauſa

Cujus peſtis Paulus Montiſcaſini monachus, qui Longobardorũ hiſtoriam ſcripſit, cauſam fuiſſe prodigioſum Tyberis incrementũ, quod recedentib⁹ inde undis, ingens ſerpentum numerus in urbem invaſerat, ac uſq; eò aerem tabefecerat, ut inguinibus ſubitò tumefactis, paſſim homines perirent. Quod malum Pelagius, in cujus locũ Gregorius ſurrogatus poſtea fuit, precibus avertere conatus, jejuniũ ac litanias indixit: ſed & ipſe inter alios interiit. Subiit aliud peſtis genus,

Sternutatio lætalis.

ut cum quis ſternuiſſet aliquoties, cõtinuò occideret: undè mos, ſicut quidam tradunt, crevit, ut audientes quempiam ſternutantem, illicò dicerent, Te Deus adjuvet: quod hodie ſervatur. Item & oſcitare ſimul lethale fuit,

Oſcitare mortale.

propter quod ſeſe crucis ſigno repentè cõmunire conſueverunt: & hoc etiam nunc ab oſcitantibus fit. Hæc tamen videmur phyſicâ quadam ratione potius obſervare: nam tres noſtri corporis partes principales ſunt, Caput, Thorax, & Alvus: ac ut flatus alvi expiratio, & ructus ventriculi, ita ſternutamentũ eſt

Sternutatio ſanitatis ſignum.

capitis, quo totũ ferè corp⁹ extenditur, ideoq; nõ modo caput ſed reliquas etiam partes bene valere indicio eſt. Quapropter moribundos interdum ſternutatorio excitare ſolemus, tanquam ſi hoc efficine-queat, nulla amplius ſit ſpes ſalutis. Ex quo videtur Ariſt. *lib.* 1. *de Natura animalium* de ea re ita ſcribere: Sternutamentum quoque eadem agitur parte, quod flatus

ſtatus univerſi eruptio eſt ſignum augurale, & unum ex ſpirituum omnium generibus ſanctum & ſacrum. Undè mos, ut ſternutatio veluti bonæ valetudinis index, ſacra habeatur, & ſternutantes ſalutemus, ac eis benè precemur: quod Tiberium Cæſarem plenū ſemper triſtitiæ hominē, etiam in curru exegiſſe produnt. Item oſcitantes ſibi timere ex quadam religione conſtat, quod oſcitatio ex ſomno aut tædio ſequatur, ac in iis qui febrem habent, ſit adventantis ſeu potius augeſcentis febris indiciū. Cæterùm à principio ita uſu venit, ut noſtri Chriſtiani initium cujuſcumq; rei agendæ à ſigno crucis facerent, quod Tertull. *in lib. de Militis corona*, perſpicuè demonſtrat, ita ſcribens: Ad omnem progreſſum atq; promotum, ad omnem aditū & exitum, ad veſtitum, ad calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos converſatio exercet, frontem ſignaculo terimus. Harum & aliarum ejuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum, nulla legis traditio tibi prætendetur, auctrix conſuetudo, confirmatrix, & fidei obſervatrix, *& cætera*. Sed domum repetemus. Tum Gregorius mandavit, ut ubiq; gentium ejuſmodi litaniarum modus ſervaretur: hodie à ſacerdotib' ob metum impendentium malorum canuntur, magna populi ſequēte caterva ſimul rogantis. At in re quoq; læta ſæpè publicè ſupplicamus, ut qui metu malorum antea voveramus ſupplicādo, poſtea optati compotes, & ſecuri gaudentes, ſic Deo gratias agamus. Quod vel Ethnici faciebant, dicente Vergilio de Didone, ob inopinatum Trojanorum adventum gaudente:

Sic memorat, ſimul Æneam in regia ducit
Tecta, ſimul divûm templis indicit honorem,

id eſt, *ut ait Servius*, juſſit fieri ſupplicationes. Ita Romani factitabant, & aliæ pleræque gentes, à quibus ad nos ritus ejuſmodi dubio procul manavit: nam in ſupplicationum noſtrarū pompa ſolent ludicra quædā præcedere,

Oſcitare malum ſignum.

Crucis ſignum ſalutare.

Litaniarū decantatio.

Supplicationum ſolennitas.

præcedere, hoc eſt, ordo militaris equitum peditũq; vel effigies aliqua arguta, loquax, ridicula, aut magnis malis latè dehiſcens, dentibusq; ſonitum faciens, valde formidoloſa, ac aliæ oblectationes ludicræ vagari, in quibus prophetæ repræſentantur, alati pueri concinunt, chorus inducitur fœminarum & virorum tripudiantium, hic agit David, ille Solomonem gerit, alii reginas fingunt, alii venatores ludunt, ſimiam vel jumenta ſimul inducentes, ut denique in hoc ludicro apparatu multijuges recitentur hiſtoriæ antiquæ. Itē cereæ tedæ, & ſymphoniæ adhibentur, loca velantur, quà pompa vehitur: Item pueri & puellæ ex feneſtris vetantur deſpicere, hoc eſt, ex feneſtris deorſum verſum ſpectare. Præterea ſacerdotes vel alii divorũ perſonas agunt, eorum imagines aut reliquias ferentes; viæ & plateæ variis odoribus conſparguntur, floribusque ſternuntur, ac demum aliquot præficiuntur, qui jubeant viam dari, ut pompa ſine impedimento procedat. Sic ſacrificalis pompa apud priſcos ducebatur, *teſte Dionyſio l. 7.* Verũ ex illis figuris quæ præferebãt, aliam ridiculam Cato in M. Cæcilium vocat citeriam, dicens: Quid ego cum illo diſſertem amplius, quem ego denique credo in pompa veſtitatum ire ludis pro citeria? Plautus verò aliam formidoloſam effigiem appellat manducem, in Rudente ſic ſcribens: Quid ſi ad ludos me pro manduce locem, quapropter clarè crepito dentibus? Sed ejus rei teſtimonium Apulejus in primis perhibet: qui *libro* 11. ſummatim ſingula exponit: ait enim: Ecce, pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia, vocibus cujusque ſtudiis exornata pulcherrimè. Hic incinctus baltheo militem gerebat, illum ſuccinctum chlamyde copides (ſunt enim copides cultri recurvi) & venabula venatorem fecerant. Nec illic deerat qui magiſtratum faſcibus purpuraque luderet. Vidi & urſam manſuetam, cultu matronali ſella vehebatur, & ſimiam pileo textili. Et ſequitur:

Pompa ſacrificalis.

Citeria.

Pompa deſcriptio.

Copides.

Jam

Jam ſuſpicatricis deæ (lunam intelligit) peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido ſplendentes amicimine, vario lætantes geſtamine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, qua ſacer incedebat comitatus ſolum ſternebant floſculis. Et pergit: Illę etiam quæ cæteris unguentis & geniali balſamo guttatim excuſſo, conſpergebant plateas. Magnus præterea ſexus utriuſque numerus lucernis, tedis, cereis, & alio genere ficti luminis ſiderum cœleſtiũ ſtirpem propitiantes. Symphoniæ dehinc ſuaves, fiſtulæ, tibiæque modulis dulciſſimis perſonabant, eas amœn' lætiſſimæ juventutis veſte niveâ & cataliſta (collobiũ intelligit) prænitens ſequebatur chorus. *Et paulò poſt ſubdit*: Et plerique qui facilem ſacris viam dari prædicarent, *&c.* li præcones erant qui proclamare ſolebant, Hoc agite: quibus verbis admonebant, reliquis rebus poſthabitis, ſola ſacrificia curanda eſſe. Velabant loca, qua veheretur pompa, ſicut etiam fit apud nos. Cauſam tradit Verrius Flaccus, qui ſcribit, cum populus Romanus peſtilentiâ laboraret, eſſetque reſponſum, id accidere, quòd dii deſpicerentur, anxiam urbem fuiſſe, quia non intelligeretur oraculum; eveniſſetque, ut Circenſium die puer de cœnaculo pompam ſuperne deſpexerit, & matri narrarit quo ordine arcana pilenti (quod vehiculi genus eſt) compoſita vidiſſet. Quare ſenatui nuntiatâ, tunc placuit loca velis contegi, qua pompa ſequeretur. Ac ita ex illo peſte ſedatâ, puer qui ambiguitatem ſortis abſolverat, prætextæ geſtandæ munus impetravit. Ambiguitas autem oraculi fuit in verbo Deſpicerentur: nam interpretabantur, deos & cæremonias negligi, cum tamen oraculũ intelligi vellet, deos deorſum verſum aſpici, quod nefas erat, & ad pollutionem ſacrorum pertinebat. Unde & noſtri hodie in ſupplicationibus pueris & puellis ex feneſtris vetant deſpicere. Item eoſdem priſcos deorum imagines geſtaſſe, teſtatur idem Apulejus, qui inquit: Secun-

Dea ſoſpitatrix.

Loca pompæ velandi ratio.

Oraculi ambiguitas

Imagines in ſupplicationum pōpis. Secundus veſtitu quidem ſimilis, ſed manibus ambabus geſtabat altaria, id eſt, auxilia, quib. nomen dedit proprium deæ Summatis auxiliaris providentia. Hinc quoq; in pompa ſacrificiali noſtri divorū imagines vel reliquias geſtitant. Item & teſtimonio ejuſdem conſtat, priſcos conſueviſſe agere deorum perſonas, ita ſcribentis, Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt. Sic argutè faceteq; locutus Apulejus: dicimus enim deos incedere humanis pedib⁹, *Dii humanis pedibus incedentes.* quando homines in hujuſmodi ſacrorū pompa ſuſtinent perſonas & deorum nomina: de quibus Tertullianus ait: Ipſos deos noſtros ſæpè noxii induunt. Hūc & nos ritum pariter ſervamus, ſed haud ſcio an tam rectè quam bellè illud fiat: vereor, inquam, vereor, ne iis in rebus diis potius gentium, quàm Chriſto gratum faciamus: nam illi ſuos cultores in ſuppliciis, *ut Saluſtius* perhibet, magnificos eſſe volunt, hic verò *Supplicatio nūm pompā precibus anteferre.* nihil magis quàm illud horret, qui inquit: Tu autem cum oraveris, introito in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora. Et quid igitur fiet nobis, ſi contra præceptū venerimus. Imò fiat quidvis, nos tamen venimus contrà: cujus rei ut magis pudeat, unum ex ſexcentis Ethnicorum exemplū valdè mehercule memorandū ponam. *Exemplum.* Athenienſes enim, *ut Plato in ſuo Alcibiade ſecundo prodit*, ſolebant quotannis multo ſumptuoſiſſimas ſacrorum pompas celebrare, ac magno facere ſacrificia apparatu. Contrà Lacedæmonii ea omnia perparcè, ut qui plus hærerent in precibus. Quapropter quoties res ulla inter eos erat populos, Athenienſium ſemper longè exiſtebat inferior: qui tantæ calamitatis cauſam ſcire aventes, Jovem Ammonem per prophetam conſuluére. Propheta ad ea reſpondit, id accidere, quod De⁹ pluris Lacedæmoniorū caſtas preces, quā Athenienſiū magnifica faceret ſacra. *Supplicationū abuſus.* Noſtrā igit Ethnicorum æmulationem in ſupplicationum ritu, fas tandem aliquando eſſet moderati, id quod maturè fieret, ſi procul

ſi procul à publicis ſupplicationibus omne ludicrorũ genus, ac quicquid contra pietatis cultũ eſt, de medio removeretur. Quandoquidem modus iſte ſupplicandi introductus eſt, ut in rebus ſecundis ordine cujuſdam cœleſtis exercitus compoſito, læti triumpharemus de victoria Chriſti in cruce adepta pro nobis, *ſicut Apoſtolus, ad Coloſſ. docet*, ex quo crux ipſa veluti ſignum militiæ Chriſti præfertur: aut in adverſis triſtes Deum precaremur, veneraremur, atq; imploramus, ab eoq; veniam, auxilium & pacem ſubmiſſe peteremus.

CAPUT XII.

De origene Vaſorum, Indumentorumque ſacerdotalium, ac de primo eorundem ſacrandorum inſtituto, & unde uſus Tintinnabulorum, item Velorum, Cortinarum, Candelabrorum, & Vexillorum.

CAlices in quibus conſecratio divini ſanguinis fit, principio ligneos fuiſſe ſatis conſtat: atq; in pauperum Apoſtolorum inſtitutum dixerim, qui ſic voluerunt modis omnibus materiam auferre ſacerdotibus inhiandi opibus, quas ipſi in primis neglexiſſent. *Calices lignei.* Zepherinus poſtea mandavit, ut in vitreo vaſe, non in ligneo, ut antea, ſacrificaretur. Antiquatum eſt id decretum paulatim, cautumque, ne in ligneo vaſe ſacerdos rem divinam faceret, propter materiæ raritatem, qua liquor imbibitur: neque vitreo, quia fragile: neq; ex metallo, ob tetrũ ſaporem, quem inde cõcipit: ſed in auro, aut argento: aut ſi utrumque deſit, in ſtanno: *auctor Gratianus*. Sunt tamen qui hoc primum Urbano primo aſſignent. *Vitreo vaſe ſacrificare.* *Aurei calices.* Linteolum ſuper quo in ſacra corpus CHRISTI ponitur, Sixtus primus pontifex juſſit, ne ex alio quam ex lineo panno & quidem puriſſimo fieret: id corporale vocant. Ejuſdem quoque ſanctio, ne ſacra vaſa profanæ attrectarent ma- *Corporale.*

Veſtes ſacræ ſacerdotũ. rent manus præſertim fœminarum. Item ab Hebræis ſumptum eſt, ut veſtes ſacerdotales, cum altarium tegumentis ac reliquis rebus ad uſum templi neceſſariis ſacrarentur, & veſtimenta ipſa ſacerdotibus aliisq; initiatis aſſignarentur, qui ea induerent, cum ſacris eſſent operam daturi. Quod Stephanus pontifex primus, apud noſtros primo faciendum ſtatuit: nam in exordio ſurgentis religionis, ſacerdotes rem divinam facturi, nihil ſuperinduere conſueverunt, cum potius ſeſe intrinſecus animi virtutibus veſtire, ac vitiis corporis exuere ſtuderent, quam novos ſumere apparatus, qui apud ipſos Hebræos magnæ habebantur venerationi, teſte Origene *ſuper Leviticum*, ubi ait: Invenimus & vaſa miniſterii ſancta vocitata, & veſtimenta ſancta dici, & loca nihilominus ſacerdotibus aſſignata. *Tintinnabulorum uſus in ſacris* Quod tintinnabulorum ſono populus invitatur, vocaturque ad ſacra audienda ſtatis diei horis, Sabiniani qui Gregorio ſucceſſit, hoc decretum eſt. Aliud inde Joannis 22, Romani pontificis præſcriptum manavit ad poſteros: is enim inſtituit, ut ter in ſingulos dies, tintinnabula ad veſperum pulſarentur, ac tum unuſquiſque ter Salutationem Angelicam divæ virgini ſacram recitaret. Inſtitutum ita manet, ut hodie ubique gentium ſit in uſu atque audito tintinnabuli ſono, cuncti confeſtim in veſtigio genua flectant, atque orent. Ipſorum autem tintinnabulorum uſus ab Hebræis itidem manavit: princeps enim ſacerdotum, *ut eſt apud Joſephum lib. Antiquit. 3.* ſuperinduebatur tunicâ hyacinthinâ, ex cujus fimbriis tintinnabula pendebant, quæ ſonitum ederent, cum ille eſſet ſancta ſanctorum ingreſſurus. Sed Origenes rem commode *ſup. Exo.* exponit, ſcribens. Habeat etiam pontifex per indumenti circuitum, tintinnabula ut ingrediens ſancta, det ſonitum, & non intret cum ſilentio. Et hæc tintinnabula quæ ſemper ſonare debent, in extremo veſtimento ſunt poſita: idcirco credo, ut de extremis temporib*

&

& ſine mundi nunquam ſileas, ſed inde ſemper ſones, inde diſputes & loquaris, ſecundū eum, qui dixit Memor eſto noviſſimorum tuorum, & non peccabis. Ad hunc ergo modum homo noſter interior Deo pontifex adornetur, ut introire poſſit, non ſolum in ſancta, ſed in ſancta ſanctorum. *& reliqua.* Sunt ſexcenti præterea tintinnabulorum uſus, præterquam in domo DEI, quod ſilentio prætereundum duxi, cum tale quid perſequi, longè à noſtro abeſſet inſtituto. Item & ab illis accepimus Velum, quo apud eos ſancta à ſanctis ſanctorum dividebantur, & apud nos itidem altare princeps ab ea templi parte, in qua inſidet Chorus, ſeparatur, tempore quadrageſimali: Item Cortinas, Candelabra, Vaſa, quibus utimur. Quæ omnia atque id genus multa: cum Moſes, tum Solomon ad uſum templi primum invenere, *ut in Exodo & in Regum libris patet.* Quod vexilla circa dies Paſchales in templis eriguntur, id ea de cauſa fit, ut triumphus Chriſti, qui à morte inſigniter reſurrexit, ſolenniter repræſentetur: & illud vel ab Ethnicis ſumptum: nam quemadmodum illi ſigna militaria quæ devicto hoſte cepiſſent, ut certa victoriæ ſigna, in triumphis portabant, referebantque inter cætera honorum monumenta: ſic nos paſchali tempore vexilla in ſacrorum pompa deferimus, in templiſque ſuſpendimus. Quo quidem tempore Rex ille noſter fortiſſimus, mortis confractis viribus, pede conculcans Tartara, ſolvit à pœna miſeros, victorque de funere ſurgens triumphavit pompa nobili.

Velū & vaſa templi ſvana.

Vexilla tempore paſchali.

CAPUT XIII.

De primo apud Christianos Imaginum cultu, deque modo eas venerandi à patribus conſtituto, atq; de pravo earundem abuſu ad quæſtum.

DE ſimulachrorum origine, ſupra *in ſecundo eſt à nobis libro* proditum: hîc de illorum cultu jam agamus, quem non modo noſtræ religionis expertes, ſed *teſte Hieron.* omnes fermè veteres ſancti patres damnabant ob metum idololatriæ, qua nullũ execrabilius ſcelus eſſe poteſt: nam cum Deum, *ut perhibet Joannes*, vidiſſet nemo unquam, quam ei formã dabimus? Etſi Moſes dicit: Deus fecit hominem, ad imaginem Dei fecit eum. Quod ad animam Euſebius *de Præparat. Evange. libro* 11. ſcienter refert: id quod Joannes Damaſcenus ad corporis formam detorquere nititur, cum de hujuſmodi imaginibus colendis causã agit. At Moſes nihil magis inculcat *ſicut ex compluribus tam Exodi quàm Levitici conſtat locis*, quã ne populus aliquid manu factum veneretur. Et propheta: Confunduntur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Divus quoq; Gregorius Serenum Epiſcopum Maſſilienſem, *quemadmodum in Canonicis decretis legitur & ipſe Epiſtola nona lib. Epiſt* 2. *atteſtatur*, reprehendit quod imagines fregiſſet & laudat, quod coli inhibuiſſet. Cæterum quia lex per præſentem umbrã, *ut in Numeris paſſim docet Origines* futura bona ſignificabat: ideo legimus *in eodẽ libro*, Moſen juſſu Domini feciſſe æneum ſerpentem erexiſſeq; in eremo, ut ex populo qui à ſerpentibus læſi eſſent illum intuerentur, & ſanarentur. Hunc ſerpentem ait divus Auguſt. typum fuiſſe Chriſti crucifixi quod perinde ſanentur, qui hunc pendentem in cruce contemplantur, atq; qui illum aſpiciebant. Sed illud ipſẽ Servator ipſe manifeſtius teſtatur: Et ſicut Moſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis, ut omnis qui credit in ipſum nõ pereat, ſed habeat vitam æternam. Hebræi ſerpentem tam ſalutarẽ non potuerunt non venerari quippe quem, ut rem ſanctam, religioſe ſervarunt uſque ad tempora Ezechiæ regis, qui eum poſtremo contregit, quo ſic populũ in idolatriam

Imaginum cultus prohibitus.

Imago Dei in homine.

Serpens æneus typus Chriſti.

idolatriam turpiter lapſum, ad priſtinum cultum reduceret. Fuit æneus ſerpens datus ut ſignum divinæ potentiæ: nam longo poſt tempore Chriſtus Servator, qui, ut Apoſtolus ait, Dei imago erat, & loco Moſaici ſerpentis in crucem levandus, nobis intuentibus ſalutem parere, formamq; humanā induere voluit, & factus homo viſus cognituſque eſt à mortalib. id quod nunquam antea patuit, ſicut ipſe affirmat diſcipulis ſuis ita loquens. Beati oculi qui vident quæ vos videtis: Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt & audire quæ auditis, & non audierunt, &c. Illi haud dubiè fœlices fuere, dicente Ovidio: *Chriſtus hominibus ſe conſpiciendum exhibens.*

Fœlices illi qui non ſimulachra, ſed ipſos,
Quiq; Deûm coram corpora vera vident.

Et quia in humili forma, propriâ virtute miracula ſupra fidem edebat, idcirco ut Deus habitus eſt. Cujus quidem rei fama efficiebat, ut undique populorum concurſus ad eum fieret, qui illius faciem divinæ lucis fulgore nitentem haud dubie ſic contemplabantur, & venerabantur, ut ejus effigiem jamjam mentibus infixam aut pingere vel ſculpere tunc primum cœperint: quod cum primis fecerunt idolorum cultores, qui in Rempubl. Chriſtianam venerunt, quod teſtatur Euſebius, qui circiter annum ſalutis c c c x x. claruit. Is *in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib.* 7. demonſtrans Cæſaream cognomento Philippi eam eſſe urbem, quā Phœnices Paneadam vocant, ita ſcribit: Mulierem quam ſanguinis profluvio laborantem à Servatore curatam Evangelia tradiderunt, hujus urbis civem conſtat fuiſſe, domuſq; ejus in ea etiam nunc oſtenditur, præ foribus verò domus ipſius, baſis quædam in loco editiore collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius velut genibus provolutæ, palmaſq; ſuppliciter tendētis imago ære videtur expreſſa. Adſtat vero altera æ- æ nihilominus fuſa ſtatua, habitu viri ſtola cōptè cir- *Effigies Chriſti ſculpta. Cæſarea. Mulieris profluvio ſanata & Chriſti ſimulacra.*

cundati, & dexteram mulieri porrigentis. Hujus ad pedes ſtatuæ è baſi herba quædam novâ ſpecie naſcitur, quæ cum exorta fuerit, excreſcere uſq; ad ſtolæ illius æreι veſtimenti fimbriam ſolet, quam cū ſummo vertice creſcens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbus languoreſq; cōquirit, ita, ut quæcunque illa valetudo fuerit corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur, nihil omninò viriū gerens, ſi; aute quàm æreæ fimbriæ ſummitatē creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuā ad ſimilitudinē vultus Jeſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra uſq; tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum, ſi ii qui ex gentibus crediderant, pro beneficiis quæ à Servatore fuerāt cōſecuti, hujuſmodi velut munus videbantur offerre, cū videamus etiam nunc & Apoſtolorum Petri vel Pauli & ipſius Servatoris imagines deſignari, tabuliſq; depingi. *Hucusq; Euſebii verba reddidimus.* Jam apparet à Chriſtianis poſitam fuiſſe ſtatuam Chriſto, cum aut in humanis vitā ageret, vel ſtatim poſt ejus aſcenſum in cœlū. Sed ſi Joanni Damaſceno credimus, ipſe ſuam effigiem, ut ſui præſentē memoriam, Abagaro Ediſſeniorum Toparchæ (erat ea gens ultra Euphratem) dono miſit. Abagarus enim, *auctore eodem Euſebio*, cū audiſſet JESUM innumerabilia edere miracula, quia morbo tentabatur, ſcripſit ad eum, ſuppliciter rogitans, ut ſe ſanatum veniret: cui Servator per Ananiā tabellarium, qui Abagari literas tulerat, reſpondit ſe, poſtquam aſſumptus eſſet, miſſurum unum ex ſuis diſcipulus, qui ejus valetudinem curaret. Fuit ille Tatheus unus ex ſeptuaginta, qui poſtea id officiū erga Abagarū præſtitit. Interim dum Toparcha expectādo nuntiū ſalutis, jam moræ haud ſatis patiens, animi pēdebat dicitur *ut Damaſceno placet*, miſiſſe pictorē, qui formam ejus fingeret, ſed pictor cum ob vultus ſplendorem id efficere nequiviſſet, fama eſt Dominum admoviſſe

Effigies Chriſti Abagaro miſſa.

Judas Tatheus.

moviſſe ad faciem veſtimentum ſeu ſudarium, & illi ſuam effigiem impreſſiſſe divinitus, atq; mox miſiſſe ad Abagarum, ut ſic pium regem conſolaretur. Alterum id genus ſudarium, dum ad mortem ſubeundam ducebatur dediſſe fertur mulieri, quam profluvio ſanguinis, *ut ſupra oſtendimus*, liberaverat, cui, ſi recentioribus credere volumus, Veronica nomen fuit: quod undecunq; acceptum fuerit, hodie Romæ perſanctè ſervatur in æde principis Apoſtolorum. Item conſtans opinio eſt Lucam Evangeliſtã pinxiſſe in tabellis aliquot figuram Deiparæ virginis, qua illa erat, quæ hodie in quibuſdam locis tam ſanctiſſimè cuſtodiuntur, Apoſtolorum quoq; imagines ad eorũ corporũ exemplũ olim formatas à Chriſtianis, idem Euſebius *in eo loco atteſtatur, quem ſupra citavimus*, qui inquit: Sed antiquas ipſorum imagines à quibuſdam conſervatas nos vidimus. Quod mihi videtur ex gentili conſuetudine indifferenter obſervatũ quod ita ſoleant honorare, quos honore dignos duxerint: inſignia etenim veterum reſervari ad poſteriorũ memoriã, illorũ honoris, horum verò amoris indicium eſt. *Hæc ille*. Hinc igitur natum ut meritò tam ipſi Servatori, quàm ejus divis ſtatuas & in templis poni, & venerationi haberi conſueverit. Ac quoniam ejuſmodi divorũ memoria ut certo exemplari præ oculis poſito, quam nobis imagines jugiter repræſentant, ad virtutem & imitationẽ excitantur homines, atque imaginis honor, *ut Baſilius inquit*, ad exemplaris transfertur honorem, idcirco [illegible]res eam conſuetudinẽ nõ modo admiſerũt, ſed auctoritate ſextæ ſynodi, quæ Conſtantinopoli habita eſt, Imperãtib' Cõſtantino & Juſtiniano II. ipſius Cõſtantini filio, *ut in decretis Canon. patet*, ſtatutũ fuit, ut imagines ſacræ divorũ in templis haberent, magnaque veneratione colerentur utpote quæ imperitioribus loco ſacrarum literarum forent, ad quas etiam Romanorum ritu, *de quo ſupra libro 2. cap. 23. memini*,

Sudarium Chriſti.

Veronica mulier.

Maria imago picta.

Imaginum veneratio in templis confirmat

thus & cerei incenduntur. Fuit is annus ſalutis LXXX. alter, ſupra DC. vel, ut non nemo ſentit, DCCIII. quo Agatho Romani tenebat ſedem. Deinde Conſtantinus pontifex habitâ ſynodo, id decretum corroboravit, juſſitque ut imagines in porticu divi Petri depingerentur: quod intellexerat à Philippo Imperatore eas è parietibus divæ Sophiæ ignominiæ causâ abraſas fuiſſe, propterea illum hæreticum pronuntiavit. Leo deinde tertius fanatico ſpiritu percitus itidem fecit, quàm Gregorius ſecundus pontifex per literas admonuit, ut omiſſis quorundam improborum erroribus, veram tandem amplexus religionem, delere divorum imagines deſineret. Poſtremo Leone IIII. Imperatore mortuo, Hirene ejus uxor cũ Conſtantino filio ſexto, imperium obtinuit, mulier viro multò prudentior, formâ pariter atque ſanctitate inſignis. Hujus itaque operâ, conventus trecentorum quinquaginta Epiſcoporum eſt Niceæ factus, ut ſemel decerneretur, eſſentne divorũ imagines templis reſtituendæ, an res in omne tempus repudianda. Tum quia inter cunctos ſatis conſtabat, Deum ab initio ſimulachrorum fingendorũ præmonſtratorem fuiſſe ac poſtea ſtatuas ipſas tam diis quàm hominibus præclaris poſitas eſſe, partim memoriæ eorum retinendæ causâ, partim ſtudio incendendi ad virtutem animum illorum, qui imagines intuerentur, *uti ſupra lib 2. cap. 23. non utique obſcurè demonſtratur*, magno omnium conſenſu eſt decretum, ut Romanorum ritu ubique gentium in templis haberentur, additaque eſt colendi forma duobus carminibus expreſſa: ut res ab omni idololatriæ ſuſpitione abeſſet, quæ ex græco in latinũ ita verſa fuerunt:

Decretũ de ſanctorũ imaginibus colendis.

Nam Deus eſt quod imago docet, ſed non deus ipſa:
Hanc videas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Ecquis igitur tam diſſolutus, tantâque audaciâ præditus eſt, qui velit poſſitve dubitare, ſeu aliter ſomniare, ne dicam

me dicam ſentire, vel cogitare de imaginum cultu, ac demum ſit tot longè ſanctiſſimorum patrum decreto conſtitutum? Cæterùm illud atq; adeo deſiderari poſſet, ut ſacerdotes frequentius populũ docerent, quonam pacto deberet & venerari ejuſmodi imagines, & apud eas ſua offerre donaria: quod quia illi tacent, & vulgò ex ſuo uſu tacere putantur, idcirco eò inſaniæ deventum eſt, ut hæc pietatis pars parum differat ab impietate: ſunt enim benè multi rudiores, ſtupidioreſq; qui ſaxeas vel ligneas, marmoreas, æneas, ſeu in parietibus pictas, variiſq; coloribus litas imagines colant, non vt figuras, ſed perinde quaſi ipſæ ſenſum aliquem habeant, & iis magis fidant, quam Chriſto, vel aliis divis quibus dicatæ ſint. Quo fit, ut ſtultitiã ſtultitiæ cumulantes, illis offerant aurum, argentum, annulos gẽmatos, omnifariaſq; gemmas ibidem ſenio perituras. Et, ut ad id faciendum plures inceſcentur, illi qui talem ſegetem metunt, nummos perforent, filoq; pendentes in collo aut manibus ipſarum imaginũ ſuſpendant, donaria in locis conſpicuis egregiè collocẽt, tituloſq; apponant, quò nomina offerentium & diis & hominibus notiora fiant. Sic bona pars hominum per hæc magis delirare inducitur, ac inſuper longa alioquoties itinera conficere, ut unam imaguncuiã adeat, ibique donaria ſua relinquat, prætermiſſo cuncto alio aut pietatis, aut charitatis officio, rata ſe omninò ſat largitionis feciſſe, ſat pœnituiſſe, ſi inter itionem, lautius victitando aurum obtuliſſet, in cujuſvis thecam nummariam inde iturum. Quàm igitur ſapientius, quàmque religioſius eſt ea ratione peregrinari, ut labore corpus dometur, ſic, ut cogatur rationi ſervire, & imagines venerari, ut mẽs ad Deũ protiꝰ dirigaẽ, ac dona dare, quę pauperibꝰ uſui eſſe poſſint, quãdoquidẽ ea dubio procul eſſe cõſtat munera grata Deo q. *ut Socrates apud* Plat. *in Alcibiade ſecũdo ait*, animũ juſtum reſpicit, non item munera. Atqui Lactantius manife-

Idololatria.

Stulti imaginum cultores.

Munera quemodo Deo offerẽda.

ſtè demonſtrat, quam maximè aberrent illi, qui aliter ſeu faciunt vel ſentiunt, ſcribens: Veſtes igitur, gemmas, & cætera quæ habent in pretio, ſi quis putat Deo chara, is planè quid ſit Deus neſcit, cui putat voluptati eſſe eas res, quas etiam homo ſi quis contempſerit, jure laudabitur. *Hæc ille.* Et divus Hieronym. *illum diſſerens locum apud Hieremiam, Et argento & auro decoravit illud,* (*de ſimulachra loquitur Propheta*) ait: Qui quidem error ad nos uſq; tranſivit, ut religionem in divitiis arbitremur. Eò etiam pertinet, quod Plato lege vetuit, ne deorum imagines ex auro vel argento, ferróve aut ære fierent, ſed tantum ligno vel lapide factas voluit, ut ne criminoſi ex occaſione rei pretioſæ, exiſtimarent ſe propterea deos placare aut decipere poſſe.

Lex Platonis de Dei imagine effigienda.

CAPUT XIV.

De Decimarum & Primitiarum ac Primogenitorum redemptionis origine: & quis primus decreverit, ut liceret ſacerdotum collegiis Fundos & Prædia oblata recipere poſſidenda.

SUmmus propheta Moſes, *teſte Joſepho*, diſtribuit Hebræis poſſeſſiones, diſtribuit & Jeſus ejus ſucceſſor: Levitis verò qui vacationem militiæ habebant, nulla terræ portio data, præter habitationem in ſingulis tribubus, & in ſuburbanis locis tantum agelli, quod ſatis eſſet ad jumenta & pecora alenda. Iſte enim ordo Leviticus vel ſacerdotalis ſapientiæ ac ſcientiæ Dei operam impendebat, & huic lex Dei commiſſa erat, cui ut aſſiduè abſq; ulla ſolicitudine ſtuderet, ac ne ob victus inopiã cultus divinus ab eo vel negligeretur, vel dereretur, neceſſum erat, ut eũ popul' cõmuniter juvaret: qui ſi, *ut probè ait Origenes*, quæ neceſſaria ſunt, non præbuerit ſacerdotibus & levitis, occupati

Levitarum portio hæreditaria.

Sacerdotes publicè alendi.

illi in

illi in talibus,id eſt,familiaris rei curis,minus legi Dei vacabunt. Illis autem non vacantibus, neque operam dantibus legi Dei, tu periclitaris: obſcurabitur enim lux ſcientiæ quæ in illis eſt,te non ſubminiſtrante oleũ lucernæ. Quod tantum nefas ne ullo unquam tempore accideret,Moſes prudentiſſimus princeps legem tulit,qua *uti in Exodo, Numeris, Deut. extat, & a Joſepho ſimul exponitur*, primitias, & decimas omnium frugum: omniumque pecudum ſacerdotibus & Levitis offerri mandavit:ſic ut omnis qui poſſideret agrum,vel vineam,vel olivetum, vel etiam hortum, & ſi quid eſſet quod exerceretur in terris,ſed & ſi quis pecuaria haberet,is offerret ex illis Deo omne,quod primum eſſet,& decimas quoque:id eſt,ad ſacerdotes deferret:Deo enim offerri dicit lex,quod ſacerdotib⁹ datur. Et hoc eſt,quod docemur ex lege,ut nemo homo licitè nec legitimè utatur fructibus,quos terra produxit,nec animantibus,quæ pecudum protulit partus,niſi ex ſingulis Deo primitiæ & decimæ, i. ſacerdotibus dentur. Atq; ſic Moſes, imò Deus ipſe, cujus juſſu ille cuncta geſſerat,auctor fuit,ut primitiæ & decimæ Levitis ac ſacerdotibus offerrentur. Hanc legem utpote Apoſtolica & Evangelica auctoritate corroboratã, Origenes *ſuper Numeros*,ſervari etiam ſecundum literã, ſicut & alia nonnulla, neceſſarium probat adverſus eos qui ex titulo legis omnia ſacra ſcripta interpretari volebant: quod noſtro quoque tempore pleriq; tam ſtultiſſimè quam audaciſſimè faciunt,dicentes: Si aliquid omnino ſervandum eſt ſecundum literam, ut dicimus, hoc eſt, ſine allegoria, ſine arguta interpretatione,cur non & cuncta ſerventur? Sed illi quidem non animadverterunt aliud eſſe legem, aliud eſſe mandatum, aliud teſtimonium, aliudque judicium, quæ præcipit Dominus Moſi. Non eſt ſcriptum, *ut inibi ait Origenes*, Hoc eſt, mandatum Paſchæ, ſed Hæc eſt lex Paſchæ,quia lex umbra eſt futurorum bonorum. Cum

Lex Moyſis de Levitarũ ſuſtentatione.

Lex de Primitiis & decimis dandis.

An Lex ſecundum literam ſervanda.

Differentia inter Legem, Mandatum Teſtimoniũ & Judicium.

ergo fit mentio Paſchæ, ut de agno illo corporeo debemus ſentire ſpiritualiter, qua Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Simili modo de azymis & cæteris feſtorum dierum obſervationibus intelligere debemus, quæ ſub legis titulo denotantur. Sunt autem mandata legis, quæ ſecundum literam ſtant: & ita Servator noſter recipi atque obſervari à nobis voluit, cum dixit, Serva mandata: cujuſmodi ſunt, Ne occidas, Ne furtum facias. De nuptiis idem præcepit, ita dicens: Scriptum eſt, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam. Quod ergo Deus conjunxit homo non ſeparet. De primitiis & decimis mandatum ſimiliter ſervandum ſecundum literam, Domini vocibus docemur, qui in Evangelio inquit: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ! qui decimatis mentham, hoc eſt, decimam datis menthæ, & cymini, & anethi, & præteritis quæ majora ſunt legis. Hypocritæ! hæc oportet fieri & illa nō omitti. Vide, ſermo Domini vult quidem, ut omninò fiant, quæ majora ſunt legis, non tamen minora hæc omittātur, quæ ſecundum literam ſignificantur. Quod à Phariſæis vult factum, multò magis vult à diſcipulis præſtitum, quibus dicit: Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quàm Phariſæorum & Scribarum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quomodo autem plus velit ut fiat à Diſcipulis, quàm à Phariſæis, in eo declarat, ubi dicit: Dictum eſt antiquis, non occides: Hoc ſervabant & Phariſæi, Diſcipulis autem dicit: Ego autem dico vobis, quia ſi quis iratus fuerit fratri ſuo, reus erit judicio. Igitur ex his ſatis patet, oportere nos & primitias & decimas ſolvere, ſi velimus non modo juſtitiam noſtram abundare, plus quàm Scribarum & Phariſæorum, ſed eos officio tantum æquare, qui de fructib. terræ ſuæ guſtare non prius audebant, quàm primitias ſacerdotibus obtuliſſent, & Levitis decimas ſeparaſſent. Et quia munus primitiarum Domino offerebatur, ideo

Chriſti mādatum de decimis.

Fruges conſecrare.

Eutychianus pontifex Romanus voluit, ut ipſæ fruges ſic in altari conſecrarentur, velut apud Hebræos oleo & thure adolebantur. Servatur hodie Eutychiani decretum nonnullis in locis. Verùm adeo ſanctitas ſacerdotum conſenuit, & populi pietas refrixit, ut primitiarum nomen unà cum proventu penè extinctum ſit, cum hodiè loco primitiarum, dominicis tantùm diebus panes aliquot ſua ſponte alibi offerant, alibi verò ſolùm duos treſve dent, quos ſacerdos prius conſecret, ac eos inde fruſtatim diviſos populo diſtribuat, ut qui quondam illis diebus euchariſtiam ſumere conſueverat, ob ejus rei memoriam, panem iſtum ante omnia cibaria prægustet. Atque illud fit ad imitationem Chriſti, qui ita panem ſacrare prius ſolebat, quàm illum ſuis diſcipulis vel aliis porrigeret, ut veſcerentur. Decimæ verò adeo etiam gravatè à multis dantur ut non niſi coacti id faciant, argumentantes magis egere qui eas dant, quàm qui recipiunt. Eſt aliud decimarum genus, quas ſacerdotes ſibi deberi contendunt ab opificibus qui manibus laborant, aut ab iis qui mercaturam exercent, vel ſtipendium faciunt quales *auctore Joſepho* conſtat Abraham dediſſe Melchiſedech Solymorum regi, à quo eſt hoſpitio exceptus ex præda quàm profligatis Aſſyriis ſecum tulerat. Quot autem decimarum genera apud Hebræos eſſent, & quomodo Levitæ & ſacerdotes eas inter ſe partirentur, quiſve modus foret primitias offerendi, Hieron. *ſuper Ezechielem cap. 5. & 40.* facilè declarat, cujus verba idcircò ponere haud ſupervacaneum duximus. Dicamus igitur, inquit, primum juxta literam, δεκάτας, hoc eſt, decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat. Rurſum ex ipſis decimis, Levitæ, hoc eſt, inferior miniſtrorum gradus, decimas dabant ſacerdotibus. Erant quoque & aliæ decimæ, quas unuſquiſque de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, ut comederet eas, cum iret in templum in urbe Hieruſalem

Panes conſecrati.

Decima ex opificio.

Decimarum genera apud Hebræos.

Hieruſalem

ruſalem, & in veſtibulo templi Sacerdotes & Levitas ad convivium invitaret. Erant autem & aliæ decimæ, quas pauperibus recondebant. At verò primitiva quæ de frugibus offerebant, non erant ſpeciali numero definita, ſed offerentium arbitrio derelicta. Et *in libello ad Fabiolam, de Cibis & primitiis ſacerdotum*, rem hanc luculentius diſſerens, dicit, Primitiæ ciborum & omnium frugum atque pomorum offeruntur antiſtiti, ut habens victum atque veſtitum abſque ullo impedimento ſecurus & liber ſerviat Domino. Primogenita mundorum animalium accipiunt ſacerdotes, & immundorum pretia, hominum quoque primi partus redimuntur. Et quia conditio humana naſcendi eſt communis, pretium æqualiter offertur, ſic moderatum & leve, ut nec dives intumeſcat, nec tenuis prægravetur. Æditui & Janitores accipiunt decimas, & rurſum decimas decimarum offerunt ſacerdotibus, tanto illis minores quanto ipſi majores populo, &c.

Primitiva de frugibus.

Primogenita animalium.

Decima decimarum.

Quod primitiarum ſuo quiſq; arbitratu, *ſicut Hieron. ait*: plus minuſve dabat, illud tamen ter quotannis facere debebant: primum enim circiter Paſcha, cum fruges matureſcere inciperent, *ut eſt in Levitico, cap. 2.* Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de ſpicis adhuc virentibus torrebis eas igni & confringens in morem farris offeres primitias tuas Domino. Deinde ad feſtum diem Pentecoſtes, panes ex novis frugibus confectos: poſtremò circa feſtum diem Tabernaculorum, fruges ipſas jam collectas offerebant. Sed & undè ortum ſit, ut primi hominum æquè ac aliorum animaliũ partus Deo conſecrati eſſent, jam appoſitè dicamus. Cur primogenita offerrentur Deo, cauſa ponitur *in Numeris, cap. 3. ubi legimus*: Locutus eſt Dominus ad Moſen dicens: Ego tuli Levitas à filiis Iſraël, pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Iſrael, eruntq; Levitæ mei. Meum eſt enim omne primogenitum, ex quo percuſſi primogenita in terra

Primitiæ quo anni tempore offerendæ.

Primogenitus Deo cõſecratus.

Ægypti,

Ægypti, ſanctificavi mihi quicquid primùm naſcitur in Iſrael, ab homine uſq; ad pecus. De interitu primogenitorum Ægypti mentio fit *in Exodo, cap. 12.* Sanè ſinguli primogeniti undecim tribuum, quando primi qui naſcebatur in tribu Levitica, ad templi miniſteriū applicabantur, de ſacerdotibus redimebantur quinis ſiclis. Siclus autem quantum valeat, *ſupra lib. 2. cap. 3.* docuimus. Primogenitum verò animalis non mundi, aut mundo commutari, vel occidi ſolebat: etenim animal aliud mundum habebatur quod edebatur: aliud nō mundū quód nō licebat offerre, ſed velut, naturâ mundum commutabatur, ut aſinus, qui ove redimebatur: aliud item non mundum, ut canis, quem neque offerri neque commutari fas erat, propterea occidebatur. Verùm ad propoſitum jam redeat oratio. Non abs re igitur Servator noſter haſce de decimis ſanctiones approbavit: qui quippe volvit, ut qui Evangelium annunciarent, ex Evangelio viverent, ac propterea patres lege ſanxerunt decimas eſſe ſolvendas, ſicuti latè patet ex compluribus decretalibus pontificum Epiſt. Quid quod Romanos Moſaicam legem in hoc non aſpernatos iſtud inſtitutum ſervaſſe conſtat? nam Herculi decimas dare locupletibus ac nobilibus antiquus mos fuit: & Lucullus, quia hunc ritum ſervaſſet auctior factus eſt poſtea: *auctor Feſtus.* Quin & primitias dari conſuetudo erat, Sanè Liberum patrem, qui & Bacchus dicitur, poſt devictos Scythas, alioſque populos, magno Jovi rerum primitias obtuliſſe, auctor eſt Ovidius *in 3. Faſt.* Et Cyrum regem Perſarum victis Lydis, decimam quoque prædæ Jovi dediſſe, teſtatur Herodotus. Sed jam ad rem familiarem veniamus. Ut enim Chriſtus Servator decimas non repudiavit, ſic nec ex decimis opes privatim congeri voluit: quare ut vitium avaritiæ, quod, ut ait Apoſtolus, idolorum ſervitus eſt, à ſuorum præſertim ſacerdotum cœtu ejiceret, repelleret, exterminaret: pauperta-

Sicli valor.

Primogenitum animalis immundi.

Decimas & Primitias dandi conſuetudo apud Romanos.

Divitias poſſidere & paupertatē colere quomodo Sacerdotes deceat.

pertatem elegit, eamque ſuis diſcipulis maximè commendavit, cum dixit: Qui non renuntiaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Et *alibi*: Vade, vende omnia tua quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. Sed ut Chriſto paupertatem, quæ habet ſuum commodum, ſuamque munditiam, tribuimus, ita ſordes ac mendicitatem minus aſſignemus neceſſe eſt: ſiquidem ille dum inter mortales verſatus eſt, non oſtiatim cibum petiit: quippe quem ſecum loculos detuliſſe, & ſuis diſcipulis abundè victum ſuppeditaſſe, ac egenos ſimul juviſſe ſatis conſtat. Item ipſi Apoſtoli poſtea nec in cibariis petendis operam poſuiſſe dicuntur, quando *in Actu* legimus, pios Chriſtianos certatim poſſeſſiones vendidiſſe, & pretia earum afferentes poſuiſſe ante eorum pedes, quæ diſtribuerentur ſingulis prout cuique opus eſſet: & ſic nemo inter credentes egens erat, quoniam omnia communia habebant. Ecce magnas in communitate divitias, quæ in privato paupertas habebantur; haſce divitias non vetuit Chriſtus à ſuis miniſtris poſſideri, quæ cunctis egentibus uſui eſſe poſſent. Quapropter Urbanus vir ſanctitate vitæ & doctrinâ ſingulari, qui ſedere cœpit anno CCXXVII. ab eo, qui fuit humanæ ſalutis primus, decrevit primus, ut ſacerdotibus liceret prædia ac fundos à cultoribus religionis oblatos recipere, nihilque cuipiam privatum eſſet, ſed ad commune bonum. Prædia recepta ſunt, vel adipſum commune bonum omnino, quandoquidem poſtea omni tempore fuerunt atque ſunt ſacerdotum domus, collegia, ac monachorum cœnobia omnibus, & ipſis ſacerdotibus communia, & aliis perhoſpitalia & apertiſſima. Etſi paulatim hominum rapacitas & libido fecit, ut majore ex parte obliterata fuerint extrema decreti verba, id eſt, Ad commune bonum; loco illorum, illæ duæ ſemper

Communitas Chriſtianorum.

Decretum Urbani Pont. de Sacerdotū bonis.

Meum & Tuum peſtiſera voces.

ſemper religioni peſtiferæ voces, Meum & Tuum, inſcriptæ fuerint, quæ ita multos tranſverſos agunt, ut ſacerdotium nihil aliud niſi quæſtum, niſi hæreditatem ac dominium eſſe putent: & quanto veteres patres abſtinentiam arctius conſtrinxerant, tanto iſti intemperantiæ fræna inſolentius laxent. Quod poſtremum effecit, ut privata commoda longè potiora publicis haberentur: unde malevolentiæ ſimultates & odia orta: namque ex communi privatum facere, ſemper diſcordiarum cauſa fuit. Cœpit deinde Romanus Pontifex dives fieri, quem Lucina virgo ſanctiſſima, Marcello ſedente moriens prima omnium fecit hæredem. Hæc multis egit precibus cum Cornelio pontifice, ut Apoſtoli Pauli corpus extra Capenam portam, viâ Oſtienſi, ubi capitis fuerat ſupplicio affectus, in ſuum prædium transferret, & Petrum in Vaticanum, quæ & ipſius Cornelii corpus in prædio quoque ſuo ſepelivit. Deindè Conſtantinus eundem pontificem, ut apud vulgus fama eſt, locupletavit affatim. Sic alii alia dedére loca, unde tam latè nunc patent opes. Cæterum Urbanus in hoc ſecutus eſſe videtur Hebræos apud quos ſacerdotium opulentiſſimum fuerat: quoniam ſacerdotes in honore haberi debent, quos in primis paupertas in vulgus deſpicatiores reddere ſolet, atque indè fieri, ut eis minus credatur, id quod Religinem maximè offendit.

Diſcordiarum cauſa.

Pontifices dives facti.

LIBRI SEXTI FINIS.

POLY-

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT I.

De Monaſtica vitæ principio.

DE Evangelicæ & Apoſtolicæ vitæ initiis hactenus diximus: in hoc verò volumine novus ac varius vivendi modus demonſtrabitur. Cum enim à majoribus tantòperè degeneratum, ab eorumque diſciplina ac vitæ ſanctimonia ſic longè diſceſſum foret, *ut ſupra eſt ſparſim declaratum*, tam Romani deinde Pontifices, quàm ubique gentium Antiſtites nihil prius, neque quicquam antiquitus habuere, quam ordinis ſacerdotalis ſic labentis revocare gradum, ſic peccantis coercere inſolentiam, promulgatis ab ſe novis quotidie legibus, ad melioris vitæ inſtitutionem: Adhæc indixere graves pœnas, qui deinde contra ac liceret, feciſſent, ut quo minus odiſſent peccare virtutis amore, hoc formidine pœnæ facilius à malefactis manus abſtinerent. Nec eo quidem pacto perinde profecère, quoniam à deguſtatis voluptatibus haud facile animus avocatur: quare nonnulli poſtea excitâre bonæ frugis patres, qui viam ſecuturis facerent: quà à devio ad rectum iretur. Porro ii omnibus quæ in terris miramur contemptis, Chriſtum complexi, id eſt, veritatem, pietatem, innocentiam, manſuetudinem, ſolùm divinis rebus operam dederunt, quorum principes fuere Paulus, Antonius, Hilarion, Baſilius, Hieronymus, ac plerique alii qui ab initio ſanctitate pollentes, veluti novæ religionis plantæ in Ægypti Syriæq; ſolo quamvis ſte-

Ordo ſacerdotalis corruptus.

Monachi pii & antiquiſſimi eorumq; liberum inſtitutum.

vis ſterili fœliciter increvere,nullo tamen adhuc certo vivendi ritu: nam id temporis hu uſce vitæ genus ſimplex ac liberum erat, ut iſtis omnino cæremoniis minimè obſtrictum,quas hodie monachi obſervant. Veſtitum honeſtum pro jure ſuo quiſque ſumebat: item nullum votorum vinculum, ita ut integrum unicuiq; foret manere,aut proficiſci,quò terrarum vellet: vel ſi quem ejuſmodi ſui inſtituti pœnituiſſet, etiã poteſtas eſſet ad priſtinam redeundi vitam,non abſq; tamen inconſtantiæ nota. Quod ſi deinceps per novas hominum leges inviolatum permanere licuiſſet, longè ſanctiſſimos omni tempore monachos habuiſſemus, quando improbi haud diu monachi fuiſſent. Petebant loca ut plurimum deſerta,hoc eſt,eremum unde Eremitæ dicti,quaſi eremũ colentes,quos Græci anachoretas vocant:& quia ſoli vivebant, ideo noſtri monachos nuncuparunt, id eſt, ſolitarios; verùm paulatim deinceps cœperunt gregatim agere,*uti infra dicetur*. Atq; ita à principio monachi precibus,jejuniis.vigiliis,literarũq; ſtudiis dediti,procul ab omni hominum cœtu,tantum duriter victitando, ac ſeſe manibus exercendo, exemplum benè vivendi poſteris ediderunt. At iſti dein ſuperiorũ ejuſmodi veſtigia ſecuti, familias ſinguli ſuas, *ut per appoſitè infra dicetur*, inſtituere, illiſque vivendi normam præſcripſerunt, ut & verbo & facto,quemadmodum ipſæ familiæ prædicant,vitam planè Apoſtolicam mortalibus referrent. Ad hunc denique modum Chriſtianus populus unam legem, unam religionem complexus,in varias ſectas eſt diviſus. Sed de monaſtici inſtituti initio longè poſt homines natos,nunc celeberrimi, jam dicamus. Itaque olim inter multos *teſte Hieronym.* quæſitum eſt, à quo potiſſimum eremus ſit primum habitari cœpta: quidam enim altius repetentes,Heliam & Joannem Baptiſtam ejus rei auctores faciunt: ſed ut is plus quam propheta, ita ille plus quàm monachus, cenſeri debet. Alii Antonio at-

Eremita unde dicti. *Αναχωρηταί* *Monach.* *Primus Eremita quis.*

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM LIBER SEPTIMUS.

CAPUT I.

De Monaſticæ vitæ principio.

DE Evangelicæ & Apoſtolicæ vitæ initiis hactenus diximus: in hoc verò volumine novus ac varius vivendi modus demonſtrabitur. Cum enim à majoribus tantoperè degeneratum, ab eorumque diſciplina ac vitæ ſanctimonia ſic longè diſceſſum foret, *ut ſupra eſt ſparſim declaratum*, tam Romani deinde Pontifices, quàm ubique gentium Antiſtites nihil prius, neque quicquam antiquitus habuere, quam ordinis ſacerdotalis ſic labentis revocare gradum, ſic peccantis coercere inſolentiam, promulgatis ab ſe novis quotidie legibus, ad melioris vitæ inſtitutionem: Adhæc indixere graves pœnas, qui deinde contra ac liceret, feciſſent, ut quo minus odiſſent peccare virtutis amore, hoc formidine pœnæ facilius à malefactis manus abſtinerent. Nec eo quidem pacto perinde profecère, quoniam à deguſtatis voluptatibus haud facile animus avocatur: quare nonnulli poſtea extitâre bonæ frugis patres, qui viam ſecuturis facerent; qua à devio ad rectum iretur. Porro ii omnibus quæ in terris miramur, contemptis, Chriſtum complexi, id eſt, veritatem, pietatem, innocentiam, manſuetudinem, ſolùm divinis rebus operam dederunt, quorum principes fuere Paulus, Antonius, Hilarion, Baſilius, Hieronymus, ac plerique alii qui ab initio ſanctitate pollentes, veluti novæ religionis plantæ in Ægypti Syriæq; ſolo quamvis ſte-

Ordo ſacerdotalis corruptus.

Monachi pii & antiquiſſimi eorumq; liberum inſtitutum.

vis ſterili fœliciter increvere, nullo tamen adhuc certo vivendi ritu: nam id temporis hu uſce vitæ genus ſimplex ac liberum erat, ut iſtis omnino cæremoniis minimè obſtrictum, quas hodie monachi obſervant. Veſtitum honeſtum pro jure ſuo quiſque ſumebat: item nullum votorum vinculum, ita ut integrum unicuiq; foret manere, aut proficiſci, quò terrarum vellet: vel ſi quem ejuſmodi ſui inſtituti pœnituiſſet, etiã poteſtas eſſet ad priſtinam redeundi vitam, non abſq; tamen inconſtantiæ nota. Quod ſi deinceps per novas hominum leges inviolatum permanere licuiſſet, longè ſanctiſſimos omni tempore monachos habuiſſemus, quando improbi haud diu monachi fuiſſent. Petebant loca ut plurimum deſerta, hoc eſt, eremum unde Eremitæ dicti, quaſi eremũ colentes, quos Græci anachoretas vocant: & quia ſoli vivebant, ideo noſtri monachos nuncuparunt, id eſt, ſolitarios; verùm paulatim deinceps cœperunt gregatim agere, *uti infra dicetur*. Atq; ita à principio monachi precibus, jejuniis, vigiliis, literarũq; ſtudiis dediti, procul ab omni hominum cœtu, tantum duriter victitando, ac ſeſe manibus exercendo, exemplum benè vivendi poſteris ediderunt. At iſti dein ſuperiorũ ejuſmodi veſtigia ſecuti, familias ſinguli ſuas, *ut per appoſitè infra dicetur*, inſtituere, illiſque vivendi normam præſcripſerunt, ut & verbo & facto, quemadmodum ipſæ familiæ prædicant, vitam planè Apoſtolicam mortalibus referrent. Ad hunc denique modum Chriſtianus populus unam legem, unam religionem complexus, in varias ſectas eſt diviſus. Sed de monaſtici inſtituti initio longè poſt homines natos, nunc celeberrimi, jam dicamus. Itaque olim inter multos *teſte Hieronym.* quæſitum eſt, à quo potiſſimum eremus ſit primum habitari cœpta: quidam enim altius repetentes, Heliam & Joannem Baptiſtam ejus rei auctores faciunt: ſed ut is plus quam propheta, ita ille plus quàm monachus, cenſeri debet. Alii Antonio aſ-

Eremitæ unde dicti.

Ἀναχωρηταί

Monach.

Primus Eremita quis.

ſignant, alii cuidam Paulo Thebæo, ob id ipſum primo Eremitæ nuncupato, quod Anachoreticæ vitæ primus fundamenta jeciſſet, id quod vel Hieronym. comprobat. Hunc igitur veluti exemplar, illum ut exemplum ad imitandũ, fuiſſe dicunt. Ego verò, quando in re ambigua unicuique liberum eſt conjectare, crediderim inſtitutum monaſticæ vitæ ab Eſſæis ſive Eſſenis, *ita appellat Plin.* quorum ſecta apud Judæos admodum celebris habita eſt, ad poſteros manaſſe, quoniam illi ferè per omnia eam ducebant vitam, quã inter nos monachi ex præſcripto legis agere ſolent. Et, ut legentib. id perſpicuè pateat, non otioſum erit hic Philonis verba ſubjicere, quæ Euſebius *lib. 8. Evang. præpa.* repetit, ita ſcribens: Palæſtinam maxima gens Judæorum habitat, inter quos, qui dicuntur Eſſæi cõperiuntur plures numero, ut opinor, quàm quatuor millia: Eſſæi dicti, quaſi ſancti græcè, quoniam Dei cultores præcipuè ſunt, nõ animalia ſacrificantes, ſed mentes ſuas, virtute munitas, offerendas Deo putantes. Nemo inter eos puer, nemo adoleſcens, propter inſtabilitatem ætatis, ſed viri omnes, aut ſenes ſunt. In civitatibus non habitant, exiſtimantes ut contagionem aëris corporibus, ſic cõverſationem vulgi animo nocere. Horũ alii agros colunt, alii pacificas artes ad utilitatem ſuã & proximorũ exercent, nec aurum, nec argentum reponunt, nec ingentes agros laudant, ſed tantum colunt, quantum neceſſitati poſſit ſufficere. Ii enim ex omnibus penè hominibus ſoli pecuniam & fundos negligentes, virtute ditiſſimi putantur, facilitatem vivendi & paucorum indigentiam, rectè magnas eſſe divitias judicantes. Nemo eorum tela, enſes, galeas, ſcuta, cæteraque belli inſtrumenta factitat: ſed nec eas artes exercent, quibus facilè omnes in improbitatem labuntur. Nulla mercatura, nullus cauponatus, nulla eis cognoſcitur navigatio, omnes rapinæ occaſiones depellunt. Nemo ſervus apud eos, ſed cum univerſi liberi ſint, alteri

Eſſæorum ſecta.

Eſſæorum religio.

alteris

alteris ſerviunt: omnes enim, ajunt, quaſi mater, eadē natura genuit: quare quamvis non vocemur, ſumus tamen reipsâ fratres. Illam philoſophiæ partem ſolum modo approbant, qua de Deo & de creatione omnium ſcrutamur: morali maximè invigilant, ad quam abſolutè conſequendam paternis legibus adjuvantur, quas rectè intelligere nemo ſine divino auxilio poteſt. Has ſemper quidem ſed maximè ſeptimis quiſq; diebus docentur: dedicata enim ſeptima dies deputatur; in qua cæteris omnibus neglectis, ad ſacra loca concurrentes, quæ ſynagogæ appellantur ordine ſub ſeniorib⁹ juniores conſidere ſolent, leguntur que Scripturæ diligenter, & exponuntur à peritiſſimis. Diſcunt igitur piè, ſanctè, juſteq; vivere, triplici regula utentes. Amore Dei ardentiſſimo, Virtutis cultū diligētiſſimo, Charitate proximi ferventiſſima. Quòd igitur ſummè Deū diligant, multa nobis argumento ſunt, caſtitas perpetua, jurisjurandi nulla mentio: mendacii odiū, & præcipuè quod bonorum omnium, nullius mali cauſam Deum opinantur. Quod virtuti ſtudeant, patet, quia pecuniam negligunt, gloriam ſpernunt, voluptatem oderunt. Charitatis autem argumenta ſunt, benevolentia, ſocietas, æqualitas: nullus enim domum habitat, quæ omnium communis non ſit, unum ærarium, unus ſumptus omnibus eſt, Præterea veſtis communiter omnibus propoſita, communis cibus & potus, cōmunis menſa, omnis denique vita communis eſt, *Hactenus Philo apud Euſebium.* Si quiſpiam ex noſtris monachis, qui regifico menſarum apparatu vivunt, qui voluptates libare peritè norunt, qui honores gnaviter ambiunt, qui pecuniæ ſtudium ſemper immodicum habent, hæc aliquando legerit, ſecumve reputaverit, nonnè eum pudebit, quod juſtitia ſua non modo plus quàm Eſſenorum non abundet, ſed longè magis flaccescat, langueatq;? Ab Eſſenorū igitur religione profectū meritò credere æquū eſt, ut a. nos monaſticæ vitæ

Philoſophia Eſſæorum.

Triplex Eſſeorum Regula.

Pietas.

Continentia.

Charitas.

Monachorū modernorū mores corrupti.

inſtitutum coaluerit, quo ſimiliter Paulus Thebæus, ut Antonius, ambo Ægypti homines à primo olim imbuti, ac illud poſt ea inſigniter æmulati in primis eſſe videntur. Sed Antonio initium rei hujus jure optimo acceptum referri decet, qui, etſi non ante omnes fuit, primus tamen mire omnium ſtudia ad eam vitam degendam incitavit, monachorumq; dogma inſtituit, ſicuti deinde Baſilius in Græcia fecit. Adauxit & id temporis pium inſtitutum Hilarion in Syria, qui cum ſanctitate jam clareſceret, Gazæ tres cujuſdã nobilis matronæ filios ſimul repentè morbo affectos invocato nomine Jeſu, extemplò ſanavit. Quod poſtquam auditum eſt, & longè lateq; percrebuit, certatim ad eum ex Syria & Ægypto confluebant, ita ut multi crederent Chriſtum eſſe Dei filium, & ſe monachos profiterentur. Nondũ enim cœnobia erant in Palæſtina, nec quiſquam monachos ante divum Hilarionem in Syria noverat: ille fundator & eruditor hujus inſtituti ac ſtudii in hac provincia fuit. Habebat dominus Jeſus in Ægypto ſenem Antonium, habebat in Palæſtina Hilarionem juniorem. *Hæc ex Hieron.* Ad Antoniũ redeo. Vixit Antonius in ſolicitudine in Thebaica regione Ægypti, condiditque ibi cœnobium, ubi cum Sarmata, Amata, & Machario ſuis diſcipulis, precibus tantùm deditus erat, in pane & aqua omnis ejus victus conſiſtebat, cujus ſanctitas ita celebris erat, ut Helena Conſtantini mater ſe & filium per literas illi commendarit. Obiit mortem in eremo, annos CV. natus, qui fuit annus ſalutis humanæ CCCLXI. Diſcipuli ejus Amatas & Macharius (nam Sarmatam Saraceni impetu in Antonii cœnobium facto, interfecerant) monaſticum ordinem poſtea tam vitæ ſanctimoniâ, quàm inſtitutis, mirum in modum propagarunt. Ac ejuſmodi vitæ monaſticæ principium tale fuit.

Antonius Eremita.

Baſilius. Hilarion.

Cœnobium Antonii.

Antonii obitus.

CAPUT II.

Quando primùm ordo Monaſticus Tribus Votis a-

tis aſtrictus fuerit, & quis primus ea vota introduxerit, veſtitumque religioſum, cum novo vitæ modo, ac ordo ipſe abiverit in plures familias

Poſt annum quàm Antonius, *de quo ſupra eſt mentio facta*, erat mortuus, circiter CLXVI. claruit Benedictus Nurſinus in Umbria Italiæ regione natus. Is in ſolitudine perdiu verſatus ſe demum Sublacum ſeu Sublaqueum contulit, quod eſt Latinorum præclarum oppidum, lacui eodem & tamen priſco nomine proximum, diſtatq; ab urbe Romæ circiter millia paſſuum quadraginta. Hic cum à multitudine ob ſanctitatis famam adiretur, & ei ſecundum religionē nihil ſolitudine gratius eſſet, poſtremo e us celebritatis vitandæ cauſâ, Caſſinum in ea regione pervetuſtum oppidum venit, ibique ſibi ſedem poſuit, ſparſoſque & ſolivagos ad id tempus monachos in unum con traxit cœnobium, mores & vitam, tribus munitam votis, quæ prius non fuerant, quàm Baſilius cum certa vivendi formula conſtituiſſet in Oriente, inſtituit parum vulgatæ obſervationis. Sanè Baſilius Cæſareæ Cappadocum præſul, qui circiter annum ſalutis humanæ CCC: XXXIII. doctrinæ pariter atque ſanctitatis ſummis floruit laudibus, primus omnium obligavit monachos novis legibus, ut poſt annum, quā quis in collegium veniſſet, ſi in eo vellet vitæ inſtituto permanere, voveret ſe caſtè victurum, nihil poſſeſſurum, ac dicto præfectorum fore audientem, quo ſe in perpetuum omni ſuâ abdicaret voluntate. Fuit poſtea Baſilii decretum juxta ab omnibus receptum. Quanquam paupertatis votū multò antiquius eſſe videtur, ſi Urbano pontifici Romano credimus, qui amplius CLXL. annis Baſilium anteceſſit: quando in epiſtola, quæ ejus nomine legitur, invenimus, ita uſu veniſſe, ut qui Apoſtolorū imitatores e xiſterent, paulatim vota face-

Benedictus monachus.

Sublacum oppidum.

Caſſinum.

Baſilii de votis monaſticis inſtitutum.

Paupertatis votum.

rent ſe nihil proprium habituros, quo æque rerum cõmunitas, ac Apoſtolicæ vitæ inſtitutum omni tempore vigeret: ſiquidem ipſi Apoſtoli ad docendum Evangelicum dogma quoquo verſum à Chriſto miſſi, in mãdatis, *quemadmodum divus Petrus apud divum Clemẽtem libro Recognitionum 2. teſtatur*, non habuerunt proprium aliquid dicere. Cæterum iſthæc tria vota jam inde à principio tanti eſſe cœperunt patrib. ut illi poſthac lege ſanxerint, etiã presbyteros, quos ſeculares dicunt, debere votum caſtitatis, id eſt, pudicitiæ ſervandæ perpetuò, ſaltem tacitè facere, ac per id haud licere cuiquam ejuſcemodi votis obligato, aſtrictoque deinceps matrimonium contrahere, & ſi quis contraheret, illud omnino minimè valere. Unde brevi poſt quæſtio incidit, an tale conjugium deberet ſtare nec ne? Et D. Auguſtinus, qui Baſilio æqualis fuit in primis permultis rationibus probavit connubia poſt votum contracta non debere dirimi, *Veluti in Decretis, 27. quæſtio 1. cap. nuptiarum, planè extat*. Item Benedictus dedit ſuis monachis novum veſtitus genus, conſtituit modum orãdi, & tenue victus alimentum, ac novam abſtinentiæ normam. Et ut appareret eum cœtum fuiſſe ex ſummo mortalium uſu, res mirandum in modum poſtea paulatim crevit, abiitque in plures familias, Cluniacenſes, Camalduenſes, Valliſumbrenſes, Montolivetenſes, Grandimontenſes, Ciſtertienſes, Sylveſtrenſes, qui Humiliatorum cognomen ferunt, Cœleſtinos, divæ Juſtinæ, & Eremitanos divi Hieronymi, poſtremo per Martinum quintum, in familiam divi Benedicti aſcitos. Quem ordinem à patrum norma jã collapſum, Lupus Hiſpalenſis ejus familiæ præpoſitus, novis inſtitutis inſtauravit, *de cujus exordio in capite inſequenti prodetur*. At ii quidem monachi, & ſi qui alii ſint, (quotidie enim ſunt qui ut ignaviæ ſuæ potius, quam religioni cõſulant, novas inducere ſectas conentur) ex uno velut fonte manaſſe dicuntur. Cæterum

Votum Caſtitatis ſacerdotum.

Quæſtio de connubio poſt votum contracto.

Benedicti regula.

Familia monachorum.

qui

qui tum primum inſtituti fuerunt, Benedictinos fuiſ- *Benedicti-*
ſe, tradunt, qui nigro hodie amiciuntur colore, tuni- *norum ha-*
ca laxiore, ac diſcincta, & ad pedes uſque demiſſa, a- *bitus.*
mictu capitis, quem cucullum vocant, in humeros &
ſcapulas brevius rejecto, quàm cæteris: ſubter can-
dida tunicula, & ea quidem lanea, cum cilicio, ocrea-
ti genutenus incedunt, tondentur novacula à vertice
infra dimidium calvæ: capillus infernè reciſus in par-
vi circuli ſpeciem, circa aures & tempora, totum am-
bit caput inſtar coronæ, undè ipſe vertex deraſus co- *Corona mo-*
rona nuncupatur. Item à carnibus perpetuò abſtinent, *nachi.*
niſi cum ægrotare cœperint. Undè monachi qui hodie *Monachi*
continenter carnibus veſcuntur, quorum numerus u- *ſarcophagi.*
biq; gentium extra Italiã, ingentiſſimus eſt perpetuò
ægrotent neceſſe eſt, niſi velint impudenter fateri, ſe
contra ſuas leges facere. Atque ita monaſtica inſtitu-
ta ut humana, haud diu inviolata ſtetere, hominum
moribus ſemper in deteriora inclinantibus, ac divitiis
pietatem, quæ ut mater illas à principio ordini pepe-
rerat, contaminantibus. Quo factum eſt, ut monaſti-
ſticum nomen ſæpius varieque inſtauratum in plures
abiverit familias. Iraque Cluniacenſium ordo ex Be- *Cluniacen-*
nedicti obſervatione, apud Maſticenſem, ſeu Maſtico- *ſium ordo.*
cenſem (utrunq; ſcriptum reperio) Burgundiæ pagũ,
ab Odone abbate quem dicunt inſtituitur, quibus lo-
cum dedit, & extruxit Gulielmus Pius Aquitaniç dux;
qui fuit annus ſalutis DCCCCXVI. Haud ita mul-
tò poſt Camalduenſium religio orta eſt, auctore e us *Camal-*
congregationis Romoaldo Ravennate; fuit is mona- *duenſes.*
chus Claſſenſis cœnobii: eſt locus iſte haud procul Ra-
venna, qui celebritatis fugiens in Hetruriam pervenit,
ibiq; in ſummo Appennini jugo, locum à quodam Ma-
dulo incola cõſecutus, unde nomen ordini inditũ, novę
familiæ fundamenta jecit candido ſumpto amictu Sũt
hodie in eminentiſſimo jugo montis duod viginti ſa-
cella, ubi ꝑpetuũ ſilentiũ, quartò & ſexto hebdomadæ

die planè & aquâ tranſigunt jejunia, nudis pedibus humi accubantes; verùm in aliis locis vita eorum remiſſior eſt. Item in ea Apennini parte, quæ Vallis umbroſa vulgo dicitur, circiter annum ſalutis M L X. Joannes Gualbertus novam monachorum familiam inſtituit, eamq; à loco appellavit Vallisumbrenſem. Is Florentiâ oriundus, ac claro loco natus, cum fratris percuſſorem fortè obviam habuerit, quia illi veniam petenti non negaſſet, imago crucifixi, quæ in proximo fano divi Miniatis erat, viſa ei eſt: poſt hæc inibi oranti inclinaſſe parum caput, perinde quaſi id pietatis facinus comprobaſſet. Ea imago hodie viſitur in eodẽ divi Miniatis templo, quod in colle prope Florentiam extat. Joannes eo motus miraculo, in ſolitudinem cõceſſit, auctorq; novæ religionis fuit, amictumq; ſibi induit cæruleum, quo nunc utuntur. Montolivetenſes eo anno, qui fuit M C C C V I I. ſalutis, eſſe cœperunt, quo trium pontificum peſtilens diſcordia orta eſt. Ii Senenſes primum fuere, quorum princeps Bernardus Ptolemæus, qui pro temporum conditione, capto mutandæ vitæ conſilio, in proximum urbi collẽ egreſſi ſunt, cumq; ex nomine illius Hieroſolymitani dominicis frequentati veſtigiis appellantes ſeſe candido induerunt amictu Gregorio XII. probante. Grandimontenſem ordinem Stephanus in Avernis, ampliſſima familia ortus in Aquitania primus inſtituit, cui mons in quo mox ſedes illius familiæ locata eſt, nomen dedit, multis vivendi mutatis, aut ex integro conditis legibus. Iiſdem ferè temporib. Robertus Moliſmenſis abbas, cum priſcã diſciplinam jam minimè retineri animadverteret, viginti & amplius comitatus monachis, Ciſterciũ locũ in Burgundia Cabilonẽſis diœceſeos, vaſtę ſolitudinis, ac horrendi aſpectus petiit, ibiq; immoratus celeberrimi ordinis auctor fuit, quẽ à loco Ciſtercienſem nuncupare voluit. Sunt qui hoc cuidã Ardingo monacho aſſignẽt, quod ille Robertum impuliſſet ad cõmigrandũ in eum locum

Vallisumbrenſium ordo.

Imago crucifixi miraculoſa.

Montolivetenſes.

Grandimontenſes.

Ciſtercienſes.

locũ, perinde quaſi qui hortatur, non qui facit, primas jure ferre debeat. Fuit is annus ſalutis MXCVIII. Claruit in hoc Bernardus Caſtilionenſis homo Burgũdus nobili loco ortus, qui Ciſtertienſi cœnobio prius inchoato, monaſticum induit habitum, tantum inde nomen eruditionis & ſanctitatis eſt adeptus, ut Claravallenſis ſit abbas factus, quem locum Robertus vir illuſtris non multo prius ſumptuosè extruxerat. Centeſimo deinde anno, Humiliatorum ordo in Germania oritur: exordium rei triſte, ſed læti ſucceſſus: multi enim mortales aut bello capti, aut quia fides eorum ſuſpecta eſſet, fuerant ex Ciſalpina Gallia, juſſu Friderici, cui Barbarubræ cognomen fuit, qui tum Italiam armis divexabat, in Germaniam cum liberis & uxoribus traducti. Sunt tamen qui ab Henrico id factũ tradant. Ii longiorem moram pertæſi, aliquando albis veſtibus induti, viri fœminæque humiliter Friderico ad pedes proſtrati jacuère, veniam implorantes. Iſtorum lachrymis veſtituque motus Imperator, poteſtatem fecit omnibus in patriam abeundi: qui poſtliminio reverſi, voto, ut veriſimile eſt, in eo ritu perſeveraſſe dicuntur, lanificio & precationibus dediti. Inde, ut fit, res à modico principio orta adeò crevit, ut eam piè inchoatam auctamque Innocentius tertius primum, deinde pleriquе alii Romani pontifices approbarint. Cæleſtinorũ religio octogeſimoquarto circiter anno poſt orta eſt: Cæleſtinus quintus Romanus pontifex fuit auctor, prius quàm ad pontificatũ vocaretur, anachoreta: idcirco voluit ad eremi decus, ex ſe hanc familiã parere, quæ brevi uſque eò crevit, ut non potuerit auctorem incœpti ut vani pœnitere. Item in Anglia D. Gilbertus ſuam inſtituit religionem, ſicuti in Germania Mellicenſes, Caſtellenſes, & Burfeldenſes, alii ab aliis diverſò tempore inſtituti fuerunt. Sic quotidie à novis hominibus novæ inducuntur religiones, inter ſe tam verſicolori veſtitu, quàm ratione vitæ minimè

Humiliatorũ ordo unde exortus.

Cæleſtini monachi.

Religioſorũ varietas in veſtitu.

convenientes, perinde quaſi vitia animi, cujus ductu ad bona ſeu mala nos applicemus neceſſe eſt, tantummodo extrinſecùs per ejuſmodi ſtudiũ poſſint penitus evelli. Quid, quod penè totidem monacharũ familiæ inſtitutæ ſunt? Sed, ut tam juſtum iter conficiamus, haud prætereundũ ducimus congregationẽ divæ Juſtinæ, quæ poſtremò ad priſtinã divi Benedicti dogmatis diſciplinam inſtaurata, hodie ut religionis caput ſuper eminet omnes. Ejus rei auctor fuit Ludovicus Barbus Venetus vir religioſiſſimus, Patavii in cœnobio ipſius divæ Juſtinæ, undè nominata eſt: hanc Eugenius quartus plurimum auxit. Atq; monachi primi omnium introduxerunt in Eccleſiam Dei vota ſacra, & veſtimenta profana ſimul religioſa fecerunt. Nam illi monachi ſuperiores, *ut proximo capite oſtendi*, pro ſuo arbitratu veſtiebantur. Nec Judæis indumentum aliquod interdictum erat, præter id, quod eſſet è lana & lino cõtextum, *ſicut Deut. cap. 22. patet*. Item modũ orandi quã longiſſimũ, jejunia frequentiora & piſcium eſcam aſſiduam, ad extenuandum corporis robur, quo ſui debiliores militiam Chriſti exercerent. Sed & de reliquis initiatorum ordinibus, eorumq; initiis jam dicamus.

Divæ Juſtinæ congregatio.

Monachorũ inventa.

Veſtimenta Judæis interdicta.

CAPUT III.

De origine Hieronymianorum, Canonicorum regularium, Auguſtinianorum, Carthuſianorum, Carmelitanorum, Præmonſtratenſium, & Crucigerorum, atq; eorundem habitu, victu & cultu.

Divi Hieronymi vita & eruditio.

Hieronymus Euſebii filius, ortus Stridone (quod oppidum olim ad Pannoniam & Dalmatiam pertinebat, ſed Gotthi direptum everterunt) Romæ græcis latiniſque literis egregiè inſtitutus, ſanctioris vitæ colendæ causâ in Judæam ſe contulit, ubi & Hebraicam linguam didicit, ita triplici linguâ eruditus, de rebus

de rebus divinis ſcribendi onus ſuſcepit, in quo omnes nervos ætatis, induſtriæ, doctrinæq; ſuæ contendit, cujus ſcripta ut ſancta, brevi poſt tempore patres receperũt, receptaq; approbarunt: etſi ſcio eſſe quoſdam qui id factum Damaſo pontifici falsò aſſignent, quippe qui perdiu ante Hieronymo exceſſerat è vita: Poſtremò locũ circa Bethlehem ſibi conſtruxit, ubi reliquũ vitæ Apoſtolico ritu egit. Hinc factũ eſt, ut permulti deinde Hieronymi ipſi⁹ inſtituti imitatores extiterint, ortaq; ſit nova quædã familia, quæ à Hieronymi nomine, quẽ ſui inſtituti, quãvis longè diverſi ab eo quo ille vixerat, utcunq; auctorẽ faciunt, Hieronymiani ſunt appellati: qui nativo amiciunť colore, pallioq; ſuper tunicã rugato: atq; ſuperiore parte à ſumo ad imũ ſciſſo, ſcortea zona tunicã ſuccingũt, ſoleis ligneis pedes muniunt. Sunt & Hieronymiani, Eremitani, *de quib⁹ proximo capite meminimus*, quorũ ordinis quidã Carolus cognomento Granellus homo Florentinus, auctor fuiſſe dicitur, qui Eremitanũ ſua ſponte induiſſet veſtitũ, ſedemq; ſibi optaſſet in Feſulanis montib⁹. Alii tradũt nõ Carolũ, ſed Redonẽ quendã Montigranelli comitẽ primũ eos Eremitas ſub ritu D. Auguſtini, ad Feſulas, Gregorio XII. probãte, inſtituiſſe. Imò ſunt qui commentenť hanc primũ familiam à Hieronymo in eremo inſtitutam, & eam auctam ab Euſebio Cremonenſi, ac pleriſq; aliis præcipuæ ſanctitatis viris, qui cum eo vixerant, & ſic accidiſſe, ut poſteà melioris vitæ exemplo, plures unam æmulati rem, modicis, ut fit, principiis ortam ſepius inſtaurarint, atq; eo pacto alios ex uno ordine Benedictinos, alios Auguſtin. eſſe ſecutos, alios in ſuo permãſiſſe inſtituto. Itẽ parũ liquidò traditur, an Aurelius Auguſt. eas familias inſtituerit, quarũ hodie vulgò auctor ferť. Itaq; duplex opinio ad poſteros manavit de initio Canonicorũ, quos vulgus Regulares vocat, & eorũ qui ab eremo nomẽ ferũt. Canonici pertinaciter affirmãt Auguſtinũ ut primũ Hipponẽſis eſt Epi-

Hieronymiani.

Eremitani Hieronymiani.

Canonici Regulares.

eſt Epiſcopus factus, redegiſſe ſuos ſtatim canonicos ad eam vivendi regulam quam inter ſe in præſentia ſervant. Quin etiam jactitant illud apoſtolorum fuiſſe inſtitutum, id quod Thomas Aquinas *in ſuo Opere ſecunda ſecundæ* cõprobat: quia illi, ut ait, poſt aſcenſum Chriſti in cœlum, in monte Sion, de genere vitæ deliberantes, communia inter ſe omnia, ac tria vota coram Deo ſtatuêre. Ita ſi Thomæ teſtimonium amplectimur, non tam ab Auguſtino eſt ordo inſtitutus, quam renovatus, cui tamẽ ob illud ipſum, non immerito debet principium rei acceptum referri. Sic origo in dubiũ trahitur. At Auguſtiniani Eremitanis ſe priores inſtitutos aſſeverant ab ipſo D. Auguſtino, cum ille eatenus fuerit in eremo, ut quidam ſcribunt, quoad Manichæis in terra Africa ſævientibus, Hipponenſi diœceſi eſt præfectus. Per hunc modum de utriuſque ordinis origine ambigitur. Verùm aliam ferunt hujuſce collegii originem: multi enim, ut ajunt, mortales Auguſtini adhuc vivi ſanctitatem ſingularemque doctrinam ſecuti omnibus neglectis quæ poſſederant, in eremum conceſſere: undè eſt Eremitanorum nomen deductum. Cæterum ſive ab eo, *quod eſt ſupra ſignificatum*, ut qui in deſertis locis cum illo eſſent, ſint in unũ congregati & inſtituti, ſive ipſius vitam & dogma ſecuti, paſſim deſerta loca coluerint, hæc de utriuſque familiæ initiis habui dicere. Atq; iſta Auguſtiniana familia prima eſt monachis mendicantibus: ſunt enim quatuor primariæ, *ut infra appoſitè demonſtrabimus*: & vulgo mendicantes vocitantur, quod religionis causâ, vel atque adeo ut in otio vivant, mendicitatem perpetiantur, qui ſolum precarium quæſtũ faciunt, undè ſe ſuſtentent. Verùm haud ſcio; qua ratione iſti monachi debeant in mendicãdo ſemper hærere, quando ſatis conſtat Chriſtum non mendicaſſe, & Apoſtolos non exſpectaſſe ab aliis victum otioſos, ſcribente Paulo *ad Corinthios*; Et laboramus operantes pro-

Auguſtiniani.

Monachi mendicantes an Chriſti imitatores.

tes propriis manib. ac primos monachos in Ægypto, *teſte Chryſoſtomo*, exercuiſſe ſe manib⁹ laborando. Item divus Franciſcus, cujus ſecta longè frequentiſſima eſt, voluit ſuos monachos victum quærere manuum laboribus, ac non prius ad mendicandum aggredi, quàm laboris pretium eſſet negatum. Extat in ejus teſtamẽto illud præſcriptum. Igitur hinc videre licet, omnes æquè debere Apoſtoli inſtitutũ ſequi. Ad rem redeo. Sed ne quidem mirum, ſi res in dubio verſetur, vel duæ treſve familiæ ad unum referantur auctorem, cum benè multæ aliæ præterea ſint congregationes, quæ Hieronymi, Auguſtini, Benedicti, ac quorumlibet divorũ regulas ab illis, ſicuti perhibent, editas profiteantur, quas tamen tantum abfuerat, ut ipſi inſtituiſſent, ut etiamne tale quid unquam fortè cogitaſſent futurum. *Ordines ficti.* Canonicis tunica candida cum lintea toga, ſub nigro pallio eſt: tegumentum à ſcapulis impoſitũ cervicem totumq; contegit caput, præterquam à fronte Eremitanorum veſtitus diverſus eſt, nigra tunica amiciuntur, concolor tegmen à ſcapulis ad caput inducunt, ſubter candida tunicula; ſcorteâ cinguntur Zonâ, cui connectitur fibula confecta ex bubulo cornu, calceati, ut communis eſt uſus. *Canonicorũ veſtitus.* *Eremitanorũ habitus.* Ac penes utroſq; nunc præcipua eſt varietas nominis, quod ut ſæpius eſt inſtauratum, ita in plures diviſum eſt familias: nam congregatio alia Canonicorum Servatoris, quæ & Scopettina nuncupatur. cujus auctores fuere Stephanus & Jacobus viri Senenſes ſanctitate illuſtres, quam Gregorius undecimus ſuo probavit cõſenſu. *Scopettina congregatio* Alia Friſonaria, à l..co in Lucenſi agro Hetturiæ regione, quam & Lateranenſem appellant: hanc Eugenius quartus plurimum adauxit. *Friſonarii.* Tertia divi Georgii in Alga, Venetiis à Laurentio Juſtiniano inſtituta: cæruleo utuntur habitu. *Divi Georgii ordo.* Et deniq; ſi quæ aliæ ſint, jam eas miſſas faciamus, brevitati conſulentes, quoniam ſæpè more fungorum ſubitò oriri ſolent. Ad Carthuſianos veniamus, quorũ *Carthuſianorũ origo.*

exordium

exordium incidit in annum ſalutis M L X X X. Quidam enim ſingulari doctrina, nomine Bruno, homo Colonienſis, cum Lutetiæ Pariſiorū philoſophiam profiteretur, contigit, ut amicum quendam bonis moribus præditum, & vita jam privatū, priuſquam ad ſepulturam daretur, audire viſus ſit clamantem, Juſto Dei judicio damnatus ſum, & eâ re motus è veſtigio cum ſex ſociis pari miraculi eventu territis, eremi deſerta quæritans, pervenerit in diœceſim Gratianopolitanam, (eſt, Celticæ urbs) ibiq; locum optaverit, cui hodie Carthuſia nomen eſt, quem ei aſſignandum curavit Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus, qui ſtatim poſt ſe ad eam familiam adjunxit Eo igitur loci Bruno ad res divinas intentus, primum cœnobium fundavit, cum

Carthuſianorum habitus & vita.

his rigidæ vitæ inſtitutis: intima enim veſte utuntur cilicina, ſumma pallio nigro, ſubter candida toga, operculoq; capitis cucullo, carnibus nunquam veſcunt, ſexto hebdomadæ die pane & aqua jejunium ad edomādam vitioſam corporis naturam inſtitutum obſervant, in cubiculis quæ veluti ſacella habent ſoli edunt, certis tamen feſtis diebus unà duntaxat prandent. Silentium eis penè perpetuū, nulli fas eſt cœnobio exire præter præfectum, & procuratorem, & illis tantùm ad negotia loci curanda quippe opes habēt, per quas ſemper ſacerdotibus minus omninò licet ſe totos, prout deberent, reb⁹ ſacris curandis dare. Mulieribus ad eorum etiam templa aditus interdict⁹ quo ne aliquid videant, per quod ad libidinem rapiant. Bella ſanè proviſio ſi affectiones animi poſſint clauſtris compeſci, & caro ſolitudine & otio domari, id quod divus Hieronymus valde laborando, ut ipſe teſtat, efficere vix po-

Carmelitanorū ortus.

tuit. Carmelitanorū hunc referunt ortum. Eſt in Syria mons Carmelus, olim cum aliorū prophetarum, tum Heliæ in primis memoria nobilis, quod in eo ille habitaſſet: id, credo, anachoretarū nō pauci numero ſecuti, locum tenuère, qui demum Almerici Antiocheni Epiſcopi

ſcopi

ſtopi opera in unum coiêre, cum ante ſparſim monte habitarent, ac tum primum præpoſitum ex ſe conſtituerunt. Fuit in eo monte ſecundū fontem, qui Helias dictus eſt, Deiparæ fanū, ubi illi prima cœnobii fundamenta jecerunt, undè fortaſſe ſunt Carmelitanæ divæ Virginis monachi nuncupati: Incidit prima hæc vitæ obſervatio in Alexandri tertii pontificatū, qui ſedere cœpit circiter annum ſalutis MCLXX. Verum quia neque vitæ inſtituto, neque cultu, neque certis cæremoniis nitebatur ille novus cœtus, abortus quidam, non res legitimè ab initio inſtituta viſa eſt. Veram itaque originē fuiſſe tradunt quidam, quæ anno poſt circiter quadrageſimo cōſecuta eſt, ſedente Innocentio tertio. Albertus enim Hieroſolymitanus antiſtes iis in eremo agentibus certam obſervationis dedit formam, ex Baſilii dogmate quædam mutuatus. Attributum eſt pallium verſicolor ex albo & canūſino, id eſt, rutilo, circulatū, quali dicitur Helias propheta olim uſus: poſtea Honorius tertius pallii hujuſmodi formā ademit, velut religioni parum convenientem: pro verſicolore, album eſt illis datum appellavitq; Virginis familiam, ut nomen virginitatis cum pallio albo, qui color minimè maculatus eſt, rectè conveniret. Et hæc altera mendicantium ſecta. Iiſdem ferè temporibus Præmonſtratēſes è cœlo, ut prædicant, demōſtrati ſunt terris in Laudunenſi diœceſi, eo loci, quem Præmonſtratū vocant. Auctor ordinis fertur fuiſſe quidā Northbertus presbyter homo Lotharingus, qui hoc arctiſſimū vitæ genus ex Auguſtini ritu quæritans à Calixto ſecundo impetravit probatū iri. Amiciuntur tunica alba cū linea toga ſub cādido pallio, quo potiſſimū à Canonicis differunt. Crucigerorū origo multo antiquior eſt, ſi verā ſunt, quę ipſi cruciferi de primordio ſui ordinis prædicānt: ajunt e.n Cletum Petri Apoſtoli diſcipulū, & ab eo inde tertio loco pontificē, cœleſti nuntio crucē habente monitum, ut hoſpitalem domum fundaret iis, qui Ro-

Veſtitus Carmelitarum.

Virginis familia.

Pramōſtratenſes undè orti.

Habitus Pramonſtratenſiū.

Crucigerorum origo.

qui Romam peregrè venirent religionis causâ, eſſentque ibi præſto, qui itinerib' feſſos comiter acciperent, pièq; reficerent & ii geſtarent perpetuò crucem monimentum dominicæ paſſionis, ac ita illum demum paruiſſe oraculo. Sed illud pro certo habendum dixerim, rectè initium hujus rei aſſignari Cyriaco Hieroſolymitano antiſtiti: is enim fuit, qui Helenæ Cõſtantini matri locum oſtendit, ubi dominica crux occultaretur, qui ob memoriam rei, dicitur primus conſtituiſſe collegium eorum, qui crucem omnibus venerandam manu geſtarent. Hunc pium patrem Julianus Imperator occidit. Rem iis principiis ortam, & brevi pòſt tempore propè ad interitum deductam, tertius Innocentius inſtauravit, quòd Romæ hæreſim Albinẽſem ſubitò exortam, undè magnus in urbe metus extitit, ope cruce ſignatorum, qui tum in Syriam ituri erant, extinxiſſet. Fuit hic annus ſalutis humanæ MCCXV. Poſtremò Pii ſecundi pontificatu, in Mantuano conventu, datum eſt, ut cæruleo uterentur amictu, cum olim indiſcreto uſi ſint colore, ac crucem ex veteri inſtituto geſtarent, undè inditum familiæ nomen. Eſt hodie alterum quoque hujuſce familiæ collegium longè remiſſioris vitæ, & ii pallio amiciuntur nigro geruntque in pectore, non manu, crucem ex albo rubroque colore confectam, ac divi Auguſtini regulam profitentur.

Cyriacus antiſtes.

Albinenſiũ hæreſis.

Crucigerorum veſtes.

CAPUT IV.

De Prædicatorum, Franciſcanorum, Trinitatis, Servorum Mariæ virginis, Brigidentium, Jeſuatorum, Novorum Eremitanorum, & Bonorum hominum origine.

SAnè ut tertio Innocentio ſedente, innocentiæ aliquid in hominibus diluceret, duo longè poſt hominum memoriam extitère ſanctiſſimi patres, Dominicus

minicus Calaguritanus homo Hiſpanus, & Franciſcus Aſiſias in Umbria Italiæ regione ortus, qui cujuſdam novi ordiendæ vitæ inſtituti auctores ambo certatim fuerunt, ut æquales. Dominicus ab initio canonicus fuit, ac cum paucis, quos ſocios ſibi delegerat, novam inſtituit obſervationem, novumq; veſtimentum dedit tunicam candidam, nigro pallio ſuperjecto, & ab humeris ad caput ſcapulari tegmine. Et ne pietatem colendo domi otiarentur, docuit eos in primis ſua prædicatione, undè nomen novæ familiæ indiderat, longè lateque omnibus terris divulgare Evangelium, quod ipſe Chriſtum imitatus facere prius voluit: quippe qui id temporis hæreſin Toloſæ peſtiferam Albigenſium jamdudũ gliſcentem ſuâ operâ compeſcuit. Vidit Innocentius novum inſtitutum, & miratus eſt: quod Honorius qui illi ſucceſſerat, recepit atq; approbavit. Et iſta tertia eſt mendicantium familia. Propter hæc pietatis opera, Dominicus deindè poſt actam ſanctiſſimè vitam, in divorum ordinem à Gregorio I X. adſcriptus eſt. Franciſcus verò humanitatis plenus à principio Aurelii Auguſtini, ut quidam ſcribunt regulam profeſſus, calceatus Zonâq; ſcorteâ cinctus aliquãdiu cõſpectus eſt: inde reputans animo Dominũ juſſiſſe ſanctiſſimis Apoſtolis, ne binas tunicas, neve ſacculũ haberent; tunicam induit unicam nativi velleris, funiculoq; præcinxit, pedes ſimul nudavit, ac ut demũ anachoretam ſe præberet, in Apennini jugum advolavit, quem locum hodie vulgo Avernam dicunt, ubi ille divinis rebus deditus, dominicæ paſſionis ſtigmatibus imuſtus eſt, qui eos quos ſui inſtituti ab initio ſocios optavit, manifeſto humilitatis argumento Minores appellavit, quo ejus exigui nominis memores, facilius ab omni ſuperbiæ vitio abhorrerent quæ ſæpenumero ſanctitatis eſt comes. Honorius inſtitutum comprobavit, ac biennio pôſt Gregorius Franciſcum inter ſanctos retulit, qui fuit annus ſalutis M C C X X I X.

Dominici conatus in ordine inſtituendo.

Dominicus divus fact⁹.

Franciſci religio & veſtitus.

Minores fratres.

Franciſcus ſanctis annumeratur

Nullum unquam humanæ pietatis inſtitutum magis brevi tempore crevit: totū n. terrarū orbem una hæc implevit familia, ſic, ut vulgus jam tū ſtupefactū ſuſpicaretur non tam pietatē, quàm otium & ignaviam interdū multis cordi eſſe. Atq; is quartus mendicantiū cœtus. Fuit per id tempus, Clara virgo etiam Aſiſias, quæ monacharū alterū novū religionis inſtitutū, quod Pauperūdixit, à Franciſco continentiæ doctore accepit, acceptūq; non ſolùm perſanctè coluit, verumetiā auctū poſteris reliquit. Conſtat hic ordo ut plurimum ex muliebri ſexu. Secutus eſt ab eo, velut rivulus ex eodē fonte manans tertius ordo eorū, q Pœnitētes dicunt. In hoc quoq; innumeri mortales ſunt. Poſt hæc Prædicatores & Franciſcani, ut ne beatiſſimi omnibus rebus eſſent, inter ſe divortiū fecerunt: nam alii cum aliis de ſanctitate certantes, alterius vitæ quiddam ordiri cœperunt, qui ſe velut inſtituti obſervantiores, de obſervantia vulgò appellarunt. At Franciſcana familia hujuſce obſervationis multò frequentior eſt, utpote inter omnes ferè gentes jampridam propagata. Hanc memoria noſtra, Edovardus quartus Rex in Angliam primus induxit, quæ tanto brevi tempore ſanctitatis nominę claruit, ut paulò poſt ab Henrico VII. fuerit magnoperè adaucta, ac hodie habeat ſex cœnobia longè celeberrima. Verum ut Innocentii ætas religionis feracior eſſet: eſt & monachorum Trinitatis, ut vocant, ordo id temporis exortus: quidam enim Joannes Matta, & Felix anachoreta, cum in Galliis circa Meldenſem agrum vitam ſolitariam agerēt, per quietem admoniti pontificem adiverunt, ab eoq; petiere certum vivendi modum. Ille haud multo poſt etiam oraculo, ut ajunt, monitus, anachoretas candido induit veſtitu, cruce rubra pariter atq; cæruleâ inſigni, illiſq; negotium mandavit, ut noſtros ab hoſtibus captos pretio redimendos curarēt, ac idcirco monachos de redemptione captivorū appellavit. Conſueverūt ii poſtea

Clara monacha ejuſque ordo.

Pœnitentiū ordo.

Contentio Prædicatorum cum Franciſcanis.

Trinitatis monachorū ordo.

Monachi de redemptione.

poſtea pii certè viri eleemoſynas quæritare, quibus captivos redimerent: ſed & hoc pietatis officium fere nuſquam hodie præſtatur, & id credo, ut vetus renovaretur inſtitutum: nam, *teſte Tertull. de Fuga in perſecutione*, Chriſtiani olim non redimebantur pecuniâ. Iiſdem quoque temporibus Martini IV. pontificatu, Philippus Tuſcus genere, Florentiæ ortus: ac medicæ artis profeſſor, novæ fuit vitæ auctor, inſtitutorq; familiæ, quam vocant Mariæ virginis: qui primo initiati, Servi nuncupari cœperunt, manetq; hodie nomen. Philippus anachoreticam vitam ſecutus, oraculo monitus, novum religioni adjecit veſtitum, nigræ tunicæ ac ſuccinctæ nigrum ſuperinjiciunt pallium, circa humeros in rugas complicatũ; ſcapulari amictu ab humeris rejecto, comuni more calceati, nec res magno admodum eſt favore à principio recepta: ſed cum novum inſtitutum ſuâ ſponte in dies ſingulos initiatorũ numero augeretur, Benedictus XI. ſeptemq; deinde pôtifices, qui ſecuti ſunt, approbaverunt, multiq. privilegiis excoluêre. Incidit primũ rei hujus exordium in eum ſalutis annum qui MCCLXXXV. fuit. Ordo itẽ à Brigida vidua inſtituitur; hæc Sueciæ princeps, mulier ſingulari ſanctitate, eo anno, ut quidã volunt, quo Urbanus V. exivit de vita, Romam voti causa venit, ubi quotidie loca ſacra adibat, obtinuitq; à pôtifice ritũ ab ſe inſtitutum probari, ut cœnobium utriq; initiatorum ſexui comune foret, murorum tamen ac aſpectus ſeparatione diviſum, ut virgines ſuperiora habitarent, monachi verò inferiora: templum itidem pari modo comune: omnib⁹ autẽ Abbatiſſa, quàm vocant, præeſſet. Sunt qui tradunt Baſiliũ primũ hunc ordinẽ in Græcia inſtituiſſe, ſed poſtea ne virginitas muliebris obtrectationib⁹ pateret, patres juſſiſſe, ut viri ſeorſum habitarent, ac propterea Brigidam inſtauraſſe ejuſmodi religionẽ, initâ ratione, qua ſine criminis ſuſpicione, & templum & domus eſſent utriſq; communia,

Mariæ virginis ſervi, eorumque veſtitum.

Brigitta ſancta, & ordo quem inſtituit.

Cui opinioni, ut veriori, aſſentiendum eſſe dixerim. Quinto ejuſdē Urbani anno, qui fuit ſalutis humanæ MCCCLXVIII. Jeſuatorū ſecta Senis orta eſt: colligebantur ab initio domeſticatim, ſimplici indumento amicti, multa innocentia & pietate viri, ſibi victū labore & operâ quæritantes. Hos Urbanus, quia jam ſuſpecti, ut maleficâ aliquâ ſuperſtitione imbuti, haberi incipiebant, ad ſe Romam vocatos de cæremoniis & vitæ inſtituto interrogavit, cognovitq; totam rem & probavit, deditq; ut albâ tunicâ uterentur, & capitio quadrato à cervice ad humeros dejecto. Cinguntur ſcortea zona, nudos pedes ligneis ſoleis in inferiore parte muniunt: datū inde eſt, ut canuſinum pallium tunicæ ſuperjectū ferrent. Apoſtolici à principio viri nuncupati ſunt, ſacris nō initiantur, tantum precibus vacant, & Jeſuati, ab eo dicti ſunt, quod Jeſu nomen frequens ſit in illorū ore. Fuit rei auctor Joannes Columbinus, homo Senenſis. Orta eſt in terra Italia eodem tempore Urbini (eſt umbriæ antiquiſſima urbs ac percelebris) nova Eremitanorū cōgregatio, nihil ferè amictu differens à D. Hieronymi familia, *de qua ſupra memoravimus*, illis enim ex ſcapulari amictu, tenuis tantum pēdet lacinia in humeros rejecta: at calceamentum, ut uſus fert, commune, & cætera, quæ reliquis Hieronymianis. Petrus quidam homo Hetruſcus ac Piſis natus, novi hujuſce inſtituti auctor fuit, qui civium opibus adjutus, cœnobium inibi è regione ædium noſtrarum extruxit, quod hodie tā Eremitanorū numero, atq; vitæ ſanctimonia, quā populi in eos pietate, princeps omnium aliorū habetur, quæ viginti numero eſſe perhibentur in Italia duntaxat, quippe inſtitutū ut recens, aliò terrarū nondū pervaſit. Sed jam cū Bonitate hominū, de ejuſmodi initiatorū turba finem faciam⁹. Hos Anglia genuit: ſiquidē Ricard' Cornubiæ comes, qui fuit Henrici tertii regis frater, cum circiter annū ſalutis MCCLVII. ab Electoribus Imperii cooptat⁹

Jeſuatorum ſecta, eorūque habit⁹.

Jeſuati undè dicti.

Eremitanorum novus ordo.

Bonorū hominū ordo.

Romano-

Romanorum Rex, *uti in noſtra Anglica hiſtoria fuſius exponitur,* in Germania moraretur; ejus interim filius nomine Edmundus in patriam rediens: non nihil ſanguinis Servatoris illinc ſecũ tulit, conditoq; cœnobio, parum ſupra Berchanſtediũ pagum, qui ab Urbe Londinio diſtat millia paſſuum quinq; & viginti, eo loci id noſtræ ſalutis monimenti collocavit, introduxitq; novæ religionis viros, quos Bonos appellavit homines. Ii divi Auguſtini ordinem profitentur, veſtitumque cæruleum induunt, forma penè ſimilem, atque Eremitani utuntur: qui verò præeſt, Rector nuncupatur. Loco nomen eſt Aſsheruggium, hodie longè celeberrimo.

CAPUT V.

De origine Sacrorum Militum, ac de initio atq; exitu ſectæ Albatorum.

DUM Hieroſolymorum urbs, antequam à noſtris poſtremò circiter annnum ſalutis M X C I X. recepta fuiſſet, à Saracenis obtinebatur, Chriſtiani Latini nominis qui ibidem degebant, ab illis impetraverũt, ut ſibi liceret domicilia prope Servatoris ſepulchrum habere, ubi cœnobium divæ genetrici conſtruxere, quod Latinorum appellabatur: & abbas præerat, cujus erat in primis officium, hoſpites accipere Latinos. Eodem exemplo, brevi pòſt tempore alterũ virginum cœnobium divæ Mariæ Magdalenæ juxta dedicatum, quod item fœminas acciperet. Confluentem deinde peregrinorum catervam cùm locorũ non caperet anguſtia, hoſpitalem domum propè etiam poſuerunt, quam Joanni Baptiſtæ conſecrarunt, admoniti Zachariæ patris memoria, quod eo loci ſæpè ad meditandum conveniret. Sunt tamen qui ſcribant Joanni Eleemoſynario illam dicatam fuiſſe, qui Phoca imperante, Patriarcha fuit Alexandrinus, ita cognominatus, ob frequentes, quas pauperibus faciebat, eleemoſynas, id eſt, largitiones. Hinc etiam domui

Chriſtiani Hieroſolymis.

Latinorum cœnobium.

unus præficiebatur: quare longo poſt tempore quidã præpoſitus loci, nomine Gerardus, cum ſociis crucem in nigro pallio candidam affixit, & eum aſſumpſit ritũ, quo nunc degunt. Pari exemplo Agnes, quæ virginũ cœnobio præerat, profeſſa eſt. Res poſtea per Pontifices Romanos & Patriarchas probata, adeò brevi crevit, ut opes dein maximas principum liberalitate ſint aſſecuti, quorũ mox Raymundus primus creatus magiſter militiæ, qui in univerſum ordinẽ obtineret imperium. Cenſentur, D. Auguſtini ordinis: dominicam precem certo numero repetitam pro canonicis recitãt horis. Iſti cum militiam Deo Opt. Max. & Joanni ſacrã inſigniter exercerent, deniũ Rhodum inſulam de Turcis ceperunt, quam Clemens quintus illis aſſignavit. Fuit is annus humanæ ſalutis M C C C V I I I. Sunt qui tradunt eam inſulam à Gotthofredo rege urbis Hieroſolymorum primò conceſſam, & illos ſemper eam ad noſtram uſque ætatem fortiter defenſitaſſe: ſed prior ſentẽtia, ut verior, pluribus probatur. Poſt receptã ex hoſtibus inſulam, illuc ſe receperunt, dictiq; inde ſunt Rhodiæ militiæ milites, ubi cum Turcis perpetuum bellum gerunt: atq; ex proximo hoſtiliter infeſti ſunt: ſæpè & ipſi bello petiti, oppugnatique acriter, noſtrâ præcipue memoriâ, cum poſtremò humanæ ſalutis anno M D X X I I I. menſe Januario ſuperati inſulæ imperiũ amiſerunt. O rem perditam! o deſperatas opes! Tulerunt Rhodienſes milites obſidionẽ amplius treis mẽſes, & tamẽ Chriſtiani principes nullas illis copias auxilio miſerunt, partim civili bello, partim aliis curis occupati. Atque ita arx unica Orientis amiſſa eſt.

Sacrorum Militũ incrementũ.

Rhodus Inſula a ſacris militibus occupata.

Rhodienſes milites.

Obſidio Rhodienſis.

Templarii milites circiter annum ſalutis M C X X V I I I. pontifice Gelaſio ſecundo, ut quidam ſcribunt, Hieroſolymis eſſe cœperunt, ubi circa Chriſti ſepulchrum agitantes, Chriſtianos viros illuc peregrè profectos hoſpitio accipiebant, acceptos armis accincti per templa & ſacra loca comitabantur, ut omnem terram ſanctam

Templarii milites eorumq; origo

tutè

tutò viſerent. Fuerunt hujus charitatis officii auctores viri ſingulari pietate novem numero, quorū principes Hugonem Paganum, & Gaufredum ex ſancto Alexandro fuiſſe ferunt. Ii, quia in parte ædium templi habitabant, Templariorum nomen inde tulêre, utebantur candido pallio cum rubenti cruce, propagataq; eſt religio in ducentos annos. Certā iis formā obſervationis Bernardus abbas cōſtituit. Habuit res levis ab initio non parva incrementa, ita ut facultates maximas, & oppida quamplurima ubiq; gentium poſſiderent: Verùm convicti demū impietatis, quod qui Hieroſolymis agebant, ad Saracenos defeciſſent, eſſentq; in fœda vitia prolapſi, omnes ad unum Clementis v. pontificatu deleti ſunt, eorumq; bona partim Rhodiis militibus, partim novis familiis attributa ſunt. Theutonicorū paulò poſt ſubſecuta religio ex utraq; priorū miſta, quippe qui hoſpitio accipiebant, & cum res poſtularet, pro religione armis decertabāt. Initium fecit homo Theutonicus, qui poſt Hieroſolyma recepta, unà cum plurimis ſuæ gentis eò loci remanſerat. Is uxorem & facultates habebat, motus ſuorum, qui ſepulchrum quotidie adibant, miſericordiâ qui neq; linguā noſſent, neq; diverſorium invenirent, domū ſuam hoſpitalem illis cōmunem fecit, ac ibidem divæ virginis ſacellum adjūxit, cui paulatim turba ingens Chriſtianorum ſeſe tam pro ægrotis curandis, quam pro tuenda religione dicavit, undè divæ Mariæ virginis milites ſunt appellati. Tum ex ſe magiſtro qui præeſſet optato, albo amiciuntur pallio, nigra cruce, ſubter & nigra tunica: ſtatuuntq; ut nemo niſi Theutonicus, hujuſce militiæ ſacris initietur, atq; idē claris ortus parentibus & cui proponatur, ut adverſus ſacratiſſimæ crucis hoſtes, paratus ſit omni tempore ſeſe in diſcrimen offerre, ac fortiter dimicare, item barbam unuſquiſque nutriat, præter eos qui ſacrificent: & demum dominicam precem pro canonicis horis tantum uſurpet: ac Theu-

Templariorum nomen & veſtitus.

Templarii deleti.

Theutonici milites ſacri.

Milites Mariæ.

Theutonicorum veſtitus & regula.

unus præficiebatur: quare longo poſt tempore quidã præpoſitus loci, nomine Gerardus, cum ſociis crucem in nigro pallio candidam aſſixit, & eum aſſumpſit ritũ, quo nunc degunt. Pari exemplo Agnes, quæ virginũ cœnobio præerat, profeſſa eſt. Res poſtea per Pontifices Romanos & Patriarchas probata, adeò brevi crevit, ut opes dein maximas principum liberalitate ſint aſſecuti, quorũ mox Raymundus primus creatus magiſter militiæ, qui in univerſum ordinẽ obtineret imperium. Cenſentur, D. Auguſtini ordinis: dominicam precem certo numero repetitam pro canonicis recitãt horis. Iſti cum militiam DeoOpt. Max. & Joanni ſacrã inſigniter exercerent, demũ Rhodum inſulam de Turcis ceperunt, quam Clemens quintus illis aſſignavit. Fuit is annus humanæ ſalutis M C C C V I I I. Sunt qui tradunt eam inſulam à Gothofredo rege urbis Hieroſolymorum primò concеſſam, & illos ſemper eam ad noſtram uſque ætatem fortiter defenſitaſſe: ſed prior ſentẽtia, ut verior, pluribus probatur. Poſt receptã ex hoſtibus inſulam, illuc ſe receperunt, dictiq; inde ſunt Rhodiæ militiæ milites, ubi cum Turcis perpetuum bellum gerunt: atq; ex proximo hoſtiliter infeſti ſunt: ſæpè & ipſi bello petiti, oppugnatique acriter, noſtrã præcipue memoriã, cum poſtremò humana ſalutis anno M D X X I I I. menſe Januario ſuperati inſulæ imperiũ amiſerunt. O rem perditam! o deſperatas opes! Tulerunt Rhodienſes milites obſidionẽ amplius treis mẽſes, & tamẽ Chriſtiani principes nullas illis copias auxilio miſerunt, partim civili bello, partim aliis curis occupati. Atque ita arx unica Orientis amiſſa eſt. Templarii milites circiter annum ſalutis M C X X V I I I. pontifice Gelaſio ſecundo, ut quidam ſcribunt, Hieroſolymis eſſe cœperunt, ubi circa Chriſti ſepulchrum agitantes, Chriſtianos viros illuc peregrè profectos hoſpitio accipiebant, acceptos armis accincti p templa & ſacra loca comitabantur, ut omnem terram ſanctam

Sacrorum Militiæ incrementũ.

Rhodus Inſula a ſacris militibus occupata.

Rhodienſes milites.

Obſidio Rhodienſis.

Templarii milites eorumq; origo

tutè

tutò viſerent. Fuerunt hujus charitatis officii auctores viri ſingulari pietate novem numero, quorũ principes Hugonem Paganum, & Gaufredum ex ſancto Alexandro fuiſſe ferunt. Ii, quia in parte ædium templi habitabant, Templariorum nomen inde tulêre, utebantur candido pallio cum rubenti cruce, propagataq; eſt religio in ducentos annos. Certã iis formã obſervationis Bernardus abbas cõſtituit. Habuit res levis ab initio non parva incrementa, ita ut facultates maximas, & oppida quamplurima ubiq; gentium poſſiderent: Verùm convicti demũ impietatis, quod qui Hieroſolymis agebant, ad Saracenos defeciſſent, eſſentq; in fœda vitia prolapſi, omnes ad unum Clementis v. pontificatu deleti ſunt, eorumq; bona partim Rhodiis militibus, partim novis familiis attributa ſunt. Theutonicorũ paulò poſt ſubſecuta religio ex utraq; priorũ miſta, quippe qui hoſpitio accipiebant, & cum res poſtularet, pro religione armis decertabãt. Initium fecit homo Theutonicus, qui poſt Hieroſolyma recepta, unà cum plurimis ſuæ gentis eò loci remanſerat. Is uxorem & facultates habebat, motus ſuorum, qui ſepulchrum quotidie adibant, miſericordiâ qui neq; linguã noſſent, neq; diverſorium invenirent, domũ ſuam hoſpitalem illis cõmunem fecit, ac ibidem divæ virginis ſacellum adjũxit, cui paulatim turba ingens Chriſtianorum ſeſe tam pro ægrotis curandis, quam pro tuenda religione dicavit, undè divæ Mariæ virginis milites ſunt appellati. Tum ex ſe magiſtro qui præeſſet optato, albo amiciuntur pallio, nigra cruce, ſubter & nigra tunica: ſtatuuntq; ut nemo niſi Theutonicus, hujuſce militiæ ſacris initietur, atq; idẽ claris ortus parentibus & cui proponat, ut adverſus ſacratiſſimæ crucis hoſtes, paratus ſit omni tempore ſeſe in diſcrimen offerre, ac fortiter dimicare, item barbam unuſquiſque nutriat, præter eos qui ſacrificent: & demum dominicam precem pro canonicis horis tantum uſurpet: ac Theu-

Templariorum nomen & veſtitus.

Templarii deleti.

Theutonici milites ſacri.

Milites Mariæ.

Theutonicorum veſtitus & regula.

Digitized by Google

tonicæ militiæ hæc fuit origo, quam Romani pontifices ſuo poſt ratã fecerunt conſenſu. Iſti poſt Ptolemaidem, quo ſe amiſſa Hieroſolymorum urbe primũ receperant, in Syria à Saracenis occupatam, reverſi in Germaniam ſuo ductu & auſpiciis terram Pruſſam, quam hodie vocant, ſubegêre, ſubactam & jure belli quæſitam ſuæ ditionis fecere.

Pruſſia à Theutonicis occupata.

Victa gens, quæ malorũ olim dæmonum cultrix fuerat, religionem Chriſtianã complexa eſt, & cum religione, Rhutenicam linguã. Fuit ad Viſtulam fluviũ quercus, ubi ab initio victrix gens caſtellum conſtruxit, & inde ut ſunt res hominũ, quæ tenui principio facilimè augentur, oppidum frequens cultu adolevit: Marieburgũ vocant, caput nunc gentis, ſedesq; eorũ qui univerſo ordini præſunt.

Marieburgum.

Jacobi milites.

Milites divi Jacobi in Hiſpania, ſub ritu divi Auguſtini, Alexandro tertio pontifice, qui rem probavit, eſſe cœperunt quorũ primus fuit magiſter Petrus Ferdinandus.

Calatranenſes milites.

Item ſunt & Calatranenſes à loco nuncupati, quorum militiæ auctor fuit Sanctius Rex, circiter annum ſalutis MCLX. nigrum amictũ cum rubra cruce geſtãt, ac Ciſtertienſem profitentur ordinem.

Jeſu Chriſti milites.

Cujuſmodi etjam cenſentur in Luſitania milites Jeſu Chriſti, quos Joannes XXII. Romanus põtifex inſtituit, quo eſſent, qui ex officio Saracenis Bethycam id temporis tenentibus reſiſterent, crucem rubram in nigro affigunt pallio. Sunt & apud Alcantariam oppidum in regno Caſtellæ milites de quorum initio parum liquet, Jacobus Rex Aragoniæ duos etiam militum ordines circiter annum ſalutis MCCXII. inſtuit, quorum alteros divæ Mariæ de redemptione captivorum, ſive de mercede appellavit, utpote quibus de captivis redimendis cura eſſet; amictum induunt album cum nigra cruce.

Milites de mercede.

Monteſiæ milites.

Alteros Monteſiæ milites rubenti cruce inſignes nũcupavit. Utranq; militiam Gregorius IX. ſua auctoritate probavit. Noviſſimè autẽ quando ignaviſſimo cuique jam novæ religionis introducendæ libido inceſſit,

Franciſcus

Franciſcus quidam homo Siculus D. Franciſci ſummiſſionem æmulatus, Minimorum ſectam inſtituit, qui à carnibus coctiſq; abſtinerent cibis. Quo viſo, nonnulli in præſentia qui mallent quodvis pati, quàm ſeſe in aliqua arte exercere, etſi viles ſunt animæ, conantur inchoare aliam inertiæ ſectam. Ii craſſo lino tantùm corpora tecti, aperto capite ac pedibus nudis vagantur: quorum caput fertur quidem Jacobus homo Cremonenſis, tam laboris fugiens, quam ignaviç amator. Hinc cognoſcere licet, quam conducibile eſſet, haſce hominum fæces tanquam membra Chriſtianæ religionis agnata conterere, abſcindere, cremare, ne ſuis ſordibus cultus divini nitorem & munditiam diutius conſpurcarent. Aliud memorabile hominum genus Bonifacio IX. pontifice, ſubitò terris apparuit, creviſſetque, niſi maturè itum eſſet obviam: deſcenderat enim in Italiã ex Alpibus ſacerdos ingentem mortalium numerum trahens ſecum: erat is alba indutus veſte, ut colore ſincero eã, qua præditus videbatur, animi integritatẽ præ ſe ferret: geſtabat crucem, deplorabat rerum humanarum ſtatum, deplorabat temporum calamitatem, deplorabat hominum peccata, petebat rectà urbem Romam, ſperans futurum, ut eò loci malum ſanaretur, ubi religioni inuſtum putabat. Sequebatur ingens utriuſq; ſexus multitudo linteis induta, unde Albati dicti ſunt: ubi nox oppreſſiſſet, ibidem humi jacebat, paſſim populis cibaria dantibus. Bonifacius Rom. pontifex rẽ nihil æqui bonive fecit, qui honori ſuo timens, ducem agminis, ut flagitii convictum, Viterbii opprimendum curavit. Atque ita omnis Albatorum cœtus diſſipatus eſt, cunctis poſt amiſſum ducem, domum pedem referentibus. Fuit is annus humanæ ſalutis M C C C C.

Minimorum ſecta.

Albanorum ſecta.

Albati deleti.

CAPUT VI.

De Ninivitarum initio, quorum ſecta vulgò Confraternitas dicitur: & unde mos, ut conſocii inter orandum ſeſe converberent.

Conventus Apoſtolorũ. APoſtoli ſtatim ut CHRISTUS eſt morte affe-ctus, officii memores conventus facere, *prout in Actis patet*, cœperunt, ubi orando, conſulendo, agendo, rem Chriſtianã propagandã mirandum in modum curabant: non ſecus atq; illi, qui eorum operâ religionẽ complexi ſunt, poſtea facere, *teſte Tertull. in Apologet. qui cap. 39. ita ſcribit*: Coimus in cœtũ & aggregationẽ, ut ad Deum quaſi manufacta, precationib. ambiamus orantes, Hæc vis DEO grata eſt. Oramus etiã pro poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete. Coimus ad literarum divinarum commemorationem ſi quid præſentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoſcere, &c. Unde uſus facilè ad poſteros manaſſe videtur, ut profani quoq; homines cœperint Apoſtolorũ more, divini cultus causâ inſtituere ſocietates, ſeu, ut ita dicam, fraternę charitatis collegia illiſq; magiſtros dare, qui ſtatutis diebus reliquos ſocios convocarent, ad cæremonias nonnullas concelebrandas. Inde tot militũ ordines ꝓdiere, *quos ſupra memoravimus*. Duravit inſtitutum, abiitq; in varias *Confraternitates.* ſocietates, quas vulgò Confraternitates dicunt. Ii ſtatis diebus, mutuâ charitate conveniunt, orant, ſacerdotes cõducunt, qui rem divinam faciant, pauperes alunt, ſexcentaq; pietatis officia quotidie faciunt. In ſupplicationibus publicis ordine procedunt, ut plurimum ſa-*Flagelliferi.* xiſſimoq; ora contecti, ſeſe flagello converberant, nudum ac lacerum tergum ferentes, velut verè pœnitentes decet. Unde Ninivitas dictos volunt, quod eodẽ mo-*Ninivitarum imitatores.* do Deum placare ſtudeant, atq; Ninivitas olim monitis Jonæ Prophetæ pœnituiſſe conſtat. Cæterùm res iſta fidem facit, à Romanis Lupercis inſtitutum eſſe ac-*Lupercalia ludicra.* ceptum, quod illi Lupercalia ludicra celebrantes, nudi per urbem incedebant, ac larvati flagellis obvios cædebant *ſicut demonſtravimus, cum de origine ludorum apud Latinos ſupra prodidimus*. Quod ſi longius liceat hujuſce verberationis originem quærere, ego ab Ægyptiis

gyptiis ſumptum dixerim. Siquidem illi dæmoni maximo vaccam multis cæremoniis *teſte Herodot.* immolare ſolebant, quod ſacrificium dum ardebat, omnes verberabantur. Eſt præterea veriſimile vel à ſodalitiis originem eſſe, quæ ſodalium collegia apud ipſos Romanos erant. Cornelius enim Tacitus ſodales ſacerdotes Romulum initiâ cū Tatio ſocietate, feciſſe ſcribit: undè Titii ſodales. Et Tranquillus ſodales Auguſtales vocat: ſicut apud Julium Capitolinum, Antonianos ſodales legimus. Auguſtinus ait ſodales, quaſi edales, quod ſimul eſſent. Plin. item ſcribit Romulum inſtituiſſe Arvalium collegium, ſequè duodecimum appellari voluiſſe fratrem, ut alibi eſt demōſtratum. Duraſſe autem iſtiuſmodi ſodalitates teſtatur vetuſtum marmor apud Tybur, in quo inſcriptum eſt, Sodales Hadrianales. Hinc igitur non dubitanter dixerim, noſtros pontifices, qui ſemper ſtuduêre Romanos in primis ab hujuſmodi vanis ludicris ac ſodalitatibus, ad pudicum ritum certamque vivendi formulam trahere, ſanctiore inſtituto, induxiſſe homines ad haſce ſocietates coëundas; quæ hodie ubique gentium frequentes vigent optimis vitæ ac religionis inſtitutis. Quibus ſanè ſocietatibus hæc dignitas attribuenda eſt, ut nunquam labefactæ ſint, poſtquam eſſe cœperunt, quin etiam in dies ſingulos auctiores fiant. Ob hoc, vel reliquos ordines pudere debet, qui nunquam intra prioris, ac ejus quidem ſanctioris regulæ limites contineri potuêre, etſi crebrò inſtaurati.

Sodalitia Romanorū.

Sodales.

CAPUT VII.

De origine Deæ Syriæ ſacerdotum, Aſſyriorum, Antonianorum, atque Caretanorum.

EST operæpretium animadvertere, quantum ſemper poſteritas malarum potius artium, quàm bonorum morum tenax fuerit: quod cùm in aliis

multis,

Circũforanei ſancti. multis, tum in circunforaneis mendicorum artibus apparet: fuit enim apud priſcos quorundam hominum ſecta, qui maleficâ religionis ſpecie provincias peragrãdo pecunias & alias res corradebant. Ii ſimulachra deorum circunferentes, quibuſdam fallaciis vaticinabantur, deos propitios offerentibus futuros ſpondebant, multa malitia multa mentientes: quales in primis fuere ſacerdotes olim Deæ Syriæ, de quibus Apulejus *lib.* 8. *meminit*, ac ſub perſona aſini ſui, oppidò quàm ſciẽter eorum technas, machinas atq; fraudes enarrat, ita ſcribens: Sed ubi tandem fatigati, vel certè ſuo laniatu ſatiati pauſam carnificinæ dedere, ſtipes æreas, imò verò & argenteas multis certatim offerentibus, ſinu recepere patulo, nec non, & vini cadum, lactem & caſeos & farris & ſiliginis ac leguminum aliquid, & nonnullis hordeum Deæ gerulo donantibus avidis animis corradentes omnia, & in ſacculos huic quæſtui de induſtria præparatos facientes, dorſo meo cõgerunt, ut duplici ſcilicet ſarcinæ pondere gravatus, & horreum ſimul & templum incederem. Ad iſtum modum palantes omnem illam deprædabantur regionem. *Apulejus haſtenus*. De Dea autem Syria, ut hoc perappoſitè oſtendamus. Lucianus libellum ſcripſit, in quo tradit ſe vidiſſe in Syria ſtatuam in templo deæ multiformem, quæ quidem eſſet Juno, haberet tamen aliquid Palladis, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ & Dianæ & Nemeſeos & Parcarum, quæ alterâ manu tenebat ſceptrum, altera fuſum, in capite radios ferebat, & ignem & ceſton, & denique demonſtrat deam Syriam eſſe numen unum, quod variis nominibus vocaretur, cujus ſacerdotes crotala pulſabant, cui Galli ſacrificantes ſecabãt brachia, multi tympana percutiebant, alii divina cantica concinebant. Item in ſacris deæ quibuſdam juncturas manuum & cervices ſtigmatib. notabant, inde Aſſyrii omnes notati viſuntur. Durat adhuc ſuperſtitioſa fraus in gente: nam nunc non ſacerdotes, ſed magni viliſſi-

Dea Syria ſacerdotes fraudulenti.

Dea Syria multiformis.

Aſſyrii vagabundi Pſeudochiromantici.

viliſſimæ plebis ſexus utriuſq; numerus in omnes orbis etiã Chriſtiani partes diffuſus,voti, ut ajunt, causâ ſine fine peregrinatur,victũ oſtiatim quæritando. Mulieres chiromantiam profitentur,hoc eſt,per linearum manuum inſpectionem divinant: interim egregiè doctæ ad ſubtrahendum furtim è marſupio eorum,quib. futura prædicunt pecuniam,niſi benè caverint.Nuſquã ultra tertium diem immorantur,ſub divô propè civitates & oppida tabernacula collocant, ſunt omnes ſtigmatibus notati. Ex quo ſatis conſtat, hos eſſe Aſſyrios,qui fraudibus & dolis exercitati,ritu ſacerdotũ deæ Syriæ,eo mendicitatis aucupio vivunt. Iſtos Itali Cilices vocant,quod ex Cilicia,quæ, *teſte Plinio*, Syriæ ꝓxima eſt,proficiſcantur: alii verò extra Italiam, Ægyptios nuncupant. Ab iis igitur Syriæ deæ ſacerdotibus uſq; ad nos hujuſce fraudis labes pervaſit. Porrò hodiè viget omnis generis fraudulentorum hominum ſecta, qui ſimul induſtriæ, ſimul laboris fugientes, quò plus ſanctitatis præ ſe ferunt, hoc intrinſecus diſſolutiores, ipſos deæ ſacerdotes gnaviter æmulantur, quippe qui per inſidioſam pietatem, tanquam divorum omnium miniſtratores,dolis apprimè inſtructi, hic pro templi ædificatione,alter pro veſtimentis coemendis, alius ꝓ alendis pauperibus,alius pro redemptione captivorũ, nonnulli pro educandis expoſititiis circumeuntes caſtella, pagos,villas,ab hoc credulo ruſtico blandulè poſcunt,& cupidiſſimè accipiunt ovem, lanam, agnum, hœdum,ab illo gallinam & ova, ab alio porcellum vel pernas, ab alio caſeum & linũ,ab alio ſuperſtitioſè attonito tritici ſextarium,aut cadum vini,vel olei lechytum. Ad hæc aut ſanctorum reliquias, vel Apoſtolicas tabellas ſeu quorundam antiſtitum chirographa vetuſtate aſſiduoq; uſu paſſim obliterata è pyxide depromunt,illaq; magna cum veneratione, offerentibus oſculanda porrigunt,promittentes pro datis munuſculis,vitã cunctis cæleſtem.Sic ejuſmodi ruſticanis donis onuſti

Impoſtores egregii.

Reliquiæ ſanctorum efficta.

onuſti prædam vendunt, in argenti laminam conflant, atque mox domum redeunt gaudentes, quod ſimplicia ruſticæ plebis corda, ac pias mulierculàrum mentes illuſerint, ludificarint, feſellerint gnaviter: nam ad civitates quibus non facile eſt imponere, non perindè adeunt. Propterea Cato ſalubriter admonet, ne villicus ariolum conſulat, ne aruſpices ſagaſque admittat, quoniam hæc hominum genera vanâ ſuperſtitione rudes animos ad impenſas, ac deinceps ad flagitia facilè compellunt. Sed ad rem redeamus. At ubi domū perveniunt, à ſuis magno plauſu accipiuntur, perinde ut ſi terræ mariſq; ſuperatis fortiter periculis, ſpolia ampla atq; bono modo parta reportarent. Ac veteratores iſti ex omni hominū colluvie congregati, per hunc modum, totum Chriſtianum orbem tam impunè, quā impudenter populantur: inter quos ſunt Antoniani, ante pectus T. literam pictā habentes qui D. Antonii nomine, ſuo tempore porcos recipiunt, qui vicatim ipſi D. Antonio nutriuntur, quod id animal cum multis aliis in ejus tutela ſit. Atq; ita dii noſtri per hominum fraudes, etiam nunc edunt, bibunt, amiciuntur. Sed arte & aſtutiâ inſigniores ſunt illi, quos Itali Cæretanos, à Cæreto Umbriæ oppido appellant, qui huic tam maleficæ rei ſtudio duntaxat addicti, pro honeſta arte habent ſumma cum protervitate mendicare. Itaq; quotannis circa æſtatem extremam, ingens turba, fallaciis tantùm more patrio armata, facto agmine, Cæreto ſe movet, in omneſque Italiæ partes effundit, pecuniam undecunq; corraſura. Unde fit, ut quicunq; apud ipſos Italos, tales faciunt turpes quæſtus, Cæretani nuncupentur: in quorum numero non equidem immeritò monachi nonnulli haberi poſſunt, qui longè petulantius quam deceat, eleemoſynam ſæpe petunt, unò flagitant: quod benè multi mendicantes pauperes quaſi ex præſcripto faciunt. Atque ita una vel altera de cauſa, Cæretana ſecta per omnes gentes pervaſit.]

Antoniani.

Caretani.

Monachorū quorundam inſolentia.

C A-

CAPUT VIII.

De primordio Mahometanæ ſectæ, atque ejus legibus & inſtitutis.

Commodiſſimè hic ſubjiciemus illius peſtilentis Mahometanæ ſectæ initium & dogmata quæ cũ libidinum nefanda felicitate, tum multijugibus præterea flagitiis nihil omninò diſſonant, & deæ Syriæ ſacerdotum moribus atq; vitæ turpitudinibus, quæ omnia proximo capite nõ parum ſatis prodidimus. Fuit maleficæ religionis, imò impietatis auctor Mahometus nobili genere natus, homo Arabs ſeu Perſa (utrunq; enim proditur) patre malorum dæmonum cultore, matre Iſmaëlitâ & ob id Hebraicæ legis non ignara. Quæ res fecit, ut dum uterq; ſuam legem doceret, puer fuerit multo peritior effectus, qui deinde mortuis parentibus ſorte captus emitur à quodam prędivite viro nomine Abdemonaple, homine Iſmaëlitâ, qui juvenem ſibi gratum ob formam & ingenium, mercaturis faciendis, ac negotiis procurandis præfecit. Frequentabat id temporis domum Abdemonaplis Sergius monachus Neſtorianæ hæreſeos vir, qui cum nullo eſſet apud ſuos numero, præſentem vitæ ſtatum ſtomachat⁹, Byzantio in Arabiã fugerat Mahometumq; valde diligebat. Interim ſine liberis mortuo hero, juvenis viduã in matrimonium duxit, perquam grandem pecuniam conſecutus, animum ad majora extulit. Hæc de Mahometi adoleſcentia, & bonæ indolis initio, traduntur à compluribus. Quidã Græcorum eum Iſmaëlitam tãtũ memorant, ſordidoq; loco natum, Puerilibus annis furaci quæſtu ſibi victum quæſiſſe, ac locandis ducendiſque camelis ad deportandas huc atque illuc merces, inde verò adultum latrocinia feciſſe, comparatâque latronum ingenti manu, uno atque altero facinore illuſtratum: jamq; Perſicis rebus infeſtum, ut qui in Heraclii partib. eſſet, pugnaſſe in eo prælio, quo res Coſdrę conci-

Mahometi ortus, vita & inſtitutum.

Sergius monachus Neſtorianus.

Mahometi adoleſcentia.

Mahometus belli dux.

conciderunt, ac inibi vulnere affectum. Verùm poſteà majore Arabum exercitu inſtructus, auſus eſt Romani imperii turbare fines. cujus tamen motus Heraclius citò compeſcuit. Is itaque homo callidus atque vafer ingenio, magiciſq; artibus pollens, ut etiam ſpecie religionis, quæ hominum mentes repentè occupat, apud ſuos barbaros ſuapte naturâ levitate imbutos, plus ſibi favoris & potentiæ conciliet, ſe Dei prophetam nominat, ac uti vulgus id facilius credat, interdum ſolebat tanquam mentis errore actus in terram corruere ſubito, perinde quaſi comitiali tentatus morbo: quod cum uxor miraretur. Deſine, inquit, chara conjunx mirari: ſic enim Deus mihi futura ſuggerit ejus ſpiritu corripiente me. Hac ille quoq; armatus fraude & inter Chriſtianæ pietatis viros diutiſſimè verſatus, rem perniciosam humano generi ex duabus eſt legibus commentatus: ſiquidem anno ſalutis DCXX. & Heraclii principis XII. novam ſectam conditurus in Arabia concionari cœpit, prædicans eſſe ſe Dei prophetam primarium, & Hebræos ajebat impiè facere, qui Chriſtum natum ex virgine inficiarentur, quando id prophetæ, viri præcipuâ ſanctitate, divino afflati ſpiritu futurum cecinerant, expectandumq; multo ante prædixerant. Contra Chriſtianos ſtultè credere Jeſum prophetam ſummũ ex Dei ſpiritu genitum, ac omnis terrenæ labis expertem, voluiſſe opprobria & cruciatum à Judæis perpeti, cum præſertim ejus glorioſum corpus minimè pati potuerit: ac proinde deridebat, qui ejus ſepulchrũ religione ſervandum cenſerent. Sic jã per varios ſucceſſus rerum, atque conciones, non contemptiſſimus effectus eò evaſit, ut jura & leges ſuæ genti dederit, in quib. ferendis à Sergio monacho eſt præcipuè adjutus. Et ne legi tam peſtilenti ab hominib. ſanæ mentis quandoq; iretur obviam, capitalem inſcripſit pœnam, ſi quis de ea auſus eſſet diſputare; ac conſilio Sergii uſus, ut lex popularior eſſet, ex omnium gentium ſectis, quas rectè noverat,

Mahometus prophetam ſe ſimulat.

Mahometus quid in Judæis & Chriſtianis reprehenderit.

Leges Mahometanæ.

noverat, aliquid aſſumpſit. Cum Judæis enim circuncisionem, & abſtinentiam porcinæ carnis præcepit: quanquam de circuncisione ambigitur, quod ipſe Mahometus neq; circuncisus eſt, nec in ejus lege de ea re ulla fit mentio: quare Saraceni, quia non ante circuncidunt filios, quam XIII. habuerint annos: in hoc videntur imitari Abraham, qui Iſmaëlem id ætatis filium à quo illi originem ducunt, circunciderat: Item uſu vini interdixit, jejuniumq; per menſem Octobrem continuum ſervatum voluit, & tantùm noctibus veſci, quo diurnã abſtinentiam nocturna ſatietate reſarcirent: nam tum per legem licet bibere vinum, quo facile ebrii facti ſeſe ſimul ſtupris turpificant. Cum Chriſtianis Chriſtum ſummum prophetam cenſuit, nunc ſpiritum, nunc verbum, & Dei animam prædicans: virginem Mariam ad cœlum extulit laudibus, miraculis credidit eſtque Evangelicæ hiſtoriæ non adverſatus, quatenus à ſuo non diſcreparet Alcorano: ſic dogmatum ſuorum libellum appellavit: & Hebræis ac Chriſtianæ multitudini per hæc blanditus, ſimulavit ſe velle à Sergio baptizari. Cũ neutris verò, diem Veneris feſtum inſtituit, ſabbatum Judæorum, & noſtrum diem dominicum aſpernatus: ac id feciſſe fertur in honorem deæ Veneris quòd ad punctum ejus ſtellæ rex factus fuiſſet. Inde ad aliorum ſtudia concilianda, cum Sabellianis negavit Trinitatem, quam vocamus: cum Manichæis, binariũ in divinis numerum poſuit: cum Macedonio ſpiritum ſanctum eſſe creaturam dixit: cum Nicolaitis, multitudinem uxorum probavit, quarum ne eſſent zelotypi juſſit ut nulla fœmina niſi opertâ facie, foras prodiret: & denique Veneris ac omnium voluptatum habenas ſuæ genti remiſit, arbitratus hæc corporis oblectamenta futuræ felicitati minime officere. Fas enim eſt Saracenis quatuor ſimul habere uxores, & cum illis facere divortium bis terque, ac earum loco alias ducere, vel priores recipere; emptitias verò & captivas tot

Circumciſio Saracenorum.

Mahometi error de Chriſto.

Alcoranus.

Veneris dies Mahometo ſacer.

Polygamia Mahometica.

conciderunt, ac inibi vulnere affectum. Verùm poſteà majore Arabum exercitu inſtructus, auſus eſt Romani imperii turbare fines. cujus tamen motus Heraclius citò compeſcuit. Is itaque homo callidus atque vafer ingenio, magiciſq; artibus pollens, ut etiam ſpecie religionis, quæ hominum mentes repentè occupat, apud ſuos barbaros ſuapte naturâ levitate imbutos, plus ſibi favoris & potentiæ conciliet, ſe Dei prophetam nominat, ac uti vulgus id facilius credat, interdum ſolebat tanquam mentis errore actus in terram corruere ſubito, perinde quaſi comitiali tentatus morbo: quod cum uxor miraretur. Deſine, inquit, chara conjunx mirari: ſic enim Deus mihi futura ſuggerit ejus ſpiritu corripiente me. Hac ille quoq; armatus fraude & inter Chriſtianæ pietatis viros diutiſſimè verſatus, rem perniicioſam humano generi ex duabus eſt legibus commentatus: ſiquidem anno ſalútis DCXX. & Heraclii principis XII. novam ſectam conditurus in Arabia concionari cœpit. prædicans eſſe ſe Dei prophetam primarium, & Hebræos ajebat impiè facere, qui Chriſtum natum ex virgine inficiarentur, quando id prophetæ, viri præcipuâ ſanctitate, divino afflati ſpiritu futurum cecinerant, expectandumq; multo ante prædixerant. Contra Chriſtianos ſtultè credere Jeſum prophetam ſummũ ex Dei ſpiritu genitum, ac omnis terrenæ labis expertem, voluiſſe opprobria & cruciatum à Judæis perpeti, cum præſertim ejus glorioſum corpus minimè pati potuerit: ac proinde deridebat, qui ejus ſepulchrũ religione ſervandum cenſerent. Sic jã per varios ſucceſſus rerum, atque conciones, non contemptiſſimus effectus eò evaſit, ut jura & leges ſuæ genti dederit, in quib. ferendis à Sergio monacho eſt præcipuè adjutus. Et ne legi tam peſtilenti ab hominib. ſanæ mentis quandoq; iretur obviam, capitalem inſcripſit pœnam, ſi quis de ea auſus eſſet diſputare; ac conſilio Sergii uſus, ut lex popularior eſſet, ex omnium gentium ſectis, quas rectè noverat,

Mahometus prophetam ſe ſimulat.

Mahometus quid in Judæis & Chriſtianis reprehenderit.

Leges Mahometanæ.

noverat, aliquid aſſumpſit. Cum Judæis enim circunciſionem, & abſtinentiam porcinæ carnis præcepit: quanquam de circunciſione ambigitur, quod ipſe Mahometus neq; circunciſus eſt, nec in ejus lege de ea re ulla fit mentio: quare Saraceni, quia non ante circuncidunt filios, quam XIII. habuerint annos: in hoc videntur imitari Abraham, qui Iſmaëlem id ætatis filium à quo illi originem ducunt, circunciderat: Item uſu vini interdixit, jejuniumq; per menſem Octobrem continuum ſervatum voluit, & tantùm noctibus veſci, quo diurnā abſtinentiam nocturna ſatietate reſarcirent: nam tum per legem licet bibere vinum, quo facile ebrii facti ſeſe ſimul ſtupris turpificant. Cum Chriſtianis Chriſtum ſummum prophetam cenſuit, nunc ſpiritum, nunc verbum, & Dei animam prædicans; virginem Mariam ad cœlum extulit laudibus, miraculis credidit eſtque Evangelicæ hiſtoriæ non adverſatus, quatenus à ſuo non diſcreparet Alcorano: ſic dogmatum ſuorum libellum appellavit: & Hebræis ac Chriſtianæ multitudini per hæc blanditus, ſimulavit ſe velle à Sergio baptizari. Cū neutris verò, diem Veneris feſtum inſtituit, ſabbatum Judæorum, & noſtrum diem dominicum aſpernatus: ac id feciſſe fertur in honorem deæ Veneris quod ad punctum ejus ſtellæ rex factus fuiſſet. Inde ad aliorum ſtudia concilianda, cum Sabellianis negavit Trinitatem, quam vocamus: cum Manichæis, binariū in divinis numerum poſuit: cum Macedonio ſpiritum ſanctum eſſe creaturam dixit: cum Nicolaitis, multitudinem uxorum probavit, quarum ne eſſent zelotypi juſſit ut nulla fœmina niſi opertâ facie, foras prodiret: & denique Veneris ac omnium voluptatum habenas ſuæ genti remiſit, arbitratus hæc corporis oblectamenta futuræ felicitati minimè officere. Fas enim eſt Saracenis quatuor ſimul habere uxores, & cum illis facere divortium bis terque, ac earum loco alias ducere, vel priores recipere; empticias verò & captivas tot

Circumciſio Saracenorum.

Mahometi error de Christo.

Alcoranus.

Veneris dies Mahometo ſacer.

Polygamia Mahometica.

habere, quot libuerit, eaſque ipſas vendere, excepto, quod ſi qua gravida à domino facta fuerit, illam non amplius ſervituti obligari: & ne cognatio deficiat, etjam conſanguineas quàm proximas ducere uxores. Item Dei Propheta novus, novũ orandi purgandiq; modum ſuis ſtatuit, qui ejuſmodi eſt: Etenim quinquies in die orant breviter, profitentes unum eſſe Deum, qui nullum ſibi ſimilem aut æqualem habeat, & Mahometum ejus ſummum eſſe prophetam. Sed antequã precatum eant, omnes corporis partes aqua perquàm purâ, vel terrâ, ſi aqua abſit, abluunt: quo facto, in meridiẽ verſi terque inclinati terram deoſculãtur, atq; ita purgati arbitrantur eo modo ſe cuncta peccata abſterſiſſe, cum citius animum deberent purgare, undè veræ manant preces. At in forenſibus cauſis plurimum Moſis decreta ſecutus eſt, qui talionem quoq; admiſit. Poſtremò, ut præmiũ ſuis proponeret fœdâ religione dignũ, promiſit fore, ut qui ejus mandata ſervarent, poſt mortem collocarentur in paradiſo, loco amœniſſimo, ubi arborum umbra tecti, neq; calore, neq; frigore vexarentur, & pretioſis veſtibus induti inter puellarum choros, delicatiſſimis veſcerentur cibis, quos angeli ipſius Dei abundè ſubminiſtrarent. Atq; ita propheta de corporum immortalitate tantùm egit, ut qui crediderat animos non manere poſt corpora. Namque talis beatæ vitæ ſtatus minimè omnino ad extremam corporum noſtrorum reſurrectionem trahi poteſt, quando id temporis, *teſte Chriſto apud Matth. cap. 22.* erimus ſicut angeli Dei in cœlo: ac tantum aberit, ut nobis cibo ullo ſit opus. Templa habent, in quib. præter precationẽ, nulla fiunt ſacra, nullos itẽ ſacerdotes, ac nullã fermè habent religionẽ: nam quanquã unũ credunt eſſe Deum, tamen nulla eum pietate colunt, exceptâ eleemoſynâ, qua inopes juvant. Speciem itidem humanitatis adverſus aliarum ſectarum homines præ ſe ferunt, quos apud ſe eſſe ſinunt, ſi magiſtratibus ſuis obediant,

Orandi & purgandi modus.

Politia Mahumetana.

Paradyſus Mahometi.

Templa Mahumetanorum.

obediant, & in ſingulos annos tributum pendant, tametſi eos continenter detrimentis atque contumeliis afficiunt. Et ille talis fuit in danda malefica lege, quæ in gentes ſerpſit innumeras, ab eiſque veram Dei religionem mirâ virtute antea receptam ſuſtulit, ac in locum illius malorum dæmonis induxit cultum, periculumq; eſt, ne nobis quoque eripiat: nam tota Aſia & Africa, cum magna Europæ parte, in Mahometanorum ditionem venit. Quod ſanè incendium nihil æquè fovet atq; auget ut perpetuæ noſtrorum principum diſcordiæ. Hac igitur peſtilente ſuperſtitione armatus Mahometus, ſic Saracenorum animos ſibi conciliavit, ut eos demum ad rebellandum contra Perſas excitaverit à quibus Rex conſalutatus, novi regni in gente fundamentum jecit. Obiit mortem inimicus ille veritatis annos natus quadraginta, ſeu, ut quidam volunt quatuor & triginta, qui tandem moriens prædixit ſe iturũ in cœlum, quod Saraceni diu expectantes, cadaver jam fœtidum ferrea condiderunt arca, illamque Mecham (eſt Perſidis urbs) deportarunt quàm totus Oriens colit. Mahometo Calyphas ſucceſſit, cui ob nimiam ſuperſtitionẽ imperium eſt abrogatum, in ejuſq; locum alter eodẽ nominẽ Rex creatur. Tertio dein loco Homar ſufficitur, qui poſt Perſas ſuperatos Hieroſolyma omnemq; Syriam cœpit, anno ſalutis circiter CLXXX. pontifice Agathone, & Conſtantino IV. Imperatore. Cæterum bona iſtarum rerum geſtarũ pars Mahometo aſſignatur. Sanè fuit Heraclius Imperator oraculo admonitus ut à circunciſis caveret, quare illi toto ſuo imperio, Judæos ſuppliciorũ metu ad religionẽ Chriſtianã recipiendam cõpulit. Hanc ob rem Saraceni & Arabes duce Mahometo arma ſumentes, ita Heraclii duces ſuperarunt, ut parũ abſuerit, quin omnino imperii nomẽ delerent, captâ Alexandriâ, multiſq; aliis Siriæ & Ciliciæ urbibus. Arabes ea victoriâ elati, Mahometi impulſu, Perſas bello petierunt, ac vicerunt, qui tum

Mahumetanorum Imperium.

Obitus Mahometi.

Succeſſores Mahometi.

Calyphas.

Homar.

Oraculum de circumciſis.

Saraceni unde. demum coacti accepere legem Mahometanam. Saraceni jam inde pro Perſis appellati ſunt, qui ſe à Sara, quę Abrahæ uxor fuit, ortos prædicabant. Quam Mahometus anſam amplexus, eos ſibi facilè conciliavit, dictitans ſolos omnium mortalium illos divinæ repromiſſionis eſſe ſucceſſores. Sic poſt devictos Perſas, barbari majoribus viribus Antiochiam adorti, nobiliſſimam urbem brevi cœperunt, nec ita multo poſt ſunt & Hieroſolymis potiti. Poſt victoriam Mahometus nō multum ſuperſtes fuit: invector peſtis teterrimæ, quæ cum ſuo auctore extingui non potuit. Vide, quàm ſit vita mortalium pronior ſemper in lapſum, quàm in bono conſtantior: nempe vineam Domini, quam Chriſtus Servator ſuis miraculis plantaverat, quam Apoſtoli ſuis manibus coluerant, quā martyres ſuo ſanguine fœcundiorem fecerant, quam pontifices ſanctiſſimi ſuis bonis artibus quotannis putaverant: & cujus deniq; nectar dulciſſimum ac ſalutare Aſia ipſa cum Africa, amplius ſexcentis annis imbiberat, una feralis facula, quam Mahometus pſeudopropheta ſex tantum annos illis in locis circumtulerat, radicitus incredibiliter abſumpſit. Verè barbara progenies neſcit habere modum: ſolæ enim belluinæ voluptates, quas ille nequam conceſſerat, haſce gentes à veræ pietatis officio avocarunt, ac in maleficio pertinaciter continent, Sic malum venenum à malo homine datum, tot miſeri mortales ad perpetuam perniciem quotidie perbibunt illud poſtremò in Stygiam evomituri paludem. Heu quam tunc infelices, ſed ſero ſtultitiæ pœnitebit!

LIBRI SEPTIMI FINIS.

POLYDORI VERGILII URBINATIS DE INVENTORIBUS RERUM

LIBER OCTAVUS.

CAPUT I.

Unde natum, ut patres ſanxerint Divorum Reliquiis honorem habendum eſſe, ac qui primum Stationes, & eas deinde atque Jubileum Romæ inſtituerint: & de primo Veniarum, quas Indulgentias dicunt, uſu.

OMNES ſacræ militiæ ordines ſuperiore libro conſcripſi: in hoc ultimo, duces, facta, prælia, partoſque triumphos exponemus, ut lectori ſit longæ lectionis præmium, noſcere præmium, quo Chriſtianæ Reipublicæ milites affecti fuerint. Poſt itaq; PETRI ac PAULI Apoſtolorum martyrium, quod plures mortales ad id genus mortis ſubeundum invitavit, quàm deterruit: multi quotidie ſexus utriuſque cum alibi, tum Romæ, alii alio cruciatu pro re Chriſtiana tuenda conſumpti, cœli regnum adipiſcebantur: ſed ante omnes pontifices Romani qui contra tyrannorum ſævitiã audentius ibant, martyrio paſſim coronabantur, ita ut illi qui poſt PETRUM eam ſedem uſque ad Sylveſtrum primum tenuerant, qui duo & triginta numero fuere omnes ſupplicio mactati ſunt, præter ſeptem, quibus calamitatum concurſu preſſis vitæ brevita facìliorem dedit exitum. Iſtorum ſacro martyrum cruore maduit in primis Romana tellus, refertaque eſt divorum reli-

Martyres Chriſtiani.

Pontifices martyres.

Reliquiarũ collectio.

quiis quæ brevi poſt tempore undiq; à noſtris conquiſitæ eò deportatæ ſunt. Quæ res à principio naſcentis religionis cum primis Cleto atq; Anacleto pontificib. curæ fuit: hic enim, ſeorſum à profana plebe, loca ubi martyres ſepelirentur, aſſignavit: ille verò notavit crimine ſacrilegii, ſi quis impediſſet quo minus Apoſtorum ſepulchra inviſerentur. Ac porrò iſtud maximè religioni conſentaneum viſum eſt, quod apud Matth. *cap. 9.* ſic legitur: Ecce mulier quæ ſanguinis profluvio laboraverat duodecim annos, accedens à tergo tetigit fimbriam veſtimenti Jeſu & ſalva facta eſt: & alibi *cap. 14.* in terra Genezareth: & cum agnoviſſent Jeſum viri illius loci, emiſerunt nuntios in totam undiq; finitimā regionē illam, & obtulerunt illi omnes male habentes & obſecrabant eum, ut tantum tangerent fimbriam veſtimenti ipſius, & quotquot tetigiſſent, ſalvi facti ſunt. Item *in Actis Apoſt. cap. 5.* Magis autem accreſcebat credentium Domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut venientis Petri vel umbra obumbraret aliquem illorum. Conveniebat, autem multitudo vicinarum civitatum. Hieroſolymā afferens ægros ac vexatos à ſpiritibus immundis qui ſanabantur omnes. Rurſus *cap. 19.* Virtuteſque non vulgares edebat Deus per manus Pauli, ita ut etjam ſuper infirmos deferrentur à corpore ejus ſudaria & ſemicinctia, & recederent ab eis morbi, & ſpiritus mali egrederentur, &c. Quæ cū ita ſint & Deus poſſit, cum lubet omni tempore per ejuſmodi quoq; modū miracula edere, non utiq; alienum fuit à pietate & fide tales reliquias ſervare venerando. Atq; hinc initiū eſſe factum habendi honoris ſanctorum reliquiis ſatis conſtare poteſt. Extitit tamen poſtea Vigilantius natione Gallus, vel potius Dormientius, *uti Hier. appellat*, qui negabat Apoſtolorum ac martyrum reliquias eſſe colendas, quod eorum animæ eſſent, vel in ſinu Abrahæ, vel in

Fimbria Veſtimenti Chriſti.

Umbra Apoſtolorum efficacia.

Sudaria Pauli.

Veneratio reliquiarū impugnatur.

vel in loco refrigerationis, vel ſub aram Dei, undè pro ſuo jure non poſſent de ſuis tumulis, & ubi voluerint adeſſe præſentes: ſic *prout ait idem Hieronym. qui inſaniam hominis facilè convincit*, vincula injiciebat Apoſtolis & martyribus, ut usque ad diem judicii tenerentur cuſtodiâ, ne eſſent cum Domino ſuo, de quibus ſcriptum eſt: Sequuntur agnum, quocunq; ierit. Sed non vicit malè Vigilantis ſententia: Nos verò honoramus reliquias martyrum, ut eum, cujus ſunt martyres, colamus: honoramus ſervos illius Domini nomine, qui ait: Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit. Sunt igitur meritò & templa illis divis in urbe, aut iis in locis, ubi mortem oppetendo, ſanguinem effudiſſent, aut ubi contigiſſet illorum oſſa humari, poſita. Atqui jam planè cognoſcamus licet, veteres Chriſtianos hanc quoque religionis pietatisque partem minimè aſpernatos eſſe, quando etiam Tertull. *lib. de finit. dog. eccleſiaſt. de reliquiis ſanctorum ita* ſcribit: Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum martyrum reliquias ac ſi Chriſti membra ſynceriſſimè honoranda, & Baſilicas eorum nominibus appellatas, velut loca ſancta divino cultui mancipata, affectu piiſſimo & devotione fideliſſima adeundas credimus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilantianus creditur. Hæc ille auctor tam vetuſtiſſimus quam ſpectatiſſimus, non utique heri nudiuſtertiusve factus eſt, cui proinhaud fidem abrogandam cenſeas. Ad reliqua pergamus. Sic Calixtus primus Roman. pontifex ædem in Transtyberina regione ædificavit, dicavitque Mariæ Virgini: ſic poſtea Conſtantinus Imp. Petro & Paulo ac D. Laurentio templa exſtruxit. Sic põtifices qui ſecuti ſunt, alii alias ædes condidère ſacras. Quibus pietatis operibus factum eſt, ut Chriſtiani viri ac fœminæ uſque ab extremis quoque orbis partibus paulatim Romam peregrè ſuâ ſponte cũfluxerint, ſacra loca adeundi, Divorumque ſepulchra viſendi

Reliquiæ ſanctorum quomodo colendæ.

Templa divis dedicata.

cauſa. Adauxit hanc populorum pietatem divus in primis Gregorius: is enim cum Romæ id temporis quo ſederet, quadam lethiferâ laboraret peſte. primum litanias, *ut alibi explicavimus*, decrevit: deinde certos conſtituit dies, quibus in præcipuis urbis templis ſolenni ritu ſacrificaretur, ibique pro illo ſedando malo oraretur ſuppliciter: ac ut populus generatim ſimul frequentior eo illis ſtatis diebus concurret, propoſuit delictorum veniam ad id ſolenne accedentibus, conſtitutis ad ipſa templa ſacerdotibus, qui audirent volentes de peccatis ſuis confiteri, ut illi inde remiſſionem omnium delictorum conſequerentur. Quæ ſanè cõſuetudo vel hodiè ſervatur, ubicunq; publica peccatorum venia promittitur. Et quia ſacerdos poteſtatem habet tã culpam quàm pœnam tollendi, hinc factum videtur ut talis venia delictorũ vulgo appelletur indulgentia, id eſt, remiſſio culpę & pœnę. Ad rem redeo. Quamobrem deinceps cuncti obſervantius ad ea templa adeuntes, adeò ſanctè precati ſunt, ut meruerint eo morbi genere liberari. Duravit inde perpetuò illud inſtitutum, ita ut hodie nihil Romæ ſit ſanctius: conveniunt undique adhuc multi mortales in urbẽ qui ubi eò pervenerint, nihil prius habent, quàm ipſa ſacra inviſere loca, in quibus ſtationes celebrentur. Appellavit Gregor. ea ſolennia ſacra non indecenti vocabulo Stationes, quaſi ſtatas, id eſt, certis anni diebus ac ſtatutis celebres: nam ſic ſtatæ ceremoniæ, *ut Feſto Pompeio placet*, dicebantur ſacrificia quæ certis quibuſdam diebus & ſtatutis celebrabantur, quæ non mutarentur, ſed ſtabilia & firma ſtarent. Unde Cato: Sacra ſtata, & ſolennia ſancta ſervaſti. Alii ſtationes dictas volunt ex militari exemplo, quod perinde hæc ſacra ſive hæ ædes ſacræ in quibus illa fiunt, ſtatutis diebus cuſtodiantur, frequententurque, ac ſoleant loca ad cuſtodiam aſſignata militibus, quando ſtant vigilantes. At ſtationes noſtræ ſunt, & manent, quando ſacerdotes in choro ſtantes, canonicas

Remedium Romanum contra peſtẽ

Indulgentia quid.

Stationes quid.

Stata ceremonia.

recitant

recitant horas atq; olim eſſe cœperunt apud Chriſtianos conventus, cum illi in templo die præſertim dominico ſtantes precarentur, ut eſt apud Marc. Evang. *cap.* 11. Et cum ſteteritis orantes: de quib. Tertul. *l. de Corona militis*, inquit: Iam & ſtationes aut alii magis faciet, quam Chriſto? aut & dominico die, quando nec Chriſto? Igitur ſtationes noſtras à ſtando dictas eſſe, & D. Gregorium tam nomẽ quàm conſuetudinẽ priſtinã intermiſsã retuliſſe, inſtauraſſe, renovaſſeq; ſatis certum eſt. Sed domũ repetem*. Bonifacius deinde VIII. ad hæc ſacra loca viſenda piorũ maximè incitavit ſtudiũ, qui primus omniũ Jubileum retulit, anno qui fuit MCCC. ſalutis humanæ, quo pœnarũ remiſſionẽ iis præſtabat, qui limina Apoſtolorũ viſitaſſent, ad exemplum veteris legis. Diverſa tamen videtur fuiſſe ratio Judæis anni hujus celebrandi, atq; ſit ab initio à noſtris ſervata, quod illi L. & non, ut noſtri, C. quoq; anno, id ſolenne repeterent, quodq; eo tempore apud illos ſolverentur nexi, ſerviq; in libertatem vindicarentur, & illis demũ corporũ aſſertio curę eſſet: at noſtris animorũ, quod multo optabilius eſt, veriorq; libertas cenſeri poteſt: enim verò verè liberi ſunt, quibus peccata remittunt. Idem autẽ pontifex jubileum C. quoq; anno ſervari mandavit: quod feciſſe videtur, ut populũ cum primis Romanũ ab inani ſeculariũ ludorũ celebratione, ad verũ ſolenne ſacrum reduceret. Fuerunt ludi ſeculares, *ut Feſtus atteſtatur*, in honorem Apollinis & Dianæ inſtituti, C. quoq; anno, clamante præcone: Venite ad ludos, quos nemo mortaliũ vidit, neq; viſurus eſt: nam ſeculum C. continet annos, undè ipſi ludi ſeculares nominati ſunt, *de quorum origine ſupra libro quarto diximus*. Capitolinus in Gordiano, ait, hos à Valerio Publicola ob exactos reges centenis quibusq; annis ab urbe condita inſtitutos: celebravit eos Philippus Imp anno urbis M. Sed undè digreſſi ſumus revertamur. Cæterùm tanta vis mortalium ea de cauſa cum

Stationes undè dicta.

Jubilei inſtitutio.

Differentia Jubilai Judeorum & Chriſtianorum.

Jubilai terminus.

Ludi ſeculares.

Seculum.

Jubilæi anni contractio.

Vigintiquinquennalia Jubilæi.

Indulgentiarum introductio.

Joānis Roffenſis Epiſcop. ſententia de Indulgentiis.

Purgatoriū cauſa Indulgentiarum inſtitutarum.

Romam confluxit, ut vix commeandi per urbem amplam quidem ac vaſtam eſſet facultas. Quinquageſimo poſt inſtante anno Clemens VI. ſanxit jubileum celebrari quinquageſimo quoque anno, cum ætas hominis vix jubileum illum centum annorum attingere poſſet, qui verus fuit jubileus. Poſtremò Sixtus IV. jubileum ad vigeſimum quintum quenque annum reduxit, primuſq; celebravit: qui fuit ann° MCCCCLXXV ſalutis. Id fecit, ut quæq; ætas ejus muneris divini particeps fieret. Ac ita veniarū, quas Indulgentias vocant, jam tum uſus celebris eſſe cœpit: quæ qua de cauſa, quave ex auctoritate inductæ fuerint in Eccleſiā Dei, aut quantū valere videantur, noſtri recentiores Theologi de ea re egregiè laborant. Ego verò originē, quod mei eſt muneris, quæritans, non reperio ante fuiſſe, quod ſciam, quàm D. Gregorius ad ſuas ſtationes id præmii propoſuerit. Quapropter in re parū perſpicua utar teſtimonio Joannis Roffenſis Epiſcopi qui *in eo opere, quod nuper in Lutherum ſcripſit*, ſic de ejuſmodi veniarum initio prodit: Multos fortaſsè movet indulgentiis iſtis non uſq; adeo fidere, quod earū uſus in Eccleſia videatur recentior, & admodum ſerò apud Chriſtianos repertus: quibus ego reſpondeo, non certo cōſtare, à quo primum tradi cœperint: fuit tamen nonnullus earū uſus, ut ajunt, apud Romanos vetuſtiſſimus, quod ex ſtationibus intelligi poteſt. *Et ſubjicit*: Nemo certè dubitat orthodoxus, an purgatoriū ſit, de quo tamen apud priſcos nulla vel quam rariſſima fiebat mentio: ſed & Græcis ad hunc uſq; diem non eſt creditum eſſe: quandiu enim nulla fuerat de purgatorio cura, nemo quæſivit Indulgentias: nā ex illo pendet omnis indulgentiarum exiſtimatio. Si tollas purgatorium, quorſum indulgentiis opus erit? Cœperūt igitur indulgentiæ, poſtquam ad purgatorii cruciatus aliquandi trepidatum eſt. Hæc ille: quæ tu fortè cum tanti ſint momenti, ut magis certa ex ore Dei expectabas.

ſtabas. Atq; hoc pacto poſt Gregorium veniarũ ſeges paulatim crevit, cujus meſſem non exiguam permulti interdum collegerunt; & cum primis Bonifacius IX. cujus tempore hujuſmodi venia & quidem plena manu non concedebatur modò aliquoties, verumetiam, *teſte Platina*, velut quæpiam merces quotidie vel paſſim vendebatur, non abſq; concedentis recipientiſq; detrimento, quando per hæc ut remedia animæ morborum venalia, minus permulti à malefactis abſtinebant, & clavium auctoritas multò vilior erat. Nec id quidem temerè accidebat, quia, *ut dicit Hieronymus*, ubi merces media eſt, dona ſpiritalia viliora fiunt. Quę utinam non niſi illa vidiſſet ætas. Secundum hæc Alexander VI. cujus pontificatus incidit in annum humanæ ſalutis M D. Sixti ſecutus inſtitutum, cœpit jubileum nõ modo Romæ, ſed etiam in longinquis provinciis, ac ſtationes ubiq; gentium propè vicatim inſtituere, idq; tam ſui quam populi Chriſtiani commodi causâ, ut ajebat, fecit, quo eum labore petendæ urbis levaret. Quare fit, ut Roma terrarum regina etiã nunc minus adeatur. Verùm quæ fuerit Jubilei anni origo apud Hebræos, jam dicamus. Moſes, *teſte Joſepho lib. Antiq. 3. & Origine ſuper Numeros*, ſtatuit ut inter dies, ſeptimus quiſq; dies obſervaretur ſabbatum, & inter menſes, ſeptimus quiſq; menſis ſabbatum eſſet menſium, in quo agerentur ſolennia ſacra, quæ dicerentur ſabbata ſabbatorum, item inter annos, ſeptimus quiſq; annus, & in eo ſi quando Chananæam Judæi recepiſſent, quam tandem David & Solomon reges aſſecuti ſunt, terra vacaret, id eſt, non araretur, & quæ ſua ſponte ferret, quinquageſimo quoq; anno tribulib' eſſent & extraneis cõmunia. Hunc Hebræi annũ jubileum dixere, qui & quinquagenarius vocari poteſt, ſignificatque libertatẽ. Porrò hoc Moſis decreto, libertate donabant ſervi, debitores à creditoribus laxabantur, prædia æſtimatis ex æquo fructibus & impenſis, reſti-

Indulgentiarũ mercatura.

Jubilei propagatio.

Jubilaeus annus Hebraeorum.

Quinquagenarius annus.

Commoda Jubilei.

reſtituebantur antiquis poſſeſſoribus, quæ omnia ipſe Joſephus *in eo lib.* latè perſequit. Reddit Euſebius ex Philone, hujuſmodi agrorum vacationis rationem nõ contemnendam ita *in* 8. *Evang. præpar.* ſcribens: Facile de ſeptimo quoq; anno dicere poſſumus: nõ enim ipſi ab operibus, ſicut ſeptimis diebus ceſſant, ſed agros ipſos ceſſare patiuntur, ut vires ad futura ſuſcipiant: multo .n. fœcundiores redduntur, ſi cum ceſſaverint, in novalia rurſus proſcindantur: quod etiam corporib. hominum accidit: ſemper enim eundem ferre laborem, & valetudini obeſt, & robur animi atque corporis dejicit. Et ſubdit: Magnæ autem humanitatis eorum illud præcipuè ſignum eſt, in 7. quoque anno, ipſi ab agriculturæ laborib. abſtinent, & ſi quid ſponte agri tulerint: non colligunt, neq; deponunt, ſed quia nullo ſuo labore productum eſt, communiter cuiq; volenti omittitur: & reliqua. Sed jam Romanorum pontificũ & humanitatis ſtudium, & rei familiaris augendæ rationem hic commodum ſubjiciamus.

Agrorum ceſſatio.

CAPUT II.

De origine Titulorum, quib. Romanus Pontifex utitur, ac Collegiorum & Scribarum, & quando primũ Literæ Apoſtolicæ cœperint obſignari Plumbo: ibiq; de uſu pervetuſto Sigillandi literas Cerâ impreſſâ annulo, & de primo Annatarum uſu.

Sacerdotis virtutes quæ.

Eſt ſacerdoti in primis nihil ferè convenientius humanitate, nihil aptius comitate, nihil ſumiſſione decentius, dicente Servatore: Diſcite à mè, qa mitis ſum & humilis corde. Et *alibi*: Beati mites, quoniã ipſi poſſidebunt terrã. Contra alienius nihil ipsâ ſuperbiâ, qua multi ſæpè inflati, ac ſimul arrogãtiâ doctrinâve, aut generis claritate elati, tũ ſe ſacerdotes, tũ pontifices

tifices præbere, tum ordinis decus ritè ſervare ſibi perſuadent, cum præ ſe cunctos mortales diſpiciant, aſſerentes ſic dignitatem quam obtinent, poſcere, ac nequaquam audientes ipſum dominum tantę inſolentiæ exitum ita prædicentem: Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur: & qui ſe humiliaverit, exaltabitur. Hujus Servatoris vaticinationis præceptiq; ſimul D. Gregorius benè memor, ut cunctis manſuetudinis exemplū ederet, cū literas dictaret, ſic ſemper incipiebat: Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei: qui & facto æquè idem præſtitit: ſexcentas .n. à Longobardis paſſus eſt injurias, contra quos tamen nō arma movit, aut aliunde quæſivit, ſed ſolâ patientiâ & humanitate dimicavit. Hoc certè pauci illorū qui ſucceſſere, ſunt æmulati: illud verò cuncti inſigniter uſurparunt, quāvis in eâ eminentiâ conſtituti fortè eſſent, qui nón facilè ab aliis ſe ſervos appellari paterentur. Salutem & Apoſtolicam benedictionem Cletus præfationis loco poſuiſſe primus dicitur. Quem ſalutandi modum pōtifices qui ſecuti ſunt, ſervarunt. Chriſtus & ſuum ſalutationis genus, Pax vobis, aut huic domui uſurpare cōſuevit, quemadmodū Græci pervetuſto more χαῖρε, Latini Salve, vel ſalutem, Hebræi verò, Pax tibi. Eam ſalutationem nūc Epiſcopi ut ſibi peculiarē vendicant. Præterea ab initio fuere Scribæ, qui literas ſcriberent Apoſtolicas, parvo vel nullo petito pretio, quando adhuc illud Servatoris præceptū, Gratis accepiſtis, gratis date, inviolatum permanebat. At dein Joannes XXII. ineundæ rationis ſtudioſus, qua rem auguſtam domi juvaret, collegiū ſcribarū Apoſtolicorū prim⁹ numero diſtinxit, qui literas proprio ingenio dictatas conſcriberent, nōnullaq; alia munia obirent, atq; in illud ſuos ſcribas pretio duntaxat aſſcitos voluit. Taxationes item conſtituit, per quas taxatis, hoc eſt, æſtimatis ſacerdotiis, quæ ipſe cōtuliſſet, caperet vectigal. Rē verò omnē ad Apoſtolicæ pœnitentiariæ, quā dicūt, curam pertinen-

Gregorius Papa ſervus ſervorum.

Salutandi modus Pontifici uſitatus.

Scribæ Pontificum.

Collegium ſcribarum.

Pænitentiaria cura

pertinentem, Benedictus XII. omnium primus excogitavit, ſimul & taxationes literarum ordine cõſtituit. Inſtitutum obſignandi literas Rom. põtificis plumbo, unde ad poſteros manarit, perdiu quæſivi, plumbo tã pretioſo ſeſe, credo, in viſcera terræ rurſus abdente, ut ne cuiquam prædæ eſſet, cum ſoli Romani pontifices eo utantur. Equidem ſatis conſtat Agathonem, quo ſedente, magna ſedi facta eſt honoris acceſſio, *ut ſuprà libro 4. demonſtravimus*, in cera annulo impreſſiſſe ſigilla: verum poſtea cum Rom. pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora forẽt, placuit Stephan. III. ac deinde Hadriano I. tabulas Apoſtolicas plumbo obſignari. Fuit is annus ſalutis DCCLXXII. cum ipſe Hadrianus factus eſt pontifex: nam antiquius nõ reperitur ſigillum plumbeum: quemadmodũ conſtat ante Carolum Magnum Imperatorẽ, literas auro obſignaſſe principum Romanorum neminem: At nũc literas cera impreſſa annulo ſigillatas dicimus, quod, *teſte Varrone*, ſigillare ſit claudere. Quis verò primus hujuſce rei autor fuerit, minimè proditur, etſi uſus eſt talis vetuſtiſſimus, quando jam inde à primordio orbis fermè conditi, mortales conſueviſſe annulũ digito ferre, pro ſigilloq; uſurpare, cõjicere licet *ex lib. Geneſ. cap.* 38. ubi extat, quemadmodum Judas feciſſet ſtuprum cum Thamar nuru ſua meretricio induta veſtitu, & promiſiſſet mulieri hœdum, fideiq; ſervandæ pignus dediſſet annulum ſuum, armillas & baculum, ac illa mox gravida, cum ad pœnam ſubeundam, more Judæorum rapta fuiſſet, per ſpeciem annuli oſtenſi ſeſe liberaſſet: Hunc autem annulum, ſunt interpretes veteris inſtrumenti qui ſigillum appellent, quod eo literas ſignarent, & in primis Sanctes Pagninus, quem mirificè delectat hebraicè paſſim loqui, ita ut vim verbi ignorare haud omninò potuerit. Atqui aliud rei iſtius teſtimonium clarius datur: namque Jezabel, ſeu Iſebel, (utrumq; enim ſcriptũ legitur) uxor

Plũbo literas obſignare.

Sigilla cerea

Sigillare.

Annus ſigillatorius.

Annulus Judæ.

Achab Samariæ regis, *ſicuti in libro eſt Regum tertio*, per literas nomine viri ſui annulo ejus ſignatas, Naboth hominem innocentem à civibus ejus interficiendum curavit, propterea quod ille negaſſet vineam ſuam marito vendere. Et Cicero *in Acad. quæſt.* de re ipſa meminit: Quid ſi in ejuſmodi cera centum ſigilla impreſſero? Ita incerto auctore, modus is quoq; ſigillandi literas increvit: quem uſus tantũ commodè retinuit. Sed ad collegia ſcribarum redeamus. Cum per hunc modum res domeſtica augeretur, Pius deinde ſecundus Joannis exemplum ſecutus, Breviatores creavit, in ordinemque redegit. Hos haud ita multo poſt Paulus exauctoravit, ſed velut ærario per utiles miniſtros Sixtus dein reſtituit, primuſq; nova collegia ſolicitatorum, adſtipulatorumq; inſtituit, ſine quibꝰ nullæ conficerentur tabulæ, quas Bullas dicunt, quo per hoc à pluribus examinatis difficilius corrumperẽtur: poſtremò novem Apoſtolici ærarii Notarios fecit, & iis omnibus certos proventus conſtituit, quo eorũ munia vendibiliora forent. Non fefellit opinio: munia, enim quæ principio quingentis veniere aureis, nũc alia mille, alia duobus tribuſve millibus venduntur, adeo qui ea obeunt, ſuis privatis rebus ſervire ſciunt. Hoc tam commodum inventum ineſcavit & Innocentium VIII. ipſius Sixti ſucceſſorem, ut ille Secretariorum (ſic vocantur ſecretiores principũ familiares, qui à ſecretis ſunt) collegium inſtituerit, priſtinũ augẽdo numerũ. Præterea Alexander VI. novum ſcriptorum breviũ collegiũ inſtituit, numero octoginta, vel eò amplius. His autem ſcribarum collegiis ingens quoq; Apparitorum, imò harpyjarum quibus, *ut poeta ait*, ſunt pallida ſemper ora fame, turba ſervit, quorum nonnullos olim tondendi oves optimè gnaros, id eſt, notarios & tabelliones, ut pauperum ſanguine victitantes. Nicolaus III. ab ſe rejeciſſe dicitur, ne omne degluberent pecus. At Alexander Imperator unicum integri-

Breviatores põtificii.

Bulla.

Notarii ærarii.

Secretariorũ collegiũ.

Apparitorum turba.

tatis ſpecimen, multò præclarius edidit exemplũ, vir etſi noſtræ minus profeſſor religionis. Is etenim nullũ unquam vendidit magiſtratũ, dictitans: Qui emit, neceſſe eſt vendat. Nec illud omiſerim, literas Apoſtolicas plumbeo ſigno munitas, in quibus Romanorũ põtificum decreta continentur, non inepte bullas appellari, quando φυλὴ, id eſt, bule Græcis dicitur & conſilium, & locus in quo conſultatur. Sed nos more noſtro mutato e in a, bula dicimus, ut ſit à muſice muſica: ac vocabulũ per duplex ll, perperam ſcribentes, minus elegans reddimus. Cæterum nullũ inventum majores Romano pontifici cumulavit opes, quam Annatarũ, quas vocãt, uſus, qui omninò multò antiquior eſt, quã recentiores quidam ſcriptores ſuſpicantur, & annatas more ſuo appellant primos fruct⁹ unius anni ſacerdotii vacantis, aut dimidiam eorũ partem. Sanè hoc vectigal jampridẽ, cum Romanus pontifex non habuerit tot poſſeſſiones, quot nũc habet & eum oportuerit pro dignitate, pro officio, multos magnoſque facere ſumptus, paulatim impoſitum fuit ſacerdotiis vacantibus, quæ ille conferret. De qua quidẽ re ut gravi ſæpè reclamatũ fuiſſe teſtatur Henricus Hoſtienſis; qui cũ Alexandro IIII. pontifice vixit, ſic ut Franciſcus Zabarella tradat poſthac in cõcilio Viennenſi, quod Clemens V. indixit, qui factus eſt pontifex anno ſalutis humanæ MCCCV. agitatũ fuiſſe, ut eo depoſito annatarum onere, vigeſima pars vectigalium ſacerdotaliũ penderetur quotannis Romano pontifici. & id quidem fruſtra. Quare põtifex annatas in ſua naſſa retinuit, ut ne indidẽ exire poſſent. *Atq; hæc omnia in cõmentariis in cap. inter cætera de officio ordinarii, ſcripta leges.* At qui ſatis cõſtat rationẽ fructuũ omniũ majorũ ſacerdotiorum putatam fuiſſe, & ſummam deductam, quæ cum vacarent, pontifici deberetur, quæ etiã nunc impertitur ab iis, quibus ea dantur ſacerdotia, id quod

Bullæ Pontificum unde dictæ.

Annatarũ deſcriptio, earumq; impugnatio & confirmatio.

poſtremo

poſtremò Bonifacius IX. ſeu Joannes XXII. primò, ſive rurſus, *quemadmodum ſuprà demonſtravimus*, fecerat, quibus idcirco fuerunt qui Annatarum inventum aſſignarint. At onus illud annatarum ab initio omnes generatim populi ſubire minus recuſarunt extra Anglos, qui ſuis minoribus ſacerdotiis, quando ea pontifex dabat, id ſervitutis imponendum non cenſuerunt. Nam Rom. pontifex minorum quoq; ſacerdotiorũ aliarum gentium, quæ ipſe confert, dimidiam capit vectigalium unius anni partẽ, ſi pluris 24 aureis æſtimẽtur. Et hoc annatarũ genus vel aliis de cauſis exigitur etiam ab Anglis, cum alia aliis ſacerdotia copulantur, ut ea fiat privati commodi copulatio, quæ cõmunis utilitatis diſiunctio eſt, cum conceditᵗ, ut quis retinere queat cum Epiſcopatu cœnobiove minora ſacerdotia; cum ſit poteſtas cuipiam retinendi ſacerdotium, quod per leges minimè licuiſſet principiò capere & cũ ſexcenta alia peraguntur ex Romani põtificis auctoritate, quæ ſi gratuitò, perinde ac Chriſtus fieri juſſerat, ſi quibus oportet & quando oportet concederentur, ſi in annatis ſaltem exigendis modus eſſet, cum grave ſit illis quib. ſacerdotia deferuntur, prius annatas & in numerato ſolvere, quam vectigalium quicquam ex ipſis capiant ſacerdotiis, undè grande faciant æs alienũ neceſſe eſt; damno etiam futurũ amicis à quibus mutuã accipiunt pecuniam, ſi quid ante humanitus accidat quàm eam reddant, nõ hinc profectò ſceleſti homines cauſam arriperent ad corruptelam religionis, quæ faxit Deus, ut illis correctis, incorrupta permaneat.

Annatarũ apud Anglos moderatio.

Annatæ ſacerdotibus permoleſtæ.

CAPUT III.

De Simoniacorum ſectæ ortu.

CUm Philippus, (*qui, teſte Euſeb. ex ſeptem Diaconis ab initio conſtitutus, fuit unus*) Samaritanos ad Chriſtianam religionem traxiſſet, tum vir quidã nomine Simon, qui antea magicam exercens artem,

Simon Magus.

eam gentem ſeduxerat, tandem credidit, & , *ut Lucas prodit* baptizatus eſt. Nec ita multò pòſt venerunt eò Apoſtoli Petrus & Joannes, ut per manus impoſitionem, eos qui nuper in Chriſtianorũ collegium veniſſent, munirent ſpiritu ſancto. Cum vidiſſet autem Simon per impoſitionem manuũ Apoſtolorum dari ſpiritum ſanctum; pecunia id demum à Petro impetrare conatus eſt, cum fide & pietate debuiſſet: cui Petrus dixit, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti per pecuniam comparari: non eſt tibi pars neq; ſors in ratione hac: cor enim tuum nõ eſt rectũ coram Deo, &c. Verùm Simon repulſus jam inde fuit Petro infeſtus; Romamq; ex Samaria profectus, cœpit ſub Claudio magicis artibus illuſtrari: deinde Nerone imperante, multo celebrior factus, inter duos pontes titulum meruit Latinis literis inſcriptũ, Simoni Deo ſancto. Tanta illius divinitatis erat opinio, cum apud multitudinem, tum apud ipſum Neronem ſtultiſſimum principem, cui ſtultis artibus inſinuatus pollicebatur, *prout Egeſippus libro 3. ait* perpetuum victoriæ curſum, longioraq; vitæ ſpatia. Poſtremò hominis temeritas uſq; eo progreſſa eſt, ut Petrũ ſit in miraculorum certamen provocare auſus, qui cadaver demortui pueri, & Neronis propinqui, magicis conatus artibus ſuſcitare, movit omninò aliquid, ſed mox illud, ut antea exanime jacuit, quod Petr⁹. Chriſti nomine, ut vi ſuâ ſurgeret, effecit. Quo miraculi eventu Magus irritatus, profeſſus eſt ſe Romano ſpectante populo ex Capitolio in Aventinum præpete volatu evaſurum, ſi Petrus ſequeretur, ut id factum facile declararet, uter Deo eſſet charior. Jam Simon à terra ſublimis vehebatur, cùm Petrus ſupplex eſt Deũm precatus, ne populũ in pejus omnia vertente magicis capi præſtigiis ſineret. Nec preces fruſtra miſſæ: medio.n. Magus conatu ad terram ruens, fracto crure, ſolo affigitur, ac brevi poſt ex eo caſu eſt Ariciæ extinctus.

Simon Romæ ut deus colitur.

Petrus & Simon miraculis certant.

Simõis magi interit⁹.

Digitized by Google

extinctus, quo poſt acceptam plagam fuerat à ſuis delatus: *auctor eſt idem Egeſippus.* Sic malum ingeniū malè periit, quod non unius hæreſeos origo fuit & caput. Hinc Simoniaci hæretici dicti, qui ſpiritus ſancti dona venalia habuerunt, quique affirmabant humanæ naturæ vim non à Deo eſſe, ſed ex ſuperna quadam virtute provenire. Ita vitio nomen inditum, quod Chriſtus prohibuit, ajens: Gratis accepiſtis, gratis date. Item Petrus vetuit, cum Simoni dixit, Pecunia tua tecum ſit in perditionem: id quod *lib. Regum* 4. legimus Gieſi Heliſæi puero contigiſſe, qui cum furtim munera à Naaman Syro, quem propheta à lepra ſanarat, accepiſſet, illico eſt ore & toto corpore eadem affectum lepra. Quot, quæſo, quotidie ægroti fierent, ſi quoties Simoniam committerent, Gieziana corriperentur elephantia? Non infertur pœna corpori, nec purgatio peccati per corporis ſupplicium conſtat, ſed per ignominiam, quando quiſquis res ſacras, quæ dona Dei ſunt, quoniam, *ut divus Urbanus ait*, à Deo hominibus, & ab hominibus Deo donantur, nundinatus fuerit, emerit, aut in his pactis proxenetam ſe præbuerit, privatur ſacerdotio, dignitate, ac præfectura dejicitur, infamis habetur, multiſque aliis afficitur probris, quæ lib. Decret. Epiſt. 5. latè recenſentur. Tanti criminis ſola eſt avaritia parens.

Simoniaci hæretici.

Gehaſius punitus.

Pœna Simoniaci.

CAPUT IV.

Quando primum Hæreſes atque Schiſmata orta, ac in his Lutherana ſecta: & quæ eorum auctoribus ſit pœna conſtituta.

NUlla unquā Reſpublica, nulla civitas ita concors fuit, quin cives una vel altera de cauſa, in diverſa interdū abiverint ſtudia, quod omnib' præſertim hiſtorias non ignorantib', notius eſt, quā ut exponi debeat. Hinc igitur factiones ortæ, quæ in varias ierunt

Sectarum origo.

αἱρέσις. ſectas quas Græci hæreſes ab eligendo vocant, quod quiſq; eligat, quæ ſequatur vitæ inſtituta, ut fuerunt philoſophorum ſectæ. Sic Judæorũ populus, quamvis eandem amplecteretur legem, in varias diviſus fuit ſectas hoc eſt, hæreſes, Phariſæos, Eſſenos, Sadducæos, Samaritanos, Nazarenos, Herodianos. Paulus ipſe Apoſtolus Phariſaicæ fuerat hæreſeos. Sic populus quoque Chriſtianus, *ut ſupra enarravimus*, in plures dividitur ſectas. Cæterum cum nos Dei Apoſtolos habeamus religionis auctores, qui nihil quicquam ſuo arbitratu quod introducerent, elegerũt optaveruntve, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter gentibꝰ tradiderunt: hinc factum, ut nobis nihil pro noſtro jure eligere vel introducere liceret, & vocabulum hæreſis impium inhoneſtumq; haberi cœperit. Ab hoc Theologi noſtri hæreticum vocant eum Chriſtianũ, qui ſectam aliquam vel inſtituit, vel ſequitur, adverſus fundamenta religionis.

Hæreticus quis.

Hujus nefariæ impietatis, hoc eſt, omnis hæreſis caput & principium, *teſte Tertul. lib. de Hæreſib.* Simon magus fuiſſe fertur, qui accepto ſimulatè baptiſmate, primus omniũ Chriſtianam religionẽ modis omnibus labefactare conatus eſt, à quo ejus ſequaces Simoniaci dicti, *ut proximè docuimus* gratiam ſancti ſpiritus venundari volebant, & naturam noſtrã non à Deo, ſed ex ſuperna quadam vi eſſe prædicabãt.

Simon Magus.

Simoniaci.

Ita Simon ſtatim ab initio, virus tabificum in medium vomit, quo radices creſcentis religionis enecaret. Cui malo Apoſtoli repugnare magis, quàm illud exſtirpare potuerũt, quo ſemper eſſent pſeudoprophetæ, quibus, ſicut Servator admonet, caveremus, quippe qui veniunt ad nos in veſtimentis ovium, ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces. Itaq; Simoni, *auctor eodem Tertull.* Menander patria etiam Samaritanꝰ ſucceſſit: is magicã arte nequaquam magiſtro inferior, majora paſſim patrabat portenta, ſe ipſum Servatorem jactitans, ad ſalutem hominum e cœlo deſcendiſſe aſſerebat, nec quen-

Menander.

quam

quam poſſe dæmones malos vincere, niſi foret ab ſe magicis armatus diſciplinis, ac per baptiſma ab ſe quoque datum, immortalis atq; æternus effectus. Ita immortalitatem homo mortalis dementer ſectatoribus ſuis pollicebatur. Eſt per idem tempus & Nicolajanorum exorta hæreſis, cujus auctorem ferunt Nicolaum advenam Antiochenum, unum ex ſeptem diaconis ab apoſtolis cum Stephano factis, quod is, prout perhibet Clemens Alexandrinus, zelotypiæ ægritudine laborãs, & reprehenſus ab Apoſtolis, produxiſſet uxorem formã excellentem in medium, reliquiſſetq; illam habẽdam, qui eam concupiſceret: & inde ortum, ut iſti arbitrarentur, fas eſſe, communes habere uxores, cum revera Nicolaus nihil ſimile unquã cogitaſſet, vir pius & bonus qui apoſtolorum dicto audiens, ideo uxorem in medium duxiſſe videtur, ut per id argueret Veneream voluptatem magis contemnendam, quam expetendam eſſe; id quod ſentit Euſebius, qui dicit Nicolajanos ut impudentes, non aliunde niſi à ſuis libidinib⁹ fœdum vitæ inſtitutũ accepiſſe. Iiſdẽ quoq; temporib⁹ Cerinthus aliquid etiam ſceleris auſus, circunciſionẽ ſervandam & homines mille annos poſt reſurrectionẽ in voluptate carnis futuros prædicabat. Hunc Euſebi⁹ ait, Epheſum eſſe aliquando profectũ & fortè in balneas introiſſe, ac eodem temporis puncto apoſtolũ Ioannem eo ſeſe lavandi gratiã contuliſſe, & cum audiſſet Cerinthum intus eſſe, diſceſſiſſe continuo dictitantẽ. Fugiamus hinc, ne balneæ ipſæ corruãt, in quibus Cerinthus lavatur veritatis inimicus: manifeſto argumento hæreticos ut humanæ vitæ exitiales eſſe vitandos, ſicuti Apoſtolus etiam jubet. Erupit vel id temporis Hebionis hæreſis, Chriſtum aſſerentis ante matrem non fuiſſe: quam Joannes ut infringeret, poſtremus omnium ad Evangelicam hiſtoriam aggreſſus dicitur, qui aſſerturus divinam Chriſti naturã, ett altiſonum illud exorſus, In principio erat verbũ. Per idem

Nicolaitæ.

Cerinthus.

Heretici fugiendi.

Ebioni.

quoque temporis aliquot alii extitere viri docti, qui de re Chriſtiana non tam ſubtilius quàm malitioſius, exquirentes, facilè in errorem deducti ſunt, & in primis Baſilides Cerdo, qui aſſerebat duo fuiſſe principia contraria: & ejus diſcipulus Marcion Stoicus, qui negabat Chriſti patrem fuiſſe Deum, Valentinianus Platonicus philoſophus, is ajebat Chriſtum nihil accepiſſe ex virginis corpore, quod per illud tanquam per fiſtulam purus tranſiſſet. Montanus, qui ſe paracletum vocitabat. Appelles, is tradebat Chriſtum per phantaſias Deum viſum eſſe hominibus. Sabellius qui unam duntaxat patris & filii & ſpiritus ſancti perſonam eſſe dicebat, & Paulus Samoſatenus, is duas in Chriſto naturas negans, affirmabat illum à matre tantum originem duxiſſe, ac eam poſt Chriſtum natum, è Joſeph viro ſuo alios genuiſſe filios. Atq; hęc hæreſium origo. Qui nempe furor diu bacchatus, tot & magnos quidē viros in diram ſubinde rabiē egit, ut ejuſmodi impietatis veneno infecti, [illegible] introduxerint ſectas, totque eas reſferſerint erroribus, ut penè plus in illis ex mentib⁹ hominū eximendis ſit ad extremū laboratū, quam principio fuerit in jaciendo religionis fundamēto inſudatū. Ab ejuſcemodi ſingularibus privatorum hominū opinionibus; quas hæreſes dicimus, itū eſt ad publica diſſidia, quæ grajâ voce ſchiſmata nuncupant. Hæ duæ germanæ peſtes, duæ diræ contagiones ita ab initio concordiam ſacerdotum disjunxerūt, ut deinde ambitione creſcentē, diu conflictatum ſit. Ejus diſſidii primus omnium auctor fuiſſe traditur Novatus Rom. presbyter: is enim Epiſcopatus adipiſcendi avid⁹ nihil penſi habebat, quomodo optati compos fieret, qui aliud corde diſſimulans, aliud ore ſimulans, doloſis verſutiiſq; conſiliis nonnullos optimos ſacerdotes ſeductos ſibi copulavit, quorum ſuffragiis juvaretur. Verum illi, *ut apud Cyprianum & Euſebium eſt*, ubi cognoverant hominis ambitionē, ſe ab eo ſejunxerūt: at quos

Baſilides. *Marcion.* *Valentinianus.* *Montanus.* *Apelles.* *Sabellius.* *Samoſatenus.* *Hæreſeon fecunditas.* *Σχίσματα.* *Novatus.*

at quot ſui ſimiles ſibi ſociavit facile in fide retinuit. Eo itaq; annitente, Novatianus homo gloriæ cupidus, pontifex factus, omnes ſui dogmatis ſectatores, mundos appellavit. Negabant ii apoſtatas, etiamſi pœnituiſſet, eſſe recipiendos, velut parum liquido documento demonſtraſſet Chriſtus à pœnitentia nulli negandā eſſe veniam, qui Petrum, à quo ter fuerat abnegatus, in integrum reſtituit. Apoſtatas autem appellant eos, qui à priori vitæ inſtituto abſcedunt. Sed Cornelius pontifex habitâ in urbe Roma antiſtitū ſynodo, Novatianum hæreticū pronuntiavit, damnavitq; unà cum Novato, ac reliquis ejuſdem ſectæ ſociis. Ita Novatus circiter annum ſalutis CCLV. primi ſchiſmatis auctor fuit, Cypriano vel teſtificante, qui *Epiſtola* 8. *lib.* 2. *ad Cornelium* ad hunc modum ſcribit. Novatus rerū novarum ſemper cupidus, avaritiæ inexplebilis, rapacitate furibundus, arrogantia & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſthic Epiſcopis male cognitus, curioſus ſemper, ut perdat: ad hoc adulatur, ut fallat: nunquam fidelis, ut diligat: fax & ignis, ad conflanda ſeditionis incendia: turbo & tempeſtas, ad fidei facienda naufragia: tranquillitatis adverſarius, pacis inimicus. Idem eſt Novatus, qui apud nos primū diſcordiæ & ſchiſmatis incendiū ſeminavit, &c. Octogeſimonono dein poſt anno, eſt alterum ſchiſma ortū, quod ſacerdotalem ordinem maximè afflixit. Arrius .n. presbyter Alexandrinus, principe Conſtantino Magno ſectæ fuit auctor, quæ ab æterna Dei patris ſubſtantia, quam vocant filium conabatur ſeparare: cujus ſententia etſi in concilio Niceno eſt exploſa, attamē duravit perdiu poſtea contagio: nā latius opinione omniū hominum, malū hoc diſſeminatū eſt: manavit .n. per bonam orbis partē, & nō obſcurè ſerpens multas provincias occupavit. Tertium deinde ſecutum eſt ſchiſma, cum Damaſus factus eſt pontifex: non .n. ſuffragiis tantùm eſt certatum, ſed vi quoq; & armis. Et hæc fœ-

Novatianiſmus.

Apoſtata.

Arrius.

Schiſma de electione pontificis.

da pontificium cõtentio in hodiernum uſq; diem hoc latius proſerpſit, quo honorum ambitio in dies magis magiſq; ſacerdotes invaſerat. Quartũ poſtremò vidit religionis diſſidium noſtra ætas, novitate rerum nimis ſolicitã, cum Leo x. Rom. pontifex illo ipſo anno, qui

Indulgẽtia. fuit humanæ ſalutis M D X V I I. haberet etiam in Germania procuratores indulgentiarum, quas vocant, & illi ſuæ quoque utilitatis ſtudio prædicarent eas indulgentias non ſolũ valere ad ſalutem vivorũ, verum etiã ad ſublevandas mortuorũ animas, quæ in purgatorio, quod dicitur, eſſent. Tum VVittembergæ in oppido

Martinus Lutherus. Saxoniæ celebri præſtò fuit quidam Martinus cognomento Lutherus, Auguſtinianus monachus, homo in theologia apud ſuam gentem primarius, qui illud improbarit. Procuratores ea re valde cõmoti primo quoque tempore Romam ad magiſtratus deferunt nomẽ Lutheri: is continuo ut deorum contemptor accuſat, citatur, cauſa agitur, ſed quia ad diem dictam non adfuit Romæ præſens, ut reſponderet, paulò poſt declaratur hæreticus. Verùm quoniam ejuſmodi indulgentiarũ quæſtus jam in odia hominũ cum procuratorib[9] incurrerant, permulti magni viri, Martino protinus

Fridericus dux Saxoniæ. adjumento fuerunt & in his Fridericus Saxoniæ dux, qui Lutherum conſilio, auctoritate, armis deniq; tegeret, ne ulla eum vis attingere poſſet. Lutherus igit tali præſidio munitus, paucis poſt menſibus non dubi-

Thomas Cajetanus Cardinalis. tavit ire Auguſtam, quò Thomas Cajetanus Cardinalis S. Sixti, monachus Dominicanus ejus turbæ reprimendæ gratiã à Leone legatus fuerat. Ibi cum Thoma acriter confligatur, de indulgentiis, de pontificis Rom. poteſtate diſputat: ſed veritus ne Cardinalis ad extremum rem omnem magis imperio quam diſceptatione definiret, idque ſibi timens, domum rediit, ac tum faventibus amicis, majora auſus, de omnibus denique religionis myſteriis ſcribere, ſuaque ſcripta foras dare cœpit. Ita licentiã partã loquendi,

ſecta

ſecta brevi tempore mirabiliter crevit,quæ Evangelica dicta eſt,eò quod haud ullam aſſeveret recipiendã eſſe legem,quæ ad animarum ſalutem pertineat,niſi quam Chriſtus aut Apoſtoli dediſſent: primumque eo anno MDXIX. ſuum veſtigium in terris poſuit, manſurum, ut videtur quoad Chriſtus ipſe populum ſuum, culpa rectorum ita in duas ſectas ſejunctum,rurſus coiverit, à quo iſtud optimus quiſq; maximè petere precarique debet,ut ne major indidem fiat religionis labes. Pœnã autem quæ hæreſium auctores ſequeretur, primum Apoſtolus conſtituit,ad Titum ita ſcribens: Sectarum auctorem hominem poſt unam & alteram admonitionem fuge, ſciens quod everſus ſit qui ejuſmodi eſt, & peccet,per ſe damnatus. Deinde Chryſoſt. *homil 47. in cap. 13. Matth. ubi de Zizaniis fit ſermo*,alteram ponit, cum inquit: Non prohibet Dominus conciliabula hæreticorum diſſipare,ora obſtruere,libertatem loquendi concidere,verùm interficere ac trucidare. Dein anno ſalutis humanæ CCCXXIV. Nicena ſynodus, *teſte Platina, in Sylveſtri Roman. pontif. vita*, aliam pœnam Arrio conſtituit, qui cum ſua cohorte in exilium ire coactus eſt. Poſthac circiter annum ſalutis CCCLXXXVIII. Theodoſius & Valentinianus Imperatores mulctandos decreverunt hæreticos damnis, ignominiis,verberibus, exiliis & morte, quemadmodum extat in Codice juris civilis *leg. Arriani*, ubi lege ſanctum eſt,ut iſtuc maleficum hominum genus ultimo afficeretur ſupplicio. Hoc edictum Hoſtienſis *in ſua Summa ſuper titulis Decretalium* explicans ait: Et licet in hæreſi lex imponat pœnam ultimi ſupplicii,quod, ultimum ſuppliciũ alia lex, *ff de pœnis*, interpretatur mortem: de conſuetudine tamen tal.s cremantur. Idẽ Abbas *poſt Hoſtienſem, ſuper illud capit. ad abolendum, extra de hæreticis*, ſentit ſcribens: Sed jus civile punit hæreticum capitali pœnã, ſeu pœnã mortis, *ut l. Arriani. Cod. de hæreticis, conjuncta l. ultimum ſuppliciũ*,

Evangelica ſecta.

Pœna hæreticorum.

ff de pœnis: & hanc pœnam eſſe debitam interpretatur conſuetudo. Convenit ergo in hoc lex canonica, civilis & conſuetudinaria, ut communiter puniatur pœnâ ignis. Poſtremò anno ſalutis circiter MCLXXX. Federicus I. Rom. Imperator legem de comburendis hæreticis tulit, *velut in quadam ejus conſtitutione patet, cujus initium eſt, Ut commiſſi.* Ex quo factum eſt, ut per idem tempus Lucius III. Rom. pontifex ſtatuerit hæreticum hominem ſacris initiatum primò deſecrandū mox verò tradendum locorum magiſtratibus, quo igni necaretur, *uti eodem cap. ad abolendam extat.* Atqꝫ hoc equidem ex Moſis inſtitutis acceptum ſatis liquet qui primus omnium doctores impios & peſtiferæ doctrinæ magiſtros morte mactandos conſtituerat, cum ita dea re *in Deut. c.13.* ſanxiſſet. Si ſurrexerit in medio tui propheta, & dixerit tibi, Eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſerviamus eis: non audies verba prophetæ illius, quia tentat vos Dominus Deus veſter, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. Propheta autem ille interficietur, quia locutus eſt, ut vos averteret à Domino Deo veſtro. Et addit: Si tibi idem voluerit perſuadere frater tuus, aut filius tuus, vel filia, ſive uxor, aut amicus, non acquieſcas ei, nec audias, ſed ſtatim interficies: ſit primum manus tua ſuper eum & poſt omnis populus mittat manum, & ſic lapidibus obrutus necabitur. Si audieris in una urbium tuarum dicentes aliquos, Egreſſi ſunt filii Belial de medio tui & averterunt habitatores urbis tuæ, quære diligenter. & rei veritate perſpecta, ſi inveneris certum eſſe quod dicitur, ſtatim percuties habitatores urbis illius in ore gladii, & delebis eam. Quicquid etiā ſuppellectilis fuerit, congregabis in medio platearum ejus & cum ipſa civitate ſuccendes. Hinc igitur hæreticos morte afficiendi ac poſtremò vivos cremandi ritum manaſſe certò propemodū ſcire licet. Atqui eò redeat, unde aberravit, jam oratio. Iis autem ſanandis animorum

Ritus hæreticos comburendi.

Lex Moſaica de hæreticis interficiendis.

Ratio ſanandi Hæreticos.

rum morbis, nullum efficacius inventum eſt remediũ, quàm ſępius habere concilia, in quibus ſingulorum patefacta ſacerdotum pariter ac profanorum hominum vita, antiſtites ut peritiſſimi medici maturè poſſent mederi ex adverſa valetudine laborantibus. Hinc igitur ad illud tam ſalutare medicamentum explicandum, jam ſtylus ſe commodum transferat.

CAPUT V.

Quo primùm tempore pontificum Concilia publicè haberi cœperint, atque quorum Conventuum Decreta à patribus recepta ſint.

VETUS fuit mos, tam apud Hebræos, quàm apud alias gentes habere concilia, & in iis deliberare de rebus agendis: ſic conſtat Moſen & Joſue, *teſte Joſepho*, ſæpè facto populi conventu conſueviſſe agere: ſic Ægyptios ac Perſas, *ut auctor eſt Herodotus*, itidem factitaſſe: ſic Apoſtolos in unum conveniſſe locum, cùm Matthiam in numerum undecim cooptarunt, cũ ſeptem diaconos elegerunt, cum auctoritate Petri & Jacobi decretum eſt, ne gentes onerarentur lege Moſaica, ſed tantum abſtinerent ab eſca ſuffocati animantis; item ſanguinis & carnium ſimulachris immolatarum, ac ne ſtuprum facerent. Nam tum ipſorum tam Apoſtolorum quam preſbyterorum ſynodus coacta eſt, *teſte Luca in Actis cap. 15. ita ſcribente:* Surrexerunt autem quidam de factione Phariſæorum, qui crediderant, dicentes quod oporteret circuncidere eos, ac præcipere, ut ſervarent legem Moſis: conveneruntq; Apoſtoli ac preſbyteri ut diſpicerent de hoc negotio. Hinc nata eſſe videtur conſuetudo habendi concilii. Cornelius quod ſatis liquet, primus omnium in urbe Roma, ſexaginta epiſcoporum, totidem preſbyterorum ac cõplurium diaconorum conventum fecit, in quo, uti ſupra prodidimus, Novatiana eſt hæreſis damnata:

Conciliorum uſus.

Decretum Synodi Hieroſolymit.

Prima Synodus Romana.

meminit

Carthaginenſis. *Antiochena.*

meminit & Cyprianus per idem tempus epiſcoporum conventũ Carthagine eſſe actum. Legimus præterea apud Euſebium patres bis, hoc eſt, ſemel Dionyſio, deinde Felicem ſedente, cõveniſſe Antiochiã contra Paulũ Samoſatenũ ejus civitatis epiſcopum, atq; illum demũ damnaſſe.

Pauli Samoſatent inſolentia & error.

Is enim Paulus vir intolerabili ſuperbiâ, ſimul atq; eſt epiſcopatum adeptus, cœpit inter viã præ inſolentia literas relegere, & dictare, multis conſtipato agmine præcedentibus, ac ſubſequentibus: unde propter hominis arrogantiam, pleriq; Chriſtianã religionem deteſtabantur. Ab hoc Paulo opinor noſtros pontifices pomparum ordinem, quem nunc ducunt, accepiſſe. Paulus demum qui duas in Chriſto naturas negabat, ſed tantum hominem affirmabat, idq; ab Apoſtolis olim traditum falsò dictitabat, in eo concilio criminis convictus damnatur. Sed tunc cum principes Romani, quorum imperio regebatur orbis, paſſim in Chriſtianum nomẽ ſævirent, illa non tam publica quã privata concilia fuiſſe, credere par eſt: at ubi Cõſtantinus religionem noſtram, ita volente Deo, eſt complexus, tunc denique noſtris de Chriſtianæ rei ſumma agitare publicè licuit.

Nicenum Concilium.

Ex quo Nicenus frequens conventus Conſtantino imperante habitus, & primus & celeberrimus omnium meritò cenſetur, velut certum religionis firmamentum. Pari quoque habentur honore & quinque alii in terra Græcia facti, quorum quatuor dogmata, *teſte Gratiano diſt. 15.* velut quatuor Evangelia recepta ſunt. Primus itaque conventus ad Niceam Bithyniæ urbem opera Conſtantini eſt actus, ubi CCCXVIII. interfuere epiſcopi, in quo Arrius, cujus paulo ante meminimus, damnatur hæreſeos. Fuit hic annus ſalutis CCCXXIIII. quo quidem tempore Sylveſter I. Apoſtolicam tenebat ſedem.

Conſtantinopolitanũ.

Conſtantinopolitanus alter ab eo, quem primum dicunt, Damaſo pontifice. In hoc res acta eſt contra Macedonium & Eudoxum, negantes Deum eſſe

ſpiritum

ſpiritum ſanctum. Tertius Epheſinus Cœleſtino primo Romanam ſedem tenente, in quo Neſtorius Conſtantinopolitanus epiſcopus damnatus, qui Mariã hominis non Dei matrem fuiſſe ajebat, quiq; aliam perſonam carnis dicebat, aliam divinitatis. Chalcedonius quartus, Leone primo pontifice. Eutychianus error eſt in eo diſcuſſus. Fuit Eutyches Conſtantinopolitanus abbas, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis conſtitiſſe, ſed ſola divina fuiſſe contentum. Hæc ſunt quatuor illa ſacroſancta Concilia, unde religio auctior auguſtiorque facta eſt, quæ D. Gregorius admittenda cenſuit, ita memorans: Sicut ſancti Evangelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & venerari me fateor, hac tota mente cõplector, integerrimâ approbatione cuſtodio, quia in iis, velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuslibet vitæ communis atque actionis norma conſiſtit. Quintus, conventus eſt Byzantii, juſſu Vigilii pontificis habitus, quo Theodorus oppugnatur. Ajebat impius Theodorus, divam virginem ſolũ hominem peperiſſe, non Deum & hominem, eſtque in ea ſynodo decretum, ut Chriſti mater Θεοτόκος, i. Deũ pariens diceretur. Hanc quoque *teſte Gratiano* D. Gregorius pari veneratione recepit. Sextum Conſtantinus IV. Imperator Agathonis juſſu, conventum ducentorum epiſcoporum & eò amplius, Byzantii quoque faciendum curavit, quo Macarius Antiochenus damnatur. Et tunc Hadrianus I. cum omnibus canonibus ſuis, *ut 16 diſtinct. patet*, ultrò recepit. *De hac ſexta ſynodo, Bedas iisdem abundè meminit in eo libello, quem de temporibus ſcriptum reliquit.* Præterea alia alibi deinde concilia habita ſunt, quæ *in canonicis decretis* à Gratiano diligenter ponuntur. Item ut nullum conventum indici, nullumque à quibusvis actum haberi ratum liceret ſine Romani pontificis auctoritate, Marcellus primus omnium ſanxit, deinde JULIUS & Da-

Epheſinum.

Chalcedonium.

Conciliorũ authoritas.

Byzantin. conventus.

Θεοτόκος virgo.

Byzantinũ concilium.

Pontificis Romani authoritas in Conciliis habendis.

& Damaſus & Gregor. illud idem ſtatuere. Verùm ut decretum illud frugiferum quondam religioni fuit, quando eo demum modo hæretici ubique exſtirpati, eorumque conventicula ſimul infracta ſunt, ita deinceps nihil attulit commodi, cum per id jam penè deſitum ſit à conciliis habendis, in quibus cuncta ex æquo tractarentur, pontifice Romano ejuſmodi negotium non magnoperè curante. Quapropter cum jam diu cōpertum foret, illud ſolum Chriſtianæ Reipub. quocunque tēpore obſuiſſe Martinus V. ſtatim pontifex creatus in Conſtantiano conventu, in quo peſtilentiſſimū trium pſeudopontificum ſchiſma eſt ſedatum, ſicuti apud Platinam ſcriptum leges, decrevit ut decimo ſaltē quoq; anno Rom. pontifex, & omnes Chriſtiani principes in unum locum coirent, de ſumma rei conſulturi: quod hactenus minimè eſt ſervatū, quamobrē religio in dies ſingulos maj⁹ pculdubio damnū facit. Eo quoque ſpectat Niceni cōventus decretū, quo cautū eſt ut epiſcopi, quotannis pvinciales ſynodos bis celebrarēt, ad ſuos, quaten⁹ op⁹ eſſet, aliorūq; mores corrigendos.

Decretum Concilii Niceni.

CAPUT VI.

Qui ex alienis & externis primi noſtros Chriſtianos inſectati fuerint, & ibidem qui Martyrii primùm palmam tulerint; atq; unde dictum, quidve ſit Martyrium.

Veritatis præſtantia.

PLato in ſua republica veritatem in primis cultam voluit quod ea Diis & hominibus Dux ſit omniū bonorum, cujus qui felix futurus ſit, ſtatim ab initio participem eſſe decet. Veritatis docendæ causâ Chriſtus in mundum venit, dicens: Ego ad hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Conflavit ſibi invidiam ob hanc rem Servator apud Judæos, ita ut ab eis immerito ſuo ſit neci deditus. Sic Veritas apud mortales veritatis inimicos, ſibi ma-

Veritas odium parit.

ſibi malo ac ſuis cultoribus pariter bono non fuit, nam prima à Judæis orta eſt, *ut atteſtatur Euſ.* in Chriſtianos perſecutio: Cum enim Apoſtoli præceptoris veſtigia ſecuti nuntiarent verbum veritatis, & Petrus ante alios coargueret Judæos iniquitatis, quod Chriſtũ tradidiſſent morti, hortareturq; ad pœnitendum, eò furoris invecti ſunt, ut Stephanum diaconum occiderint. Is enim eo ferè biennio, quo paſſus fuerat Chriſtus, cum iis de re divina in certamen deſcendit, qui variis nominibus dicti ſunt, Alexãdrini, Cyrenaici, Cilices, Aſiani. Ibi cum plures & docti, ut ipſi videri volebant, uni non reſiſterent, ſed cœleſti ſapientia, qua supernè erat inſtructus juvenis, obruerentur, cum fremitu & indignatione circunſtabant Stephanum, vixq; manus præ nimia ira abſtinebant. Interim verò teſtatur ille ſe cœleſtem Gloriam intueri, majus adhuc in ſe odium concitavit, eam enim vocem ut impiam litigatores abhorrentes facto in illum impetu, urbe ejiciunt, ejectũ lapidibus obruunt. Sic primus omnium Stephanus Chriſtianæ religionis publicus aſſertor, mortem occubuit. Tum *ſicut Lucas ait*, erupit perſequutio magna adverſus Chriſtianos qui erant Hieroſolymis, & omnes diſperſi vel potius diſſeminati ſunt per regiones Judææ & Samariæ, præter Apoſtolos, ut afflictionis occaſio *quemadmodum D. ait Hieron.* fieret Evangelii ſeminarium, quando illi id paſſim prædicabant. Cum verò primum Chriſtianum nomen inter gentes audiri cœpit, tum ut diis inviſum infenſius illis odio fuit; utpote quod jamjam præſagiebant reliquas eſſe religiones ſoluturum, quod impenſe avertere conati ſunt ſemper vanorum deorum cultores: Nã Athenienſes Diagoram philoſophum ex urbe ſua depulerunt, eò quod, *ut Cicero de Natura deorum tradit*, deos negaſſet, & omnem deorum opem, quò ſic animos hominum à religionis cultu avocaret. Iidem Socratẽ damnarũt, quia novam religionem introducere viſus eſt, qui per Ariſtopha-

Perſecutio prima Chriſtianorum.

Stephanus primus martyr.

Diagoras.

Socrates.

ſtophanem poëtam comicum in comœdia quam Nebulas inſcripſit, falſo culpatus eſt, quod fabulas coleret, & de Athenienſium religionibus detraheret, ac pubem ſeduceret. Item ne plura commemorando unius rei exempla, longius à propoſito trahamur, Romani cum duas reperiſſent in agro Lucii Petilii ſcribæ ſeu Terentii, ut Varroni placet, arcas lapideas, quarum in altera corpus Numæ regis, in altera libri reconditi erant, Latini ſeptem de jure pontificum, totidemque Græci de diſciplina ſapientiæ: latinos, *auctore Valerio*, magnâ diligentia ſervandos curarunt: Græcos quia ex aliqua parte ad ſolvendam religionem pertinere exiſtimabant, cremarunt. ita in ipſo introitu novæ alicujus religionis obſiſtere ſtudebant. Unde Nero princeps majorū ſuorum curam ſacrorum æmulatus, cum audiviſſet Petrum & Paulum in urbe novū Evangelii dogma prædicare, novamq; religionem inducere, indignatus, haud multo poſt utrunq; morte affecit, ac indixit perſecutionem, quæ ſecunda fuit in Chriſtianos; ſiquidem primam, *ut ſupra ex Euſebii teſtimonio oſtendimus* inſectationem inchoarunt Judæi. Sunt tamen qui hanc Neronianam primo ponant loco, ut primam Imperatorum juſſu motam. Et ut Romanum populū homo ſceleratiſſimus concitatiorē in noſtros redderet, tale facinus comminiſcitur. Cum per cuncta jam crudelia facinora, velut humani generis peſtis, eſſet debacchatus, ne patriæ etiam parceret, ſeu deformitate veterum ædificiorum offenſus, ſive, uti quidam ferunt, cupidus Trojæ ardentis ſimilitudinem cernendi, majorem urbis partem incendit. Sex continuos dies ac totidē noctes illud incendium per urbis ædificia ſacra & profana pervaſit, & multas civium fortunas abſumpſit. Ad levandam igitur ſceleris atrocitatem, omnem cladis illius invidiā in veræ pietatis cultores viros innocentiſſimos rejecit, ſubornatis qui Chriſtianos ejus incendii auctores falſo criminarentur. Quapropter plurimi illuſ ordinis

Arcæ duæ lapideæ Romæ inventæ.

Nero Chriſtianorum perſecutor.

Neronis incendium.

ordinis arrepti ſunt ſupplicio affecti. Cæterum quàm procul ab omni maleficio noſtri Chriſtiani eſſent, Taciti Cornelii declarant verba, qui Chriſtiano fuit nomini valdè inimicus: is, Non perinde, inquit, tam crimine incendii quàm odio humani generis convicti ſunt. Et deinde pergit: Addita pereuntibus ludibria, ut ferarum tergorib. contecti, canum laniatu interirēt: aut crucibus affixi, ubi dies defeciſſet in uſum nocturni luminis urerentur. Tranquillus item delirus pietatis hoſtis ait: Afflicti ſuppliciis Chriſtiani genus hominū ſuperſtitionis novæ & maleficæ. Ita principes Rom. ab initio, ſicut D. Cyprianus veriſſimè ait, in odiū noſtri nominis conjurarunt, ut nos odiſſe inciperent homines ante quā noſſe, ne cognitos aut imitari poſſent, aut damnare non poſſent. Nec ita multo poſt Domitianus tertiam in Chriſtianos molitur perſecutionē, Trajanus quartam, Marcus Antonius & Lucius Aurelius Commodus quintam, Severus Pertinax ſextam, ſeptimam deinde movet Maximinus, octavam Decius, nonam Valerianus, Aurelianus decimam, Diocletianus undecimā ab illa prima Judaica, à Neroniana verò decimum tenet locum: quem ordinem ſcriptores nõnulli ſervant. Porro hæc omnib. omnino diuturnior immaniorq; eſt habita: nā *ut Euſeb. tradit*, & libri ſacri exuſti ſunt, & ſi quæ eſſent ſacræ ædes, dirutæ: præterea ſi quis Chriſtianus in magiſtratu fuiſſet, eo ſublato, remanebat infamis: ſervi Chriſtiani libertatē conſequi non poterant: milites item Chriſtiani cogebantur aut idolis immolare, aut militiā cum vita pariter deponere, edicto principis in foro poſito. Poſtremò Maxentius, Lucinius, & Maximianus, tres uno tempore cū Conſtantino principes, Chriſtianis maximè infeſti fuêre, quib. meritò affectis ſupplicio, Conſtantinus ſolus rerū potitur, qui certam & ſtabilem dedit noſtris pacem. Inter has autem ſæviſſimorum principum cruentiſſimas inſectationes non defuere unquam, qui contemnentes

Chriſtiani Romanis inviſi.

Perſecutiones in Chriſtianos variæ inſtitutæ.

Perſecutio atrociſſima.

Conſtantia Chriſtianorum.

juſſa atq; minas illorum, tradiderint corpora ſua propter religionem ſervandam ad ſupplicia, quo mererentur habere coronas perpetuas: nam, ut Apoſtolus ait, non coronatur niſi qui legitimè certaverit. Hoc conſilium ex Chriſto Servatore eſt, dicente: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuã, & ſequatur me: Idem præmium ſequentibus ſe proponit, cum inquit: Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Hujus ſpei plenus, ac ut plus quam propheta futurorum nequaquam neſcius Joannes Baptiſta, primus veritatis cauſâ, hoc eſt, quod inceſtas Herodiadis, *uti Lucas tradit*, execraretur nuptias, vel quia, *ſicut Joſepho placet*, ex concurſu, qui magnus ad eum fiebat orta eſſet novi motus ſuſpicio, morte ab Herode affectus eſt: qui jure primitiæ martyrum dici poteſt. Verumtamen cum omnia noſtræ religionis myſteria à paſſione, quam vocant, Chriſti, ut tum conſummata cœpiſſent, teſte Hieron. *adverſus Jovinianum* qui ait: Neq; enim Evangelium ante crucem Chriſti eſt, ideo Stephanus Levita, qui *ut ſupra diximus*, ab ipſo ſtatim naſcentis Evangelii principio primus omnium Chriſtianum nomen publicè profeſſus martyrium tulit, eſt protomartyr habitus. Cyprianus verò rem altius repetens, id Abel juſto tribuit, dicens: Imitemur fratres chariſſimi, Abel juſtum, qui initiavit martyrium, dum propter juſtitiam primus occiditur. Sed de initio martyrii Chriſtianorum hic agitur, quod quale ſit, jam opportunè dilucidemus. Μάρτυρες enim græcè teſtimonium dicitur, & apud nos idem ſignificat ab effectu, ſicut mors vocitatur pallida, quod qui ſupplicium religionis cauſâ perferunt, ii teſtimoniũ tribuant virtutis egregiæ veræq; pietatis, qua Deum colunt: & martyres dicti, qui aliis teſtimonio ſunt, pro Chriſto eſſe moriẽdum, qui ſuos milites præmio æternæ vitæ donet. Ac Stephani fortia facta innumerabiles deinde immortales inſigniter æmulati, ubiq; gentiũ adeò brevi tempore, ac ta-

Joannes Baptiſta.

Stephanus Protomartyr.

Abel martyr.

Μάρτυρες.

Martyres unde dicti.

ſe,ac tale Chriſtianæ rei fundamentum jecerunt, ut liquidò liqueat,ex odio adverſariorum plus honoris & dignitatis noſtræ religioni acceſſiſſe, quam ex illorum patrocinio, ſi faviſſent,proficiſci potuiſſet: hoc etenim veluti citò omnino caſurum hominum favor peperiſſet:illud ut perpetuò duraturum ſolum Deum per eos quos ex mortalibus propter animorum virtutes, immortalitate donavit,præſtitiſſe cõſtat. Ita deniq; inſectationes Reipublicæ noſtræ bono fuere,quando Chriſtianũ nomẽ quanto magis ab ipſis inimicis depreſſum tantò magis illud nobis illuſtre celebreq; redditum eſt. *Palma ſub cruce.*

CAPUT VII.

De Chriſtianæ Reipublicæ præſtantia.

Jam *ſuprà* prodidimus,quæ noſtræ ſpiritualis Reipublicæ,hoc eſt,noſtræ religionis prima fuerint inſtituta,quæ uſq; adeo ad benè beateque vivendum conducunt, ut nemo non illa ipſa jure poſſit ac debeat probare, vel Ariſtippus ipſe,qui animam, cum corpore interire dicebat, aut Epicurus, etſi negabat Deũ curare mortalia: beneficio enim Chriſtianæ pietatis cuncti naſcimur liberi, quò profectò ſecundum vitam ipſam, nihil cuiquam mortali aut felicius contingere poteſt, utpote quod omnes ethnici deſiderarunt ſemper, hodieque permulti deſiderant populi. Undè veriſſime ille ait: *Reſpublicá Chriſtianá.* *Libertatis præſtantia.*

Non bene pro toto libertas venditur auro.

At ſtatim nati ex præcepto Servatoris docemur, ut omnia quæcunq; volumus ut faciant nobis homines, ſic & nos faciamus illis, atq; diligamus alios ſic uti noſipſos.Per hęc mutuæ charitatis officia ſunt nobis interdicta homicidia, furta, perjuria,mendacia, adulteria, ſtupra ac omnia deniq; mala, q̃ ab homine in hominẽ ꝓficiſci poſſunt. Item ne nos voluptatib. intẽperantes immergamus,ſunt divina præcepta,quæ noſtris abundè moderentur animis. verum quoniam nihil non pa- *Regula vita Chriſtiana.*

rum gratè ſine comparatione laudatur, conſilium eſt aliarum quoque gentium mores & inſtituta ſummatim memorare, quo præ illis noſtra ſancta eſſe oſtendamus, ac quid Ethnico Chriſtianus ſemper præſtiterit planius faciamus. Apud Scythas, qui cū Ægyptiis de generis vetuſtate diu certarunt, probro dabatur hominem non occidiſſe: quare uſq; à pueris humana cæde gaudentes, captivos immolabant, ſanguinemq; ejus potabant, quem primum cepiſſent: veſcebantur carnibus demortuorum parentum. Sarmaticis virginibus non prius nubere mos fuit, quàm hoſtem peremiſſent. Nomades mactare ſeniores parentes, eorumq; carnes crudas comeſſe ſolebant. Ægyptiorū fœminæ olim virilia munera obibant, cōtra viri muliebria, invicem genitalia membra honorantes, quod per ea inſtrumenta genus cōſervaretur hominum. In Africa quoq; & alii aliter, pecudum ferarumq; ritu, populi vitā degebant, qui plurimum ſerpentum carnib. victitantes, bonarum omnium artium expertes erant. Punicæ fœminæ quæſtum vulgato corpore faciebant, dotis cōparandæ cauſa. Aſia quam dicunt minorem, unicū ſemper fuit ſeminarium vitiorum, repertis cujuſvis generis ad corrumpendā vitam mortalium illecebris deliciarum. Quapropter Lacedæmonii luxuriæ contemptores, & laboris patientes, diu ſuorū civium oculos, *uti Valerius Max. ait*, à contemplanda Aſia retraxerunt ne invitamento ejus capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. In Græcia conſuetudo fuit, ut iis quibus ſatietate vitę honeſta peteretur mors, potio venenata ad hoc publicè aſſervata daretur. Quod ſanè longè importuniſſimum poſt homines natos inſtitutum, inde in Galliam tranſlatum Maſſilienſes aliquandiu ſervarunt. Iidem Galli conſuevere pecunias mutuas dare, quæ redderentur dantibus apud inferos, perſuaſum habentes animos omnino immortales talia cōmercia inibi habituros, quò illis pecunia opus foret. Hiſpani olim permiſſa re do-

Homicidiū apud Scythas. *Sarmaticæ Virgines.* *Nomades.* *Ægyptii.* *Punicæ fœminæ.* *Aſia minor.* *Græcis venenata potio uſitata.* *Gallorum mos.*

meſtica fœminis, rapinis inſervire & armis fas habebāt. Germanis idem fuit ſtudium: materia enim munificē- *Germani* tiæ erat, per bella & ſedes, non arare terram, nec expe- *bellicoſi.* ſtare annum, ſed provocare hoſtes potius, & vulnera mereri: pigrum nempè & iners videbatur, ſudore acquirere, quod poſſent ſanguine parare. Sed & Romani, *Romanorū* quanquam continentiæ amantiſsimi, nonnulla habue- *auſpicia.* re inſtituta minus laudabilia: non enim publice ſolum, verùm etiam privatim nihil agebant, niſi auſpicio prius ſumpto. Item aſſiduis ſpectaculorum illecebris juventutem maximè corrumpebant: nam cum jugiter a- *Actiones* gerent fabulas, quarum argumenta majore ex parte, *comica* ſtuprorum continebant actus, juvenes talia ſpectando, *Romanorū.* imitandi licentiam ſumebant. Quæ præterea inde per incautum ſerperent contagia vulgus, audi D. Cyprianum *ad Donatum ita ſcribentem*: Adulterium diſcitur, dū videtur: & lenocinante ad vitia publicæ auctoritatis malo, quę pudica fortaſsè ad ſpectaculum matrona proceſſerat, de ſpectaculo revertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes quæ probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum ex hiſtrionicis geſtib'? Ac id genus permultæ gentes inſtituta turpia feraque ſervabant, quibus longè ab humanitate, manſuetudine, honeſtate trahebantur, quæ pluribus perſequi, ut notiora, alienum inſtitutis meis eſſe duxi. Nihil eſt item quod de ſingularum Theologia repetamus, cum id in initio operis affatim proditum ſit, ne rurſum turpem impietatē potius quam Theologiam doceamus, *Religio* cum alii elementa, alii ſolem & lunam, alii animalia, *ethnica.* alii denique ipſos mortales homines pro diis & haberent & colerent. Sed Romanorum in primis vana erat religio, qui Deos alios ad benefaciendum, ut Jovem, Junonem, Pacem, Concordiam: alios ad minus nocen- *πολυθεία* dum, ut Vejovem, Febrem, Robiginem, Malefortu- *Romanorū.* nam, colebant: eademq; ratione ſuis Imperatoribus, quāvis multo ſceleratiſſimis aras ſacrabant Et iis cun-

Evangelii ortus & ἐνέργεια. cti mortales obvoluti tenebris,tam turpiter delirabāt. At ubi mundo lux vera, hoc eſt, Christus Servator noſter affulſit,quæ illuminavit omnem hominē venientem, *ut perhibet Joannes*, in hunc mundum: & in omnē ſimul terram Apoſtolorum ipſum Evangelicum dogma prædicantium exivit ſonus, ac in fines orbis terrarum verba illorum,tunc univerſi jamjam reſipiſcentes veram religionem ultrò complecti cœpere , qui velut novæ plantæ in lætiſſimum ſolum translatæ, ſenſim ſylveſtrem exuerunt animum ſeque in florem ſuavitatis cœleſtis induere. Per hunc deniq; modum *Vita hominum correcta.* ceſſavit illa veterū morum feritas,omnis prorſum vitę turpitudo, omnis falſæ diſciplinæ informatio procul acta, in quorum locum Evāgelica vita publicè recepta ſancti & pudici mores paſſim admiſſi,laudata virginitas,conjugalis pudicitia, frugalitas, ſobrietas juſtitia manſuetudo,pietas.Tot pariter bona religio Chriſtiana apportavit, ita ut nemo mortalium omnium jure queat inficiari, quin ejus inſtituta optima ſint, atq; ad benè caſteq; vivendum efficaciſſima? nam hæc non armis,ſed ſalutari cœleſtiq; doctrinâ,integerrimæq; vitæ exemplis, ſola potuit gentium omnium quamvis barbararum feritatem duritiamq; mollire,Senſit hoc in ipſo primordio Tiberius Cæſar, *dicente Tertulliano Apolog.* Tiberius,cujus tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introivit,annunciatā ſibi ex Syria Palæſtinaq; veritatem illius divinitatis detulit ad ſenatum , cum prærogativa ſuffragii ſui:ſenatus quia nō ipſe probaverat,reſpuit:Cæſar in ſententia manſit,comminatus periculū accuſatoribus Chriſtianorum. Trajanus quoq; itidē ſenſit,qui certior factus à Plinio Secundo Bithyniam id temporis obtinente, nihil mali in Chriſtianis quotidie ad ſuppliciū tractis reperiri, juſſit ut non inquirerentur,verum oblati punirentur.Inſuper Hadrianus de Chriſto colendo,interDeoſq; referendo cogitavit, Alexander eum in ſuo larario(ita ſacrariū domeſticum vo-

Tiberius Imperator Chriſtianorum fautor

Trajanus.

Hadrianus & Alexander Chriſtum colunt

eum vocant) depictum habuit, *ut ait Lampridius*. Meminit ejuſdem Tacitus *in Vita Neronis*, & Joſeph. *lib. Antiq.* 18. quorum teſtimonia facile declarant, jam tũ Chriſtum fuiſſe creditum Deum. Ex quo poſtea cunctæ ferè nationes, etiam barbaræ, quæ olim incultis moribus praviſq; inſtitutis nutritæ, ac cacodæmonum præſtigiis obcæcatæ, belluino propè ritu degebant, beneficio Chriſtianæ pietatis per baptiſma in unum paulatim coivere, in unamq; Dei civitatem, legibus ſanctis divinoq; cultu præcellentem ſeſe ad ultimum receperunt, juſtitiã cæteraſq; virtutes certatim colentes. Sed age, jam dicamus & triumphos, quos noſtri ex ipſis gẽtib. reportarunt. Apoſtoli rempublicam Chriſtianam condituri, qui cunctis æquè mortalibus ſibi cõſulendũ putabant, ut ſunt divino Spiritu ſupernè accepto communiti, variiſq; linguis ſimul imbuti, ꝓvincias inter ſe partiuntur, *uti alibi à nobis eſt perappoſitè declaratum*, non utiq; armis oppugnaturi quenquàm, ſed ſummâ innocentiâ, mirâ pietate, ſummâ charitate. Itaque alii alio terrarũ profecti, Thomas Parthos, Matthæus Æthiopes, Bartholomæus Indos citeriores, Andreas Scythas, Joannes Aſiam, Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam & Cappadociam, in ſuam fidẽ redigunt, docentq; cui regi vivo ac immortali perpetuo pareant. Aſciſcitur in hanc militiam haud multò poſt Paulus vir Judæus, cognomento Tarſenſis, quod capta à Romanis patria, cum parentib. Tarſum, quæ Ciliciæ eſt, migraſſet. Is tam concilio bonus, quam Moſaicæ legis peritus, & ex hoſte factus religionis amicus, eaq; ſola armatus, ſe Damaſco movet, Chriſti nomen longè lateq; prædicatione propagans, in Cyprum proficiſcitur, ubi poſt certamen, quod Paphi cũ Barjehu magno habuit, Sergium Paulum inſulæ proconſulem ad veri Dei cultum duxit. Ex Cypro digreſſus, Antiochiæ primo, mox Iconii multos mortales concionando ad Chriſtianam adjunxit rempublicam. Lyſtræ inde in Lycaonia, cum

Apoſtoli quomodo Ethnicos ad veritatem perduxerint.

Pauli ſtudium in propaganda Evangelii doctrina.

claudum ab infantia ſanaſſet, Lyſtrenſes illi & Barnabæ ejus ſocio, qui & diſcipulus Domini erat, rem divinam tanquam duobus diis facere voluerunt: at Paulus dux verbi id fieri inhibuit, dicens ſe mortales eſſe, non deos, negansque divinos honores hominum cuiquam convenire. Secundum hæc, Piſidiâ & Pamphiliâ peragratâ, Hieroſolyma venit, Petri ſalutandi cauſa: nec diu inde Hieroſolymis fuit, ſed cum Sila, quem ſibi comitem aſſciverat, per Syriam & Ciliciam, Derben venit, & Phrigia, Galatia, ac Miſia peragratis, Troadē iter intendit & Troade inde in Macedoniam, & demum poſtquam multa omnibus terris circunquaque mirificè egiſſet, Hieroſolyma rediit, ubi Judæorum iniquitate in vincula conjectus Romam mittitur, quo Petrus jam diu antea venerat, qui Evangelium prædicans, primordia novæ cœpit fundare religionis: quod opus ita inchoatum Paulus gnaviter juvit. Sic hi duo inclyti duces in urbe terrarum regina, Chriſtianæ reipublic. fundamentum jecerunt, ſedemque locarunt. Et Apoſtoli Domini cum reliquis diſcipulis, tales ab initio retulere triumphos, triumphos, inquam, longè illis inſigniores quos olim Roma ſuis decernebat ducibus: iſti enim hominum cæde, illi ſalute acquiſiti. Secuta eſt inde hujuſce gloriæ ingens mortaliū cupida multitudo, quæ periculorum omniū, ac mortis contemptrix, nullā unquā urbem, nullā gentem eſt aggreſſa, quam beneſactis ſuis non expugnarit. Porrò hæc erant arma: Induebat pro ſe quiſq; Loricā juſtitiæ, portabat Scutum fidei, caput obtegebatur Galea ſpirituali, muniebātur aures conſtantiâ, ne audirent edicta feralia, erigebantur in cœlum oculi, ne conſpicerent deteſtanda ſimulachra, renitebat frons ſigno crucis adverſus malos dæmones, pallebant ora jejuniis contra carnis petulantiā, lingua Evāgelicę doctrinę mellita dulcedine illita, Chriſtū intrepidè ubiq; canebat. Signa militaria erāt, obvia omnibus humanitas, manſuetudo, patientia, laborumque

Petrus Romæ docet.

Apoſtolorum Triūphi.

Arma Evangelium prædicantium.

Signa militaria.

rumque tolerantia. Bellum verò non pro principatu adipiſcẽdo, ſed pro religione tuenda, pro rectè vivendi ratione ineunda, univerſis indicebatur vitiis: & præ militia hac, cuncta alia omnes juxta ſpernenda ducebant. Eorum autem militum princeps extitit Stephanus ille protomartyr, cum quibuſvis priſcorum belli ducibus comparandus, qui quod præmium meruerat, ſuis patefaciens, Ecce inquit, video cœlos apertos & filium hominis ſtantẽ à dextris Dei, quo cuncti certa ſpe pleni non refugerent pro nomine Jeſu contumeliã ac mortem pati: quod & certatim fecere: ſtatim enim præter apoſtolos, alii alibi duces ea induére arma, reipub. Chriſtianæ fines propagandi ſtudio. In Aſia Polycarpus Smyrnæus antiſtes, & Joannis Zebedæi diſcipulus, unà cum duodecim aliis clariſſimis viris, extremũ vitæ diem matyrio confecit. Ignatius Antiochenus Epiſcopus ad beſtias inde damnatus, cõpluresq; alii. Romæ interim alii principes ob patriam cœleſtẽ ſunt vulnera paſſi, Nereus & Achileus fratres homines Romani, Proceſſus & Martianus milites, quos in carcere Petrus baptizarat, Nazarius, Torquatus, & Marcellus, & Apulejus, qui Simonis fuerant Magi aſſectatores: itẽ Linus, Cletus, Clemens, Alexander, Sixtus, Calixtus, Urbanus, Fabianus, Cornelius, Sixtus II. põtifex Rom. & cum iis Laurentius levita, ac innumerabilis credentium multitudo. Quo ferè tempore in Africa, Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus, imperator longe inviƈtiſſimus, cum ingenti militum Chriſti numero, per martyrium ad vitæ exitum vocatur. Et alter militiæ dux Dionyſius Alexandrin' antiſtes pari ſucceſſu fortiter pugnavit. Ac ab initio poſt Domini diſcipulos, tales Chriſtiana reſpublica ſortita eſt belli duces, longè me hercule excellentiore quã illi quondã fuerunt Curiones, Fabii, Scipiones, Camilli, Alexandri, atq; Annibales, quod hi videlicet vinci poterant, illi nõ poterant, ut virtus ad præmium cœleſte ſemper prompta. Quid,

Stephanus militia Chriſtiana dux.

Polycarpus.

Ignatius.

Martyres Romani.

Cyprianus.

Dionyſius.

quod nec minus ad mortẽ animi fœminis noſtris fuit? quarum principes fuere à principio, Flavia Domicilla, Euphroſyna, Theodora, Sabina, Cæcilia, Romanæ puellæ. Item alibi per id tempus, Apollonia virgo Alexandrina, cum ad rogum jam ſuccenſum, in quo cremanda erat, ducta eſſet, repentè à manibus impiorum proſiliens in flammam ſe ſe ultro conjecit, ita ut perterrerentur ipſi quoque crudelitatis auctores, quod promptior eſſet ad mortẽ fœmina, quam perſecutor ad pœnam. Hinc jam deſinamus mirari Mutii Scævolæ dexterã, quã ad ignẽ torruit, quod nõ intermiſſet Porſenã, cum Apollonia totũ igni dediſſet corpus, ut ſuo incendio hoſtes etiam ad cognitionẽ veræ pietatis trahẽdo perpetuis liberaret flãmis. Non tacebimus & Sophroniæ nobile lethũ: iſta .n. Romana matrona à Maxentio per vim oblato ſtupro, cum ſuũ corpus ab ea labe aliter tueri nõ poſſet, ſibi manũ intulit, Lucretiæ animi robur æmulata. Sed magis piè Dorothea virgo egit, quæ in idem diſcrimen adducta, maluit ſuũ corpus alieno quã ſuo cadere ferro, ne tyranni ſtuprum pateretur. Et ſexcentæ præterea fuére fœminæ ad hujuſmodi decora ſtudio religionis excitatæ, quæ tales in hoſtes Chriſtianæ reipublicæ geſſere animos, non certè quo illos offenderent, ſed ut ſuo periculo à miſerabili interitu vindicantes, ab impietate ad pietatem revocarent. Fuère itidem viri undecunq; cõſũmatiſſimi, qui partim benignitate temporũ in quæ inciderãt, partim tyrannorũ ſeſe remittente in noſtros furore, nõ ſenſere martyriũ, qui propterea quod in confeſſione veræ religionis perſtitiſſent, confeſſores ſunt dicti, & ii ſũmis virtutibus clari, eam cum primis illuſtrarũt. Atq; ita ſenatus populuſque Chriſtianus ex quatuor ab initio conſtitit hominum ordinibus, ex Apoſtolico, Martyrum, Confeſſorũ, & Virgineo, in quibus ſũma ſũmarum Gloria fuit, ut per pia atq; inclyta facta tã vivi quã mortui meruerint clarere miraculis.

Fœminæ martyres. *Apollonia.* *Sophronia.* *Dorothea.* *Confeſſores Chriſtiani.* *Senatus Chriſtianorum.*

Ex quo

Ex quo nullum eſt cujuſvis & virtutis ſectandæ & vitii deteſtandi fugiendive exemplum, quin illud ipſum à noſtris quiſq; queat mutuari ampliſſimum, quando ab apoſtolis & martyribus juxta diſcimus Fidem, Juſtitiã, Sapientiam, Fortitudinem, Patientiam, Conſtantiam, Severitatem, Abſtinentiam, Frugalitatem, Paupertatem, ac divitiarũ voluptatumq; omniũ contemptum: à confeſſorib. Humanitatem, Clementiam, Amorem conjugalem, Fidem ſervandam, Amicitiam, Liberalitatem, Pietatem communiter adverſus omnes: item Studium, Induſtriam, Eloquentiam, cunctaſque æquè bonas Artes: à virginibus verò Pudicitiam, Modeſtiã, Caſtitatem, Verecundiam. Imò cum unus iſtis ferè omnibus ornatus fuerit dotib. à ſingulis omnia edocemur, velut ab univerſis generatim commonemus degere omnem ætatem à crudelitate, ira, odio, avaritia, ſuperbia, invidentia, perfidia, temeritate, impudentia, luxuria, & libidine vacuam. Palam igitur eſt, ſolam Chriſtianam rempublic. ad extremũ perfectum vivendi modum in orbem terrarum induxiſſe. Videant proinde qui ex officio debent cum factis, tum dictis Chriſtianum populum intra hoſce vitæ degendæ fines continere, quantum peccati, quantum criminis ſit illum agere devium peſſimis morũ exemplis, undè laxatis rerum habenis, omnia ſimul vitia in civitatem Dei erumpant, quibus cum perpetuũ ſit domi bellum, quo modis omnibus diſtineamur, mulierumq; ritu altercantes, ſinamus religionis hoſtes multos paſſim populos reip. adimere noſtræ, ac in ſuam redigere ditionem, ditionem certè illorũ mox animas miſerabiliter perditurã. Nõ eſt tamẽ de ditione dimicandũ. Sanè Chriſtianus ſenatus ex doctrina Domini, qui, Regnũ meũ, inquit, non eſt ex hoc mundo, non quærit terrenũ, at cœleſte imperium, non hominum opes, ſed ſalutẽ, in ſuamq; poteſtatem cunctos venire mortales non cogit, verum allicit. Nihil igitur mirum ſi interdum adverſus

Virtutes Chriſtianorum.

Reſpub. Chriſtiana optima.

Turca quomodo vincenda.

adverſus Turcas & Saracenos, duos hoc tempore pietatis Chriſtianæ truculentos hoſtes, minus valemus armis, utpote humanis, cum ſpiritualibus ſit nitendũ: quippe ſi illi odorarentur, nos ſecundũ Evangelicũ dogma vivere aliquidve veræ pietatis ſcintillæ in multis illorũ relucere, qui Innocentiâ, Juſtitiâ, Manſuetudine muniti, deberent ante omnes ſummo amplificandæ tuendæq; religionis deſiderio ardere: item ſi ſæpius ſacris concionibus peterentur, eſſentq; qui eos hortarẽtur: haud dubie jam mitiores effecti à nomine Chriſtiano nõ uſq; adeò abhorrerent, cum homines ſint: &, quamvis propoſiti tenaciores, queant bonis monitis adduci, ut ad veritatem reſpiciant: nam ea eſt integritatis vis, ut facile quemvis moveat. Quid, n. unquam natura creavit, ne altius repetamus, crudelius Attila Hunnorũ rege, qui tamen Leonis primi pontificis Romani ſanctitate victus, Romanis pacem reddidit & ex atrociſſimo hoſte, humaniq; cruoris appetentiſſimo, unius hominis precibus eſt mitiſſimus factus? Nec minus valuit nomẽ probitatis Benedicti abbatis apud Totilam Gothorum regem præferocem. Is. n. capta urbe Roma, in Caſſinati ſe illi obtulit, ignoto veſtitu, ut ejus ſanctitatem experiretur, à quo nihilo ſecius cognitus, quamvis alter in comitatu eſſet regificè indutus, admonitusq; eſt, ne victoriâ crudeliter uteretur, ita ut fecit: nam dicto obtemperans, ab omni deinceps injuria conſultò abſtinuiſſe dicitur. Divus item Gregorius potuit Gothos ipſos jam Arrianos factos bonis monitis ab errore revocare: potuit & Anglos ſic mollire ut deinde ſint ſuâ ſponte religionem complexi: adeo cuncta probitati parent. Ac ad hunc modum noſtra ſpiritualis Reſpublica, hoc eſt, Chriſtiana Religio, in præſtantior, reliquas omnes velut humanas diſſolvit. diſſolvetq; perpetuò, ſi qui eam docent, cum primis ritè ſervarint.

Attila truculentus manſuefactus.

Totilas Gothorũ Rex.

LIBRI OCTAVI FINIS.

POLYDORUS VERGILIUS URBINAS JOANNI ROFFENSI EPISCOPO S. D.

DOminicam precem quoties, optime Epiſcope, recito: (recito autem ſæpiſsimè) non poſſum non alios ignaviæ, alios temeritatis condemnare, quod eam velut jejunam & vulgo communem facile prætermittant, vel forma olim à patribus data minus contenti, varios in ſingulos dies precandi modos multo poſt hominum memoriam verboſiores introducant, ut ſacerdotes præſertim infinitum pſalmorum numerum, ac bene multorum divorum vitas, tametſi parum interdum ad fidem ſcriptas, recitando, ne otientur, perinde quaſi ita negotiantes multum proficiant, qui ſæpenumero feſsi magis recitandi finem cupere, quàm quod legunt, attendere coguntur: quòs ſi tale munus ſecundum Chriſti præſcriptum, brevi loquentes faceret, plus omninò ſpatii haberent, quod ſacris literis darent, quas in primis populum docere debent. Et illud quidem facere, quemadmodum D. Cyprianus affirmat, non ignorantiæ ſolùm eſt, ſed etiam culpæ: dicente ipſo Servatore: Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem veſtram ſtatuatis? At & Tertullianus hunc orandi modum legitimum appellat, quem Chriſtus omnibus juxta dedit, quo pro ſe quisque poſceret à Deo, quod ad humana pariter atque di-

vina

vinæ vitæ rationem pertineret, quem profectò nemo homo ſatis unquam planum facere poterit, ut myſteriis quæ in eo inſunt cognitis, non ſint, qui ſecus quam Chriſtus docuerit, orandum judicent. Igitur cum nuper animi gratiâ, ruri eſſem, venit mihi in mentem eam dominicam precem interpretari: quod quanquam jam inde fermè ab initio orti Evangelii, D. Cyprianus, deinde Auguſtinus ac plerique alii fecere: tamen cum aliena facilius quã noſtra obliviſcamur, ex uſu meo id futurum duxi, ut cum ita orarem, myſteria longè equidem ſanctiſſima quæ in ea prece inſunt, ſua quaſi ſponte in meum ſimul influerent animum. Et quia ſecundum te, optime Roffenſis Epiſcope, non eſt quisquam omnium, cujus integritatem, gravitatem, probitatem magis mirer, obſervem, colam, quam mei Roffenſis, viri cum omnium bonarum artium ſtudiis eruditiſſimi, tù hominis cunctis cæteris rebus multo ornatiſſimi, ſtatui hunc noſtri ruſticani otii fructum, ſi quis ſit, ſaltem bonis adoleſcentibus, ut ne mihi cum opinioſiſſimis ſophiſtis res ulla in hac parte eſſet, tuo nomine impertiri. Quod æqui bonique facias, iterum atque iterum oro: cum alia nulla ratione poſſim officium erga te meum præſtare. Si igitur hoc quicquid eſt commentarioli, poſtquã guſtaveris, tibi ſtomachum non moverit, jam tutò foras dem, licebit. Vale. Londini, Nonis Novembris, 1524.

POLY-

POLYDORI VERGILII URBINATIS IN DOMINICAM PRECEM COMMENTARIOLUM.

CHRISTUS Servator noſter *apud Matthaum capite* 6. ait, Tu verò cum oras, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum. Hoc ille proponit, quo conſtet Deum ubiq; locorum eſſe, ut quis fide munitus in arcano oret, & id vacuo animo faciat, quod alibi per hominum ſtrepitum, mentem, qua omnis noſtra actio regitur, colligere minus queat. Hinc cognoſcere licet, oportere nos ex animo precari, & precando non habere extrinſecus vivendi rationem, quemadmodum faciunt aliqui, qui ut templum ingreſſi ſunt, ſingulis divorum imaginibus ad pedes jacent laborant, ſudant, ut quo magis ab integritate alieni ſunt, hoc propiores religioni videantur. In occulto proinde orandum eſt, hoc eſt, in id negotii de animi ſententia incumbendũ, ubi Deus nobiſcũ eſt, teſte Joanne, *qui in Epiſtola ſua, inquit*, Quiſquis confeſſus fuerit, quod Jeſus eſt filius Dei, Deus in eo manet & ipſe in Deo. Non eſt ergo, quod aliquò terrarum pergamus, Dei quærendi causâ, qui ubique nobiſcum eſt: quod nōnulli minus ſentiunt, quos voluptatis, non item pietatis gratiâ adeo delectat peregrinatio, ut alii aliò percurrant, quo alicujus Divi imaginem viſant, nihil interim mentem ad Deum erigentes, contra colendi formam olim à patribus datam, quæ ejuſmodi eſt:

Oratio quomodo piè & rectè instituenda.

Peregrinari religionis causâ.

Nam Deus eſt, quod imago docet, ſed non Deus ipſa.
Hanc videas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Aſt ne plura, quando de imaginum cultu, ante *libro de Invent. Rerum 6. cap. 13.* ſatis ſuperque dictum eſt, ad propoſitum revertor. Deinde ſubjicit: Orantes

autem

autem nolite multum loqui. Idem *apud Joannem* modum precandi docet, cum inquit: Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum ſpiritu ac veritate oportet adorare. Si igitur ſpiritu colendus eſt Deus, non utiq; multis cum eodem verbis agendũ, nec, *ut inquit Cyprian*, clamoribus admonendus, quia non vocis, ſed cordis auditor eſt. Quamobrem fertur Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus olim inſtituiſſe apud ſuos Alexandrinos, ut ſacerdotes ſacros hymnos in templis recitantes potius more legentiũ, quàm canentiũ, id officii præſtarent: cujus forma chori benè cũ præcepto Chriſti conſentit, quæ utinam etiam nunc duraret, ut ne in templis per ſymphoniacos cantores ſtaret, cur minus verba ſacra exaudirentur, aut ne videremur in re hac veteres atque adeò imitari; quando apud Romanos, *teſte Livio ab urbe condita*, mos fuit, ut vel tibicines ſacrificiis præcinerent. Poſtremò ſic ait, orate:

Hymnos cãtandi ratio.

P*Ater noſter*) Appellant Patrem Deum filii. Ii ſunt filii, qui baptizati ſunt, qui credunt Chriſtum eſſe filium Dei, ſecundum illud: Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatẽ, ut filii Dei fierent, qui credunt venturũ tandem aliquando tempus, cum aut benefactorũ præmio aut malefactorũ pœna afficientur. Et proindè decet, ut nos humanarum rerũ obliti, ad mandata patris exequenda incubamus: ut ne videamur contra atque eſt in Evangelio, in terris quærere patrem,

Qui es in cœlis) In cœlo eum eſſe dicimus, quem rebus omnibus longè beatiſſimum putamus: ita DEO principalem ſedem eo loci damus: quod ab eo ſalutem expectamus, qui ſumus in terra, quæ ſcelerum omnium area exiſtit, ubi cuncta calamitatis & miſeriæ plena ſunt. Quare CHRISTUS volens nos conditionis noſtræ à primo monitos, docuit, ut orando eò animũ intenderemus, undè ſummum manaret bonũ: Modus item loquendi non ſine myſterio eſt: nã

cum

cum non liceat cuiquã dicere, Pater mi! ſed noſter, & humilis æquè ac potens Deum vocet patrē, jam nos per id fatentes unum habere Patrem, cogimur perindè ac fratres inter nos amare, viciſſimq; juvare, atq; contem ptui habere neminem, qui Chriſto credat, quo ſic intelligamus nobis æquabiliter omnibus orandum. Pudeat eum igitur, qui alteri nocet, qui alienum & peregrinũ odio perſequitur, qui quod dives, quod nobilis ſit, inopem fratrē ac minus clarũ deſpicit, contemnit, cõſpuit, quod contra ſuũ veniat teſtimonium, fratrib. maleficiũ inferendo ac inter eos cõcordiam disjungendo. Vocamus inſuper Deum Patrem, ut ſecundum illud primũ divinæ legis præceptum, Unum cole Deum: & quartũ, Venerare parentes, ei omni tempore honorem habeamus, ſicut filii debent obſervare parentes. O improbros benè multos! qui immemores officii, tantum abeſt ut Deum venerentur, ut etiam parum ira cõmoti, in eum maledicta impudenter nefarieque conferant.

Sanctificetur nomen tuum.) Longè equidem ſanctiſſimũ eſt nomen Dei, ac ob id nihil eſt, quod optemus ꝑ nos ſanctum fieri: ſed cum Dei Nomine baptiſmatis aquâ à principio purgati ſimus, & indè duce naturâ quæ infirma eſt, facilè delictis turpemur, ſanctâ purgatione quotidiè indigemus, ac idcircò ut puri continenter efficiamur, neceſſe habemus, & invocare, & colere Dei Nomen ut ſanctum fiat in nobis, ut ne illud contrà, quàm eſt ſecundum præceptum. Per Dei Nomen haud fruſtra dejerato vituperemus, ad fraudeſve doloſve malitioſè adducamus, quod impii, quod ſceleſti, quod nefarii homines faciunt. Quid quod ita uſu venit, ut ne olitor quidem herbellas, id eſt, herbas minutas, quæ in uſu cibario ſunt, prius ſoleat vendere quã ſemel atq; iterum Deum ejúsve divos teſtatus fuerit: Sanctum ſit itaq; Nomen Dei apud nos, cũ illud à peccato vacui (quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris) celebramꝰ, obſervamꝰ, in honore habemus: plus nempè

nõ eſt, quod Deo præſtare poſſimus vel ille à nobis exigat. Translatio a filiis ducta, quibus cum ſecundum parentes nihil gratius, nihil jucundius nihil amabilius ſit, quã quod illis honoris acceſſio fiat quo eorũ ornamento: ita nos qui Chriſti Servatoris beneficio meremur Deũ nominare patrem, ut erga eũ amorẽ habere teſtemur, cupimus ejus Nomẽ celebrari, & Regnũ quã primũ venire; ac malorum dæmonum poteſtatem, apud mortales olim permagnam ſimiliter atque perniciosam, *ſicut nos libro de Rerum Inventoribus 5, ca. 8. demonſtravimus* infringi, tolli, deleri. Unde illud:

Adveniat regnum tuum) Duplex eſt Regnũ: alterũ Mundi, cujus principes ſunt mali dæmones (*teſtis eſt Chriſtus, apud* Joannem: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*) in quo nos verſamur: alterũ Dei. *Idem Servator*: Quærite primum regnũ Dei. Uſq; eo igitur in regno mundi verſamur, dum nobis Regnum Dei veniat: venit autem ſeu venire incipit, cum in nobis vixit, & regnat Deus, quod fit, cum puri & ſancti in ſpe ſummi boni fruendi acquieſcimus. Unde Apoſtolus *ad Galatas*: Vivo tamen non jam ego, ſed vivit in me Chriſt⁹. Ad iſthuc nos regnũ caſte, pie, ſanctè vivendo nitimur: ſic officii memores reddimur, ut nobis optimum finẽ optemus ſic longum tempus cum non erimus: nos movet, ut jam jam velimus diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: ſicut Apoſtolus *ad Philippenſes* ſcribit; nimirum non injuriâ poſcimus à Deo ſalutem, ad quam incumbimus, iter noſtrum in cœlum conferentes: nam tum nobis Regnum Dei venit, cum rectè vivimus, cum poſtremò perpetuam ſalutem conſequimur, ſecundum illud divinum Oraculum: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab origine mundi. Quod illi minus faciunt, qui gaudent in regno Mundi, loco tametſi ſcopuloſo & difficili, diu eſſe, utpote qui in rebus tantum humanis ad voluntatẽ fluentibus acquieſcunt,

ſcunt, obliti futurum modis omnibus tempus, cum alio è vita migrabūt. Sed dices, Haud ſe alio migraturos rentur, ac idcircò non eſt regnum aliud, ad quod ſibi aſpirandum putent. Certe vereor, ut ita ſit: ſi enim aliter ſentirent, tempus aliquando eſſe ducerent, ſe de illa perpetua, non de hac exigua vita cogitare. Et in hac erroris navi in primis verſantur, qui nullū temporis punctum à peccato vacuum prærerire patiuntur, qui utinam ad extremum reſipiſcant, ut vere cum aliis precari queant, regnum Dei venire.

Fiat Voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.) Voluntas Dei ejuſmodi eſt, ut nos ejus mandata curemus, exequamur, conficiamus: & id rogamus, quo nobis qui in regno Mundi ſumus, & Regnum Dei quærimus perinde facere liceat, ut cœlo fit, ubi Voluntate Dei nihil non rectè geritur. Et quamvis ita verba ponantur, ut videamur capere ſic futurum eſſe, ut in manu Dei ſit facere quod ei lubet, perinde quaſi ſit alter quiſpiam qui ei imperet, tamen contra eſt: nam cum ſit ille Opifex rerum & Mundi melioris origo, petimus, ut noſtra voluntas cū ejus Voluntate cō uncta ſit. Hic poſſet quis nō extra jocū argumentari de Libera hominis voluntate, quā Arbitriū dicunt, cū petitur, ut regamur nutu Dei & ejus ope protegamur. Verū iſthuc minimè hoc agitur loco, & ideo rurſus revertor eodē. Magna in nos accuſatio, qui cum petimus, ut nobis liceat omnia ex Voluntate Dei facere, tacitè fatemur contra eā venire: aliter enim fruſtrà rogamus, Fiat Voluntas tua. Atque id præſidium petimus, quia Naturalibus affectionibus ducti velimus nolimus, otium magis quàm laborē, ſatietatē quàm eſuriem, voluptates quā curas cupimus, amamus, amplectimur. Unde uſu venit, ut nihil apud nos ſit factu propè difficilius, quàm ut quis ſua ſe voluntate abdicet: quod fit cum præcepta Dei obſervandi causâ, nos refrænamus libidines, ſpernimus voluptates, avaritiā coercemus, iracundiā temperamus, cæte-

nō eſt, quod Deo præſtare poſſimus vel ille à nobis exigat. Translatio a filiis ducta quibus cum ſecundum parentes nihil gratius, nihil jucundius nihil amabilius ſit, quā quod illis honoris acceſſio fiat quo eorū ornamento: ita nos qui Chriſti Servatoris beneficio meremur Deū nominare patrem, ut erga eū amorē habere teſtemur, cupimus ejus Nomē celebrari, & Regnū quā primū venire: ac malorum dæmonum poteſtatem, apud mortales olim permagnam ſimiliter atque perniciosam, *ſicut nos libro de Rerum Inventoribus 5. ca. 8. demonſtravimus* infringi, tolli, deleri. Unde illud:

Adveniat regnum tuum.) Duplex eſt Regnū: alterū Mundi, cujus principes ſunt mali dæmones (*teſtis eſt Chriſtus, apud* Joannem: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*) in quo nos verſamur: alterū Dei. *Idem Servator*: Quærite primum regnū Dei. Uſq; eo igitur in regno mundi verſamur, dum nobis Regnum Dei veniat: venit autem ſeu venire incipit, cum in nobis vixit, & regnat Deus, quod fit, cum puri & ſancti in ſpe ſummi boni fruendi acquieſcimus. Unde Apoſtolus *ad Galatas*: Vivo tamen non jam ego, ſed vivit in me Chriſt⁹. Ad iſthuc nos regnū caſte, pie, ſanctè vivendo nitimur: ſic officii memores reddimur, ut nobis optimum finē optemus ſic longum tempus cum non erimus: nos movet, ut jam jam velimus diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: ſicut Apoſtolus *ad Philippenſes* ſcribit; nimirum non injuriâ poſcimus à Deo ſalutem, ad quam incumbimus, iter noſtrum in cœlum conferentes: nam tum nobis Regnum Dei venit, cum recte vivimus, cum poſtremò perpetuam ſalutem conſequimur, ſecundum illud divinum Oraculum: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab origine mundi. Quod illi minus faciunt, qui gaudent in regno Mundi, loco tametſi ſcopuloſo & difficili, diu eſſe, utpote qui in rebus tantum humanis ad voluntatē fluentibus acquieſcunt,

ſcunt,obliti futurum modis omnibus tempus, cum aliò è vita migrabũt.Sed dices,Haud ſe alio migraturos rentur,ac idcircò non eſt regnum aliud,ad quod ſibi aſpirandum putent. Certe vereor,ut ita ſit: ſi enim aliter ſentirent,tempus aliquando eſſe ducerent,ſe de illa perpetua,non de hac exigua vita cogitare. Et in hac erroris navi in primis verſantur,qui nullũ temporis punctum à peccato vacuum prætcrire patiuntur, qui utinam ad extremum reſipiſcant, ut verè cum aliis precari queant, regnum Dei venire.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.) Voluntas Dei ejuſmodi eſt, ut nos ejus mandata curemus, exequamur,conficiamus:& id rogamus, quo nobis qui in regno Mundi ſumus,& Regnum Dei quærimus perinde facere liceat, ut cœlo fit, ubi Voluntate Dei nihil non rectè geritur. Et quamvis ita verba ponantur, ut videamur capere ſic futurum eſſe, ut in manu Dei ſit facere quod ei lubet, perinde quaſi ſit alter quiſpiam qui ei imperet,tamen contra eſt:nam cum ſit ille Opifex rerum & Mundi melioris origo,petimus, ut noſtra voluntas cũ ej⁹ Voluntate cõ uncta ſit. Hic poſſet quis nõ extra jocũ argumentari de Libera hominis voluntate,quã Arbitriũ dicunt,cũ petitur, ut regamur nutu Dei & ejus ope protegamur. Verũ iſthuc minimè hoc agitur loco,& ideo rurſus revertor eodẽ. Magna in nos accuſatio,qui cum petimus, ut nobis liceat omnia ex Voluntate Dei facere,tacitè fatemur contra eã venire: aliter enim fruſtrà rogamus,Fiat Voluntas tua. Atque id præſidium petimus,quia Naturalibus affectionibus ducti velimus nolimus,otium magis quàm laborẽ, ſatietatẽ quàm eſuriem,voluptates quã curas cupimus, amamus,amplectimur. Unde uſu venit, ut nihil apud nos ſit factu propè difficilius, quàm ut quis ſua ſe voluntate abdicet: quod fit cum præcepta Dei obſervandi causâ,nos refrænamus libidines,ſpernimus voluptates,avaritiã coercemus,iracundiã temperamus, cæte-

raſq; animi labes repellimus,ſobriè, caſtè, continentèr vivendo. Atqui unus aliquis dicet, Quotuſquiſq; invenietur tantâ virtute vir præditus,qui iſta parvo negotio præſtare potuerit? Proinde nos noſtrę infirmitatis conſcii,quorum voluntates ut vehemẽtes,ſic crebrò varię inconſtantes,adverſariæ ſunt, rogamus Deũ, ut in hac vita,quæ, ſicut Job veriſſimè ait: militia eſt,hoc eſt,plena ſolicitudinis,ne noſtris affectionibus acti erremus, peccemus,delinquam⁹,ſed noſtri actus propè tales ſint in terra,quales ſunt illorũ,quos beatos vocamus, quos in cœlo eſſe credimus. Atq; ita per hoc monemur in omnib. rebus agendis, implorare divinum numen, quo munitis nobis,partim per malos dæmones, qui ſemper præſtò ſunt ut noceant,partim per impotentiam carnis,quæ,*teſte Apoſtolo ad Galatas*,cum ſpiritu ſemper confligatur liceat rectè ſapere, vitamque ſpiritualem degere,perinde quaſi jam in cœlo eſſemus. Eſt item uſus,ut dicamus,Fiat Voluntas tua, cum negotium aliquod, quod gerimus, Deo commendamus.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.) Nunc de alimento corporis agitur quod ex anima & carne conſtat: cujus cibi genus triplex eſt, ac unum quodq; à Deo petendum. Cibus animæ eſt Verbum Dei,de quo Chriſtus *apud Joannem* ait: Ego ſum Panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Si quis ederit ex hoc Pane,vivet in æternum. Edimus autem panem Chriſti,cum credimus. Eum eſſe filium Dei, Undè illud: qui credit in me, habet vitã æternam Et hunc panem ſacerdotes aſſiduè concionando: nobis ſuppeditare debent. At dices: Heus tu! quomodo ſacerdotes tot paſcere poſſunt cũ ipſorũ longè maxima pars ſit literarũ minus ſciens, & populi numerus infinitus? Ad iſta nos quoq; conniveamus: ſed qui tã inertes deligunt miniſtros,viderint, cũ maximè omnium advigilare deberent,ut ne religionis causâ omni tempore indormire dicerentur. Alter cibus,id eſt panis noſter quotidianus,eſt Euchariſtia, quã noſtri jã

inde ab

inde ab initio, *teſte Cypriano*, quotidiè ſumere conſueverant: & cum petimus cibum ſalutarem quia cùm per illum cum Chriſto cõjungamur, qui ait: Qui edit meã carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: ut ne intercedente aliquo delicto, cœleſti pane ſubitò privati, ab eodem, noſtro merito ſeparemur, id quod accidit illis quib. ſacrificiis interdicitur, hoc eſt, qui excõmunicantur, ut vulgò dicitur. Mos itidẽ apud noſtros à principio fuit, ut manè & jejuni panem iſtũ ſuperſubſtantialem eſſent, *ut Hier. in Matth. legit*, licet Servator veſperi cõſecraverit, ac diſcipulis jam cœnatis dederit, quod Chriſtus manè paſſus, manè reſurrexit: *auctores Cyprian. & Tertull. lib. ad uxorem 2.* nam inde, *teſte divo Hier. adverſus Jovinianum* omnium noſtræ religionis myſteriorum initiũ manavit. At demum ejuſmodi ambroſia, id eſt, cibo divino quẽ vocat, Apoſt. admonet ut quiſq; poſt quam ſe recte probarit, inveneritq; purum ac ſanctum fœliciter veſcatur. Proinde qui cogunt ſacerdotes quotidie id facere, hinc intelligere poſſunt, ſe contra Apoſtoli cõſiliũ ſervitutem illis imponere. Sanè haud ſcio, qui fieri poſſit, ut ſacerdos homo, nõ Deus, & ut Propheta ait, mendax, queat omnibus horis purus eſſe, quemadmodũ eſſe debet, qui divinam rem facit: cæterũ faciunt quotidie permulti purè, piè, ſanctè: at non nemo non item, qui fortaſſè malum malò addit, ut ſanctior habeatur, ut apud omnes in cœlum feratur rumore vulgi, qui id longè certiſſimũ eſſe innocentiæ indicium exiſtimat. Tertius verò cib⁹ carnis eſt, de quo intelligit Apoſtolus ad Timotheũ ſcribens: Habentes alimenta, ex quibus tegamus, his contenti ſumus. Et hunc panem vocamus, quia omnis victus in pane conſiſtere ex eo cenſetur, quod ſine ea, nullas ferè alias ſumamus eſcas. O Miſeram vitæ humanæ conditionem! quæ adeò nobis brevis incertaq; eſt, ut non liceat cuiquam eam ſibi diutius momento horæ duraturam pro certo habere: quare cibum hodiernum

tantum petimus. Sed cum quotidiè, imò ſemper, *ut Lucas Evangeliſta ait*, oporteat nos orarè, per hoc in omnes vitæ annos alimentum rogamus. Rogamus autẽ, ut hoc beneficium Deo acceptũ referamus: nã quãvis multo noſtro labore utrunq; panem nobis cõparare nitamur, ſecundum illud Geneſeos, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: tamen alterum, id eſt, ſpiritualẽ guſtare, hoc eſt, Dei intelligentiam habere nequimus, niſi ab ipſo imbuamur: quod teſtatur Apoſtolus *ad Corin.* ſcribens: Oculus non vidit, & auris nõ audivit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligẽtibus ſe. Nobis autẽ, &c. Cæterum panis mentio à Chriſto facta, videtur eſſe parabola, qua ille more ſuo uſus ſit ad ſenſum enucleatè explicandum, qui ejuſmodi eſt, Pater, rogamus te, qui cœleſtis es, ut perinde nobis des panem, id eſt, animi cibum, ut paterfamilias ꝓvidet alimentum corporis ſuis filiis: quo ſic Chriſtus in hac ſanctiſſima precatione nõ videatur eſſe locutꝰ de pane frumentaceo, id quod plurib viris doctis ſummè ꝓbatur. Ac ita quotidie precari nos oportet, cum quotidie neceſſe habeamus unũ & alterũ cibũ capeſſere, & id in primis dieb. feſtis, qui eadẽ causâ cõſtituti ſunt *ſicut in noſtro de Rer. Invent. opere planè demonſtravi*, quo eos precibus ac divinarũ literarũ ſtudiis daremus ſecundũ illud tertiũ pręceptum, Sabbata obſervato. Verũ quota hominum pars dies feſtos rectè agit, cum non aliud fermè tempus hodiè magis detur omnis generis ludis, choreis, amoribus, cõpotatioinibus, aleis, pactionibus, atq; nundinis? Propterea hauddubie expediret, ut ita tandem provideretur, quo illi aut caſtius celebrarentur, aut ſaltem minuerentur, ut ne laſcivæ juventuti tantum amplius ſpatii eſſet, ſeſe contra præceptum Domini damnoſis artibus exercendi, corrumpendive, ſi malum aliter ſanari minus poſſet.

Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimꝰ debitoribus noſtris) Ecce lex illa naturæ omnium regina, quæ jubet, ut ne in alteri facias, quod tibi fieri non vis: quæ

vis: quæ complectitur reliqua illa quinq; præcepta, Hominem ne occidas, Adulterium non committas, Furtum nō feceris, Nil alienū cōcupiveris, Ne falſum dixeris teſtimoniū. Bone Deus! quale de nobis judiciū facere quotidie cogimur? Quot mortales ingentes in ſingulas horas darent pœnas, ſi quod petunt, mature cōſequerentur? Non, inquam, mature cōſequuntur, quia apud Deū ſemper eſt pœnitenti veniæ locus, ſed ſuo tēpore: & tamen quū plectuntur, velut cæci non vident, nō animadvertunt, non conſiderant recentem pœnam eſſe veterum ſcelerum: de quibus jampridem confeſſi fuiſſent, cum ſæpiſſimè dixerint, Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitorib. noſtris. Hinc igitur monemur primū mitti à nobis veterū injuriarum memoriam, antequam ita precemur: deinde in poſterum tempus abſtinere manus ab alterius injuria, ac ab omnibus malis, quæ ab homine in hominem proficiſci poſſint. O legem æquam! quæ nos mutua cōjungat charitate, quæ ut Sol in mundo, ſic in vita mortaliū cuncta nutrit, auget, fovet bona. Appellamus autē hic debita commiſſa noſtra in Deum, ſumpta metaphora à creditoribus, qui ſoleant debitas pecunias illis remittere, qui ſolvendo nō ſunt: rogamusq; ipſum Deū patrē familias, ut ea nobis ſic ignoſcat, quemadmodum nos ejus familiæ filii alii aliis injurias condonamus. Proinde Servator ſubjicit: Si remiſeritis hominibus peccata ſua, remittet & vobis pater veſter cœleſtis. Si autem non remiſeritis nec pater veſter remittet. Iſta equidem vera eſt ſatisfactio, quæ ex cordis adyto proficiſcitur, veraque delictorum remiſſio.

Et ne nos inducas in tentationem.) Oramus præterea, ut Deus ne patiatur nos ſic tentari, quo ſuperemur: nā ſexcenti nos circunſident hoſtes, continenter inſidias facientes, quorum principes ſunt ſenſus: qui ſecundū illud *Geneſeos*, Senſus hominis proni ad malum, nos aſſiduè ſolicitant: per oculos enim ad ſuperbiā, ad ava-

RERUM ET VERBORUM IN HOC OPERE

præcipuè memorabilium, locupletiſſimus: ubi numerus paginam oſtendit.

A

Aaron primus omniũ inter Judæos à Moſe fratre unctus atq; cõſecratus fuit 230
Aaronis filios minoribus cæremoniis quam parentem, initiatos fuiſſe 232
abagarus 402
abantes natura bellicoſos fuiſſe 203
abdemonaplis Iſmaelita 445
abel omnium primus primogenita ſuorũ gregũ Deo immolavit 157
abel protomartyr 480
abigail juramentum 465
abolla veſtis genus 165
abraham quãdo ſe & Iſmaelem filium ex Agar ancilla, & omnes vernas ſuos circunciderit 221
Abraham primus literarũ inventor 27
Abraham quo tempore natus 78
abrahamũ Ægyptiis aſtrologiam tradidiſſe 50
abſtinentiæ Chriſtianæ in cibis capeſſendis quum ſolenne eſt jejuniũ, qualis modus eſſe debeat 368
abyſſus 341
acaſtus funebrium ludorum inventor 111
accius 34
achillea herba, ab Achille reperta 61
acoluthi, ſeu acolythi 234
actinus, Solis filius, aſtrologiæ auctor 50
acu veſtos facere, Phrygas excogitaſſe 164
adam primus omnium, animalib. aliiſq; reb. nominas impoſuit 157
adam primus homo, àquo factus 10
adam primus hominũ ſibi pelliceam veſtem fecit 164
adam primus legis divinæ tranſgreſſor 75
adminicula gubernandi navem Tiphys à milvo accepit 195

adulterium Romanos & Græcos capite mulctaſſe 201
adulterorum apud Arabes pœna 17
adyrmachidarum in matrimonio mos 16
ædificiorum primi inventores qui fuerint 170
ægyptii aſtrologiæ auctores 50
ægyptii literarum, aſtronomiæ, geometriæ, & aliarum artium inventores 23, 54
ægyptii quomodo diem obſervaverint 94
ægyptii primos homines apud ſe natos phibent 8
ægyptii deorum genus apud ſe primum fuiſſe gloriantur 4
ægyptii primi omniū diis aras, ſimulachra & delubra ſtatuere 22
ægyptii cur ſepulchrorum magnificentiæ maximam operam impenderint 177
ægyptii unde ſimulachrorum uſum acceperint 136
ægyptii unde 11
ægyptiorum dii 4
ægyptiorum de ægrotis ritus vetuſtus 59
ægyptiorum literæ quales 184
ægyptiorum polygamia 15
ægyptiorum ſacerdotum veſtitus qualis & unde fuerit 243
ægyptiorū in ſepeliendis mortuis conſuetudo 177
ægyptios primos omnium annum conſtituiſſe 87
ægyptios Græcos ſcutum galeamq; inveniſſe 102
ægyptios lucernæ uſum reperiſſe 128
ægyptios primos omnium regium principatum habuiſſe 77
ægyptus à Nili exundatione quotannis humectatur & fœcundatur 54
æneę parentalia in honore Anchiſæ parentis ſui facta 385
æolus ventorum rationē reperit 52
æolum velis uti nautas primum docuiſſe 196
aëromātia ejuſq; origo 67
æs ubi, & per quem repertum 127
æs Ianus primus omnium ſignavit 130
ærariæ fabricæ inventores 127
æreos numos quis primus inſtituerit 131
æſchylus primus tragœdias

dias protulit 33
æſculapius medicinæ repertor 57. 58, 61
æſculapium ſpecula ex ferro, plumbo, cryſtallo, vitro, miſtisque materiis inveniſſe 131
æthiopes undè 13
æthiopum quorundam in matrimonio mos 16
æthiopum quorundam in ſepeliendis mortuis varia conſuetudo 179
æthiopes Macrobios mortuos in vitreis ſepulchris condidiſſe 279
æthiopes primos deos coluiſſe 22
æthiopes Matthæus convertit 485
æthiopes primos omnium creatos eſſe unde cōſtet 9
æthiopes ſimulachrorum auctores fuiſſe 121
æthiopes nunquam ab externis regibus ſubacti 22
ætolum Martis filium jaculum cum amento reperiſſe 104
ætoli lancearum inventores ead.
afflictionis occaſionē Evāgelici ſeminariū fieri 477
africus ventus 52, 53
africorum mos 482
africanus prim⁹ omniū radi quotidie inſtituit 103
afrorū Deus Neptunus 2
afros primos omnium cōtra Ægyptios prælium fuſtib. feciſſe 102
agathyrſis promiſcuas uxores & liberos fuiſſe 15
agendi gratias uſus poſt prandium, cœnamve, undè deductus 372
ageſilaus, ſextus Lacedæmoniorum Rex 77
ageſilai dictum 95
aglaophon pictor 141
agnes virgo ſacrata 270, 436
agonalia feſta 373
agriculturæ origo & quot ea redundet bonis 143
agrippam à Cajo principe impetraſſe ne ſuum ſimulachrum in templo Hieroſolymis erigeretur 136
alabandam Aſię regionem, cryſtallum procreare 135
albanorum mos in ſepeliendis mortuis 178
albatorum ſectæ initium atq; exitus 439
albertus Hieroſolymitanus antiſtes 429
alcamenes IX. Lacedæmoniorū Rex, & ultimus 77
alcantaria oppidum regni Caſtellæ 438
alco-

alcoranus 447 339
aleæ, teſſerarumque ludus & pilæ à quibus inventus 111
aleatorias artes Lydos nō tam voluptatis quam compendii gratia excogitaſſe. ibid.
alexamenus Scyreus Tejuſve dialogorum, ſecundum Ariſtotelem, auctor 49
alexander ubi Chriſtum depictū habuerit 484
alexander Imp. voluptatis gratiâ aviaria Romæ habuit 161
alexander magnus cur ſuos barbam radere juſſerit 161
alexander martyr 487
alexander 1. Rom. pontifex, cur aquam luſtralē conſecrarit 319
alexander v1. novum ſcriptorum brevium collegium primus omnium Romæ fundavit 461. idemq; non modo Romæ, ſed etiam in aliis provinciis jubileum ſtationesq; inſtituit 457
alexander v11. pontifex primus aquam vino miſcuit 330
alexandri 1. decretum
alexandri 111. decretum pium 380
alexandri de conjugio decretum 303
alexandri Rom. Im. dictū 174
alexandri Imp. integritas 462
alexandri dictum 202
alexandrum navem duodecim ordinum inſtituiſſe 196
alexandria in Ægypto unde, & quando extructa 98
alimēta ex arboribus quis primus hominib. monſtraverit 145
alleluja 342
almericus Antiochenus epiſcopus 428
altaria in templis cur in Orientem verſus vergant 322
altarium origo 308
alvi purgationis auctor 62
alyattes Lydorum Rex in bello adverſ. Mileſios fidicines habuit 47
amatæ cur Veſtales dictæ 274
ambroſii de circunciſione locus 223
amen vox quid ſignificet 343

343, 502
amiculum nigellum anthracinum dictum eſſe 383
amphiaraus ignispicii inventor 68
amphion ex Antiopa, muſicæ repertor 40
amphitheatrum quid, & cur arena ſpargi ſolitũ 189, 190
anacleti edictum 331
anacleti v. pontificis, decreta 247
anacharſis Scythiæ inventa 128, 142
anachoreticæ vitæ quis prima fundamenta jecerit 415
anaitis Armeniorum deus 4
anaſtaſii inſtitutum 248, 333
anaxagoræ de Deo opinio 3. de diis. ibid.
anaxagoram primum lunæ defectum monſtraſſe 51
anaximander ſphæræ repertor 52
anaximandri Mileſii de hominum ortu opinio 9.
anaximenes aera principium poſuit 7
anaximenis de Deo opinio 5
anaximenis Meleſii Lacedæmonis inventum 92
anchoram Tyrrhenos reperiſſe 196
ancile quid 275
ancus cur primus omniũ carçerem Romæ inſtituerit 87
andabatæ 5
andreas Scythas in ſuam fidem redegit 485
andreæ Scythiam ſorte obtigiſſe 219
andronicus Cyrrheſtes 52, 53
angariare quid 343
anglorum in contrahendo matrimonio ritus 19, 304
anglorum in ſalutando mos 272
anglos in ipſo die natali infantes baptizare 227
anglos & Scythas primos pellib. uſos fuiſſe 166
animæ ex morbo agentes cur oleo hodie ungantur 293
animarum dignitas 2
animalia carcere coerceri, undè cœptum ſit 161
animalia herbas ac remedia nonnulla hominib⁹ cõmonſtraſſe 62
animalia quænam legionũ Roma-

Romanarum inſignia fuerint 161
animalia quis primus mactare inſtituerit 157
animalib. quis primus, rebuſque aliis nomen impoſuerit 157
animi bonorum enumeratio 212
animum non corpus purgandum eſſe. 350
annales pōtificum à principio Romanos pro hiſtoriis habuiſſe 37
annatarum uſus quando primum cœperit 462
anniverſarias demortuorũ exequias cur Odilon inſtituerit 384.385
annua parentalia. cur veteres fieri voluerint ibid.
annua ſacra cur Felix & Gregorius facienda ſtatuerint 380
annulũ digito ferre, proq; ſigillo uti, quando homines cœperint 460
annulorum inventor incertus 206
annulorum origo 132
annulus apud Roman. nota erat ordinis equeſtris 134
annus lunaris 88
annus magnus, quot annos ſolares, ſecundum Ciceronem contineat: item quot, ſecundum Joſephum ibid.
anni ratio quàm varia fuerit apud priſcos ibid.
annos numerandi varii apud gentes modi ibid.
annum qui primi conſtituerint 87
antennarum repertor 195
antheri de notariis inſtitutum 259
antheri pontificis decretũ 264
ἀνθ αξ 383
anthropophagorũ in matrimonio mos 16
anthropophagos in propatulo coiviſſe ibid.
antiochena ſynodus Paulum Samoſatenum hæreticum damnavit 473
antiochenam civitatẽ primam omnium fuiſſe, quæ Chriſtianũ nomen proferre auſa ſit 219
antiochiæ urbs capta 450
antiphona 342
antiquos in luctu ut plurimum nigra veſtimenta induiſſe 383
antiſthenis de Deo opinio 3
antonianæ ſectæ origo 444

anto-

antoniani ſodales 441
antonini Heliogabali luxuria 167
antonius Enipho grammaticus 31
antonius Muſa medicus 63
antonius ubi cœnobium condiderit, & quos ſecum habuerit 418
appellis hæreſis 468
apis Aegyptiorum Rex, medicinæ repertor 57
apollinares ludi unde inſtituti 281
apollo Delphis colebat. 5
apollo medicinæ repertor 57
apollo cur Pythius dictus 109
apollo primum cithara ſimplici, Marſias autem tibiis uſus eſt 44
apollo quartus Arcadum legiſlator 74
apollinis aſylum in Syria 186
apollinis ſimulachrum in Delo 435
apollinem arcuum ſagittandique fuiſſe repertorem 103
apollinem lyram ac fiſtulā inveniſſe 43
apollodori Athenienſis inventum 141
apolloniæ virginis Alexandriæ martyris fortitudo 488
apollonius orator imperante L. Commodo, cur martyrio coronatus ſit 365
ἀποφέρειν 116
apophoreta. ibid.
apoſtatæ qui vocentur 469
apoſtoli cur dicti 236
apoſtoli juramentum 265
apoſtoli cur in diverſas mundi partes diſtracti fuerint 484
apoſtoli quando inter ſe provincias ad evangelizandum partiti ſint 219
apoſtolos apud Romanos religionis auctores fuiſſe 220
apoſtolos fallacias dæmonum uſitato more factas timuiſſe 2
appii Claud. libido decemviratum ſuſtulit 52
aprilis, quaſi Aphrilis dictus 89
aprorum in morbis remedium 62
apulejus martyr 64
aquilo ventus unde dictus 53

ara,

aræ, cur primo anſæ dictæ ſint 158
arabo medicinæ repertor 57
arabi undè 13
arabes adulterium capite mulctaſſe 15
arabes ſingulis annis puerum immolatum ſub ara ſepeliiſſe 314
arabum mos in contrahendo conjugio 15
arabum mos in fœdere paciſcendo qualis fuerit 118
arachne, cur à Minerva in araneam converſa ſit 362
arachne quænam invenerit 162
aramei undè 13
aratri inventores 147
arbores peregrinæ à quib⁹ in Italiam tranſlatæ ſint 154
arcas duas à foſſorib. in agro L. Petilii repertas quarũ una Numa Rex, in altera verò ejus libri reperti ſunt 98
arcades muſicam inveniſſe 41
arcades primos in Italiam literas attuliſſe 28
arcades primos omnium inſtrumenta muſica in Latium attuliſſe 41
arcades Italis leges dederunt 74
arcadum legiſlator Apollo quartus. ibid.
archagathus Romam primus ex medicis venit & cur carnifex appellatus 58
archelaus, ſeptimus Lacedæmoniorum Rex 77
archelaum ex Jonia Athenas primum phyſicam importaſſe 49
archimedes Syracuſanus ſphæræ repertor 52
archeſtratus, tertius Lacedæmoniorum Rex 77
archiepiſcopi 261
archiflamines ibid.
archileus martyr 481
archilochus jambici carminis inventor 38
architecturæ origo 169
archytæ Tarentini de mũdo & hominũ ortu ſententia 8
arcus buſius 105
arcus & ſagittarum repertor 103
arenam pro amphitheatro aliquando capi 190
areopagi etymon & nominis cauſa 80
areopagytarum magiſtratus,

tus, undè conſtitutus. ibidem.
argenteam ſtatuam ſibi primus omnium Pharnaces fecit 139
argenti inventores 127
argenti primus ſignator. 130
argis, ſecundus Lacedæmoniorum Rex 77
argivorum legiſlator Phoroneus 74
argos duplex 172
ariſtarchus 31
ariſteum Apollinis filium oleam inveniſſe 152
ariſtippi ſententia de animæ interitu 481
ariſtocratia quid, ejuſque origo incerta 78
ariſtocratia quando cœperit Romæ 81
ariſtophanes 34
ariſtoteles 31
ariſtotelis de mũdo & hominum ortu ſententia 8
ariſtotelem omnium primum bibliothecam inſtituiſſe, quàm unà cum ſchola Theophraſto reliquit 96
arithmeticæ origo 54
armatam ſaltationẽ Curetes primum inſtituiſſe 110
armeniorum Deus Anaitis 4
armorum & æneorum tormentorum primus uſus 103
arrius 469. 471
arrii ſchiſma 469
artaxerxen in potatione corona uſum fuiſſe 124
artemon Clazomenius teſtudinum inventor 103
artem meretriciam cur Venus prima omnium in Cypro inſtituerit 199
artem navigandi quis repererit 194
arvales ſodales cur à Romulo creati 277
arvaliũ collegium Romæ à Romulo inſtitutũ 441
aruncius Rubrius medicus 60
aruſpicum munus 68
aruſpicina ars quid in ſe contineat. ibid.
aruſpicina ars undè nomẽ trahat. ibid.
aruſpicinę artis & ſortium Prænestinarum origo ibid.
aruſpicii inventor. ibid.
aſciæ repertor 192
aſiam Joannes convertit 485
aſianorum mores 482
aſinium Pollionem Romę primum bibliothecam

feciſſe 96
aſoſtra 46
aſsheruggium 435
aſſiduas preces inter homines eſſe debere 336
aſſyrii unde 13
aſſyrii literarum inventores, ſecundum Plinium 25
aſſyriorum deus Belus 4
aſſyriorum in ſepeliendis mortuis conſuetudo 179
aſſyriorum ſectæ origo 442
aſſyrios aſtronomiam reperiſſe 51
aſſyrios & Babylonios uxores ex publica auctio nem emere coſueviſſe 16
aſtrologiæ origo 50
aſtrologiam ab Hebræis ad Ægyptios & Chaldæos manaſſe 51
aſyli etymologia 185
aſylum in Calauria non procul Trœzene Neptuno dicatum ibid.
aſylum ad Canopicum Nili oſtium, Herculi conſecratum ibid.
aſylum à quibus conſtitutum fuerit 184. & quo nos pacto aſylis utamur 186
athanaſii epiſcopi Alexandrini inſtituta 355, 494
athenarum dea Minerva 4
athenis aſylum templum miſericordiæ, cur ab Herculis nepotibus collocatum ſit 184
athenis theatra fuiſſe 187
athenienſes cur Protagoram ſuis finibus ejecerint 3
athenienſes quibus primò ſtatuas erexerint 139
athenienſes quomodo diē obſervarint 94
athenienſium in augendis libris ſtudium 96
athenienſium inventa 148
attilæ crudelitas Leonis primi pontificis Rom. ſanctitate victa fuit 490
athletas in Circo certaſſe 190
atlas 47
atlas Libyæ filius aſtrologiæ repertor 50. cur cœlum ſuſtinere humeris poëtæ finxerint 51
atlas ſphæræ repertor 52
atomi unde dicti 7
attalicæ veſtes unde dictæ 164
atticis promiſcuas uxores & liberos fuiſſe 15
avaritiæ effectus 465

averna locus 431
aves ad venandum quis do cuerit, incertum 206
augurum collegia apud Romanos ſumma religione culta fuiſſe 70
augurum ſummorum nomina 69
auguria undè dicta ibidem
auguſtini de polygamia locus 297
auguſtiniani eremitani 428
auguſtus Cæſar duos obeliſcos Romani ex Heliopoli tranſportavit 183
auguſtus undè dictus 89
auguſti Mauſoleum & amphitheatrum 189
augylarum mos 15
aviaria quis primus inſtituerit 161. in Avib.
avia divinandi genera 69
avicenna medicus 60
aulæa ubi primum inventa 164
A. Cornelius Coſſus 82
A. Sempronius Atracinus 83
aureum diadema Sylveſt. Rom. pōtifici oblatum qđ ille non accepit 245
aureliani in Chriſtian. decima perſecuto 479
aureus numerus cur dictus, & à quo excogitatus 91
aureus numus quando Romæ percuſſus ſit 130
auriga qui ſit futurus 50
aurum cur palleat 126
aurum & argentum apud Pangæum maximè abundare 127
auri conflaturam quis invenerit ibid.
auri intexendi modum Attalum regem Aſiæ reperiſſe 164
auri primi inventores 127
auſe non legendum eſſe, ſed Oſea 235
auſpicia undè dicta 69
auſter ventus 53
auctores colendorum deorum qui primi extiterint 21
aza apud Indæos quando regnavit 55
azymorum dies 312

B

Babylonii quomodo diem obſervarint 88
babyloniorū de' Bel. 4
babyloniorum mos 199
babyloniorum de ægrotis conſuetudo laudata 59
babylonios & Aſſyrios uxores ex publica auctiōe

emere conſueviſſe 16
babylonios olim piſcibus tantum victitaſſe 159
bacchanalia ſacra 278
bacchanalia celebrandi mos 201
bacchanalia Melampus Amytheonis filius inſtituit 200
bacchanaliorum effectus 201
bacchum Jovi poſt devictos Scythas primitias obtuliſſe 411
bactrianos ſenes canib. objeciſſe 180
baleares inſulæ 103
balis herba 61
baliſtæ & fundæ inventores 103
balſamum ubi naſcatur 292
baptiſmatis cauſa 225
baptiſmatis primus uſus 224
baptiſmatis triplex genus 229
baptiſmum non iterandū eſſe 228
baptizandi adultos mod⁹, & quib. diebus 229
batizandorum infantium inſtitutum, ab Apoſtolis promanaſſo 226
barcæorum mos in conſlanda pactione qualis fuerit 119
barbam aut comam ne præſul & reliqui ſacris initiati nutrirent, à quo vetitum 247
bartholomæus Indos citeriores convertit 485
bartholomæo citeriorem Indiam ſorte obtigiſſe 219
baſilia inſula 134
baſilidis Cerdonis hæreſis 468
baſilius Brigidenſium ordinis auctor 433
baſilius quando & ubi floruerit 419
baſtetanorum de ægrotis mos laudatus 59
βικὸς quid 9
beelzebub 343
bel, Beel, & Baal, idem ſunt. ibid.
bellandi morem à Marte repertum eſſe 101
bellariorum inventores 159
bellerophōtis inventū 115
bellicarum machinarum inventores 103
belus Babyloniorum & Aſſyriorum Deus 4
belus amnis 134
belus, Nini pater, ab Aſſyriis & Babyloniis cultus 21

benedictio ſacerdotis poſt ſacra, & circũverſio frequẽs ejuſdem in altari, undè promanarit 336
benedictus Nurſin. quando claruerit 419
benedictinorum veſtitus ac regulæ 421
berecynthes Rheam colunt 4
bernardus abbas 437
bernardus Caſtilionenſis 423
bibula charta 99
bidentis anchoræ repertor Eupalamius 196
bigas primum Phrygas junxiſſe 106
bin pondus 125
biremis auctores 196
biretri repertor incertus 205
biſſextus annus cur dictus 90
bombardæ inventũ omni admiratione execratio neq; dignum 204
bombarda undè dicta 104
bombardæ repertor incertus 103
bombarda nihil terribilius ab hominibus excogitari potuiſſe. ibid.
bombardæ uſus Venetis primum indicatus 104
bombyces undè generentur 167
bombycinas veſtes Pamphilum reperiſſe 168
bonæ deæ ſacra 277
bonorum cœnobii prope Londinũ fundatio 434
bonifacius primus omnium jubileum retulit 455
bonifacii primi decretum 248
bonifacius III. altaria cãdidis linteis pañis operiri voluit 308
bonifacii III. de Cardinalium dignitate & officio decretum 252
bonifacium III. formam elegendi epiſcopi, ſacerdotes atque diaconos mutaſſe 258
boreas ventus undè dictus 52
boves ad aratrum quis primum junxerit 147
braccata Gallia unde nomen traxerit 165
braccæ Gallorum veſtitus qualis. ibid.
brachmanæ apud Indos nihil animatum comediſſe 158
breviatores Romæ quis primus omnium inſtituerit 461. quis item exauctorarit ac dein reſti-

tuerit ibid.
brigidę viduę ſanctitas 433
brigidenſium ortus 433. veſtitus 434
britannis promiſcuas uxores & liberos fuiſſe 15
britannorum mos in conjugio 15
bruno Colonienſis Carthuſianæ congregationis auctor 428
bucolici carminis inventor 33
buddas 47
βυλὴ 281
βυλὴ quid Græcis denotet 462
bulla aurea quibus peculiaris fuerit 165
buſium 105
byzantina ſynodus à Vigilio pōtifice habita, Theodorum oppugnavit 475

C

CAballio urbs 361
cadaverum ablutiones & unctiones unde originē trahant 384
cadmus 36
cadmus in Græcia religionis auctor 23
cadmus quas literas è Phœnicia in Græciam attulerit 25
cadmus ubi aurum invenerit 127
cadmus auri conflaturæ inventor ibid. idē Thebis, vel in Phœnicia lapidicinas invenit 171
cæacus argenti inventor 127
cæcilia martyr 270, 488
cæcilius 35
cæleſtinus primus Rom. pontifex 475
cæleſtinus v. Rom. pontifex auctor ordinis Cæleſtinorum 423
cæleſtinorum ordinis origo ibid.
cælum inhabitare quis dicatur 493
cæremoniæ unde vocentur, & quæ propriè dicantur 339
cæretanorum ſectæ initiū 444
cæretum Umbriæ oppidū ibid.
cæriti populo in centum annos inducias datas fuiſſe 117
cæſares Romæ quando creati 85
cain primus agricola 145
cain anxiè in cumulandas pecunias incubuit 129
cain, aut Seth lapidicinas invenit 171. idem Cain pōdera & menſuras primus

mus reperit 55
cainum Adæ filium anxie in cumulandas pecunias incubuiſſe 129
C. Julius Cæſar primus omnium amphitheatrū in campo Martio poſuit 189
C. Cæſar cur ſiniſtrū pedē ad oſculandū Pompejo Pœno porrexerit 271
C. Cæſaris amphitheatrū cur ab Auguſto deſtructum 189
C. Cæſarem calvitii deformitatem iniquiſſime tuliſſe 205
C. Cæſarem latum clavum geſtaſſe 164
C. Martius Rutilius ex plebe dictator creatus 83
Cajus princeps Petroniū miſit, ut ſuum ſimulachrū in tēplo Jeroſolymis erigēdū curaret 136
C. Caligulæ de oſculandis pedibus edictum 271
caji primi pontificis decretum 264
calata, id eſt vocata 91
calatranenſium militum religio 438
calchas augur 69
calendæ undè dictæ ſint 91
calices in quibus conſecratio fieri ſolita, ligneos olim fuiſſe 397
caligam apud veteres calceamenti genus fuiſſe 206
caligarum auctor incertus ibid.
calixtus martyr 487
Sophiſta. IS primus mercede docuit, minas centum exigens, vel quantum diſcipulus æſtimaſſet artem. Sophiſtam ſe dixit, quòd eloquens ſibi eſſe videretur. Athenienſes Sophiſtam primum dixerunt Solonem: Philologi nomen ſumpſit Eratoſthenes Cyrenæus varia, & multiplici diſciplina præditus, deinde Artejus Romæ Salluſtio Florente. Sempronius σοφὸς dictus eſt, eloquens

eloquens M. Cornelius Cethegus: χρυσόστομος Dion Pruſenſis ex ſuavi, nitidaque oratione.

Oratio ſcripta, extemporalis, exornata Στάσις. Declamatio. Orationis partes. Dicendi genera.

ANtiphon Rhamnuſius primus omnium orationem ſcripſit. στάσιν, conſtitutionemq; cauſæ putant alii Hermagoram vocaſſe, alii Naucratē Iſocratis diſcipulum, aut Zopyrum Clazomenium: qua voce utitur Æſchines contra Theſiphontem, qui Æſchines cum Rhodum poſt illud judicium ſeceſſiſſet inſtituit extemporalem orationem habere, & declamare exercitationis causâ: quod tamen factum Fabius ſcribit circa Demetrii tempora, an ab eo inſtitutum, non ſibi conſtare. Alii inſtitutum dicunt à Pericle, vel à Pythone Byzantio, Philoſtratus à Gorgia, Pauſanias ab Anaximene Lapſaceno: Latini quidem dicendi Præceptores, quorum maximè inſignis puero Cicerone fuit L. Plotius (Plotinus malè legitur apud Senecam) cepere extremis L. Craſſi temporibus. Sergius Galba orationem apud Latinos exornavit, miſerationibus, communibusque locis uſus, & egreſſus à propoſita orandi cauſa, ut delectaret, animos permoveret, remque augeret. Apud Græcos prooemia, & epilogos induxit Cephalus Athenienſis: Protagoras orationem diviſit in ἐκβολὴν, ἐρώτημα, ἀπόκρισιν, & ἐντολήν. Demonſtrativum genus induxit Prodicus Chius: Rhodiam dicendi formam Æſchines, Aſiaticam Egeſias Magneſius. *Oratoria.*

Geſtus. Cauſa inferior. Mollis oratio.

PEr pulpitum orans ambulavit C. Gracchus, & ab humero togam diſſolvit. Involucrum Pallii reſcidit Athenis Cleon ex Halicarnaſſo Orator, coxā percuſſit, vociferatione etiam uſus in judiciis. Cauſam inferiorem, qua laudamus damnanda, probanda vitu- *Cauſa inferior.*

peramus: ſunt qui credant inventam à Platone. Ante ipſum Ariſtophanes Socratem ea cauſa uſum oſtendit: quæ ἥττων λόγος dicitur, & quàm repertam à Protagora Eudoxus ait. Laſciva, molliqúe oratione uſus eſt Sotades Cretenſis, qui lingua Jonica ſcripſit Jambos, Jonicos ſermones propterea vocatos, & ab Athenæo κιναιδολόγους. Sotadem ex noſtris primus imitatus eſt Ennius.

Dialogi.

Dialogi. ARiſtoteles in primo de Poëtis Dialogorum primum auctorem fuiſſe refert Alexamenem Tejum, qui ante Platonem literis mandavit Socraticos ſermones Dicunt alii Dialogos inſtitutos à Zenone Eleate: Timon à Sophrone Syracuſano, qui percunctando, & reſpondendo Mimos ſcripſit: ejus libros in Sicilia emptos à Platone, qui & hunc imitatus fuerit.

Hiſtoria.

Hiſtoria. HAnc Cadmus Mileſius, & Arceſilaus Argivus primi apud Græcos condiderunt: à Poëtis creditur Clio oſtendiſſe. Omnium gentium hiſtoriā primum ſcripſiſſe ſe fatetur Ephorus quem imitati ſunt Diodorus & Trogus. Hieronymus Cardianus primus ſcripſit res geſtas à Romanis: Aſinius Pollio Græcam hiſtoriam latino ſermone.

Phyſica.

Phyſica. NAturæ cauſas Thales primus inveſtigaſſe dicitur ab Hortenſio apud Ciceronem. Sed Thales, Anaximander, aliiq; σοφοὶ elementa tantum cognovere: Xenophanes Colophonius, & ejus diſcipulus Parmenides rerum naturā: Plato declaravit antiquorum placita obſcura Eleataris maximè, & Pythagoræ: rem omnem apertiſſimè oſtendit Ariſtoteles, Ægyptii Vulcanum dicunt fuiſſe Phyſicæ auctorem, alii Triſmegiſtum, Theophraſtus Prometheū, indeq; cœleſti igne ab

igne ab eo animatam fœminam. Ex Jonia Phyſicam Athenas intulit Archelaus. Apud Græcos de naturæ ratione primus ſcripſit Alcmeon Crotoniata Pythagoricus: apud Latinos C. Amaphranius Epicureus homo.

Medicina: ejus partes: herbarum vires: theriaci paſtilli: balnea: remedia ab animantibus: herbæ.

AT Medicinam Mercurio adſcribunt alii, alii Melampodi, vel Orpheo; quidam Apollini: Æſculapium ampliaſſe, perfeciſſe Hippocratem, quos Pindarus treis Medicinæ auctores appellat. Ægyptii dicunt Iſidem in ſomniis ægris medicamenta indicaſſe: qua cauſa Jamblichus ſcribit ſcientiam divinitus ſomniis comparatam. Quæ ſomnia etiā in Æſculapii templis videbantur, quæ Pergami, Alexandriæ, aliiſque locis erant. Apis Ægyptius Medicinam dedit Græcis, aluitque Æſculapium Arſippo natū, & Coronide Nympha, quam Aſclepiades Arſinoen vocat Leucippi, vel, ut eſt apud Pindarum, Phlegyæ filiam. Apis moriens puerum Æſculapium cōmendavit Chironi, qui Herbarum vires primus cognoverat. Hunc Chiron ulcera, & febres curare docuit, nam Chirurgia Chironis inventum eſt vel Apidis, vel Mizrais, vel Æſculapii Apollinis filii. At hic alter Æſculapius Chironis alūnus alvi purgationem primus invenit. Ejus filii Podalirius & Machaon, Medicinam exercuere in Græcorum exercitu. Ipſa verò poſtea jacuit in tenebris uſq; ad Peloponneſiacum bellum, quando eam in lucem revocavit Hippocrates Cous. Democriti diſcipulus qui eam à ſtudio Philoſophiæ ſeparavit, & Æſculapii templo cremato in Inſula Co, morbos Pharmacis curavit remediis exſcriptis, quę in eo templo poſuerant homines à morbis liberati. Hæc fuit Medicina κλινικὴ. Prodicus Hippocratis diſcipulus ἰατραλειπτικὴν inſtituit unguentis, & frictione. Horum placita Diocles, Praxagoras, Chry-

Medicina.

Chirurgia.

ſippus, Eraſiſtratus & Herophilus mutaverunt: unde in tres partes diducta Medicina, altera διαιτητικὴ quæ victus, altera φαρμακευτικὴ dicitur, quæ medicamentis curat: tertia χειρουργικὴ manuum opera.

Empyrica. Εμπειρικὴ, quæ experientia tantùm utitur, cepit in Sicilia à Creonte Agrigentino. Aliam invenit Aſclepiades, poſt Hipocratem Medicorũ princeps: quã auditor ejus Themiſon mutavit. Rectius valens Claudio Principe novam ſectam inſtituit: novam Theſſalus Neronis principatu, cunctis deletis majorum placitis. Tunc ejus ἀρχιατρὸς Andromachus theriacos paſtillos fecit ex vipera.

Et Carnis Maſſilienſis damnavit priores Medicos, & balnea, quæ inſtituerat Medea: ſicut Syracuſani inſtituere πέλυς. Galenus tandem Pergamenus Trajano principe medicinam ad Hippocratis, majorumque placida reduxit.

Multum verò antea medicinæ exercitationem addidit Herodicus Silymbrianus phthiſi laborans. Carminibus ægritudines levare docuerat Salomõ Judæus

Remedia ab animalibus oſtenſa. Rex. Sed homines & ab animantibus remedia accepere: à cane herbis alvum purgare, Clyſtere ab ibide: venam aperire ab Hippopotamo: à cervo ſagittas dictamo extrahere, veneno cynaræ herba mederi, & cõtra phalangiorum ictus cancros prodeſſe: ab hirundine Chelidoniam viſui ſaluberrimam: rutæ vires à muſtela, origani à ciconia, hederæ ab apro, fœniculi ab angue, marathri etiam, & juniperi ſpinæ: Draco nauſeam lactucæ ſylveſtris ſucco reſtingui oſtendit. Elephas contra chamæleontem prodeſſe oleaſtrum, urſus contra mandragoram formicas, palumbes, graculi, merulæ, perdices lauri folia faſtidium purgare indicarunt, columbæ, turtures, & gallinacei helxinem herbam, anates, anſeres, cæteræ aquaticæ aves herbam ſideritem, grues juncum paluſtrem. Sed de herbis pri-

Herbaria. mum aliqua prodidere Orphæus, & Muſæus: poſtea Home-

Homerus, & Heſiodus: Pythagoras volumen de earũ effectu compoſuit, Apollini Æſculapio, Diisq; earum inventione, & origine aſſignata. Silphii Ariſtæo, Centaureæ Chironi, Achillei, Achilli: volumẽ itẽ ſcripſit Democritus: apud nos primus M. Cato, poſt C. Valgius, & Pompejus Leneus: Herbarum effigies pinxere Cratejus, Dionyſius, & Methrodorus: cæteris melius, qui ante, poſt quę fuere de herbis ſcripſerunt C. Plinius, & Dioſcorides: quos eodem tempore fuiſſe exiſtimarem: ambo enim ſe vidiſſe teſtantur Licinium Baſſum: quanquam Suidas credat ante Plinium fuiſſe Dioſcoridem, Antonio & Cleopatra in Aſia regnantibus.

Mathematica, Arithmetica, Pondera, Menſuræ, Geometria, Agrorum termini, Triangulus, Cubus, & duplicatus Decempeda.

Mathematices auctor in Græcia Thales fuit. Arithmeticam numerandi artem, quæ eſt pars prima Mathematices, invenere Sidonii in Phœnicia, vel Abrahamus in Aſſyria: Ægyptii fuiſſe ſe dicunt, & Naucratem eorum Deum numeros oſtendiſſe & computare: alii numeros ajunt Minervam, menſuras Mercurium dediſſe, apud Græcos Pythagoram, qui etiam notas numerorum fecerit, vel fecit Phedon (Sidonium Eutropius vocat) Eleus Proca, Sylvio Latinis regnante. Alii pondera & menſuras adſcribunt Palamedi. Geometriam verò alteram partẽ Mathematices invenit Naucrates ille, ut poſt anniverſariam Nili inundationem certi dignoſcerentur agrorũ termini: quos terminos primus poſuit Cain. Thales in Græcia oſtendit Geometriam, & triangulum deſcripſit: cubum Architas, duplicatum cubum Plato: Cratoſthenes tamen tribuit Hippocrati. Decempedam ad metiendos agros excogitarunt Theſſali.

Mathematica.

Aſtrologia.

Aſtrologia. HÆc pars tertia Mathematices. Cælum, & ſydera obſervarunt primũ Abrahamus apud Chaldęos, apud Ægyptios Saſochis vel Naucrates, in Scythia Prometheus. Alii ad Zoroaſtrem referunt, Poetæ ad Uraniam Muſam, Arcades ad eorum Deum Pana. A Chaldæis accepere Maguſæi Perſæ Sidonii, & Phœnices, alii Græci ab Acte vel ab Orpheo, vel à Thalete Mileſio, qui ante alios de cœleſtibus in Græcia diſputavit, de Stellarum motu, de Lunæ, Soliſq; ratione: quæ omnia docuit Mandraytum Prienenſem mercedis loco petens, ut illa à Thalete ſe accepiſſe fateretur.

Solis, Lunæq; meatus, defectus. Aſtrorum curſus, natura, nomina. Stellarum numerus, Mundus, Lacteus circulus. Planetæ, Sydera aliquot.

LUnæ verò, Soliſque curſum obſervaſſe dicunt Hipparchum: aut Lunæ Endymionem, Solis Thaletem: qui & eorum defectus intellexit, & Solis A- *Syderum cognitio.* treus Mycenis, Romæ Sulpiti' Gallus. Vel Lunæ meatus, & naturam demonſtravit Mercurius ex Arcadia: quare Arcadas ipſos προσελήνους vocant: id quod alii factum credunt, quod ſoli ex hominibus nullã dederint operam Aſtrologiæ. Solis, Lunæ & Aſtrorum curſum ab aliis creditur Hyperion oſtendiſſe, inde ſyderum pater appellatus, ut & Aſtreus nomine Aſtris impoſito: quod feciſſe Phœnices putant alii, & ſtellarum numerũ cognoviſſe. Sed Atlas ſuſtinere cœlum propterea exi- *Atlas.* ſtimatur, quòd ipſe Solis, Lunæ, ſyderumq; aliorũ ort', occaſus, & Mundi (ſic enim κόσμον appellavit Pythagoras) motus hominibus tradidiſſet, vel fuit Promethe'; cujus in hac cogitatione defixi corde aquila paſci fabulis traditur: quàm confecerit Hercules dubitatione omni ſublata: Atlantis namque diſcipulus in Aſtrologia fue-

gia fuerat Hercules, propterea humeros dictus cœlo ſuppoſuiſſe. Lacteum circulum etiam oſtendit, inde fictum ex lacte Junonis eo ſugente. Democritus præter, Solem, & Lunam ſuſpicatus eſt plures ſtellas eſſe, quæ errarent: Planeras dixere Græci: inter quos Venus eſt, cujus Stellæ naturam Pythagoras inveſtigavit: eandemque Luciferum & Veſperum eſſe dixit, quòd modo præcedat, modo ſubſequatur Solem. Hoc tamen Phavorinus Parmenidi adſcribit. Tireſias dixit Planetas alios mares, alios fœminas, utroq; propterea ſexu ipſe credit us. Cynoſuram oſtendit Thales, & ſtellas, quarũ aſpectu Phœnices navigant, & Babſtonii: Cleoſtratus indicavit capellæ ſydus, quæ dicitur aluiſſe Jovem propè Olenem in Arcadia. *Planeta.*

Signiferi obliquitas, ſigna. Solſtitium. Syderum intervallum. Aſtrolabium. Orbis deſcriptus.

Signiferi obliquitatem primus intellexit Anaximãder Mileſius, vel Pythagoras: quod tamen ad ſe retulit Oenopides Chius. In ſignifero ſigna notavit Cleoſtratus, vel Ægyptii: quare & animantia coluerunt, & per eorum effigies ſenſus mentis effinxerunt. Euhemerus retulit ad Venerem, quę docuerit Mercurium: Alii referunt ad Ariſtæum Apollinis filium Arcadiæ Regem, obſervatorem etiam ſolſtitialis ortus. Syderum intervalla Pythagoras cognovit: quod ut deprehenderetur, & ſyderum magnitudo, & motus Aſtrolabium confinxit Ptolemæus Alexandrinus, qui orbem deſcripſit: ut primus fecit in tabula Anaximander, in libro Hecatæus. *Zodiacus.* *Aſtrolabiũ.*

Sphæra. Cum terris cœli ſocietas. Terræ forma, locus, Zonæ, diverſitas. Libri de Aſtrologia.

Sphæram effinxit Atlas, vel Anaximander, vel Muſæus Athenienſis. Cũ terris cœli ſocietatẽ intellexit *Sphæra.*

Democritus. Terrã eſſe rotundã, & in medio poſitã Pythagoras, vel Heſiodus, ut credidit Zeno, vel Parmenides, ut ait Theophraſtus. Parmenides, auctore Poſidonio, terram, ut cœlum, in quinq; partes, quas vocant Zonas, partitus eſt: ſex fecit Polybius. Regionum diverſitates intellexit Hipparchus, & ab Æquinoctiali diſtantias. Libros autem de Aſtrologia primus ſcripſit Meton Athenienſis.

Aſtra futura indicare. Planetarum item nomen, curſus, natura, poteſtas. Ἐφημερίδες.

Aſtrologia. CHaldæi omnia ſubjicere Planetarum viribus: eorumq; & aſtrorum ratione præterita, & futura dicere docuit Beroſus in Inſula Coi, geniturã Naucrates Ægyptius, vel Atlas. Poſtea Antipater Sidonius & Achinapolus ex conceptione etiam nuntiarunt, quæ homini in poſterum eventura eſſent. Quæ omnia Græcus auctor ad Æthiopas refert, qui Planetis impoſuerunt nomina curſu, natura, poteſtate notatis: quam prædicendi artem receperint Libycæ gentes Ammonis etiam oraculo inſtituto, & in Græciam tulerit Orpheus myſteriis obtectam. Solebant quoq; Aſtrologi κύκλω unius annorum initia, fineſq; ſcribere, & quæ futura eſſent quas ἐφημερίδας dixere, in uſum denuò reductas à Laurentio Miniatenſi Ætruſco.

Annus, menſes, dies, horæ. Nox, & dies ſex menſium, Annorum κυκλὸς. *Intercalatio. Dierum nomina à Planetis. Horologia, Gnomon.*

Annus eiusq; tempora. AT Ægyptii, vel Phoroneus Inachi filius, vel Babylonii annum in duodecim partes Solis per ſigniferi ſigna meatu diviſerunt, menſibus inſtitutis, & diei horis duodecim: quæ Græcis oſtẽdit Phegons Phoronei frater, vel Pan Arcadum Rex, vel Palamedes, vel Democritus. Anni tempora, viciſſitudines,

dines, dies CCCCXV. primus obſervavit Thales, poſtea Eudoxus Hipparchus, Ptolemæus Rex, Cæſar dictator. Bion Abderita loca intellexit ubi nox eſſet ſex menſium, totidem dies, κύκλον, quem Chriſtiani ſervamus in ſolennibus diebus, alterum Lunæ XIX. alterum ſolis XXIIX. fecit Euſebius: deſcripſerunt Theophilus Alexandrinus & Dionyſius. Intercalationem Antias ſcribit inventam à Numa, Licinius à Romulo, Junius à Servo Tullio. Dies planetarum nomine vocarunt Aegyptii; ab eis accepere Romani, inde Græci, omnes fere poſtea. Horologia conſtituit in Aegypto Triſmegiſtus: ſolarium Lacedæmone Anaximenes, gnomone facto Babyloniorum exemplo: vel Anaximander ejus præceptor, aut Thales: Romæ Lucius Papyrius: diſcretis horis Naſica, quod ſolarium deſcriptum vocat Cicero. Hydrologia conſtituit Cteſibius Alexandrin' Romæ P. Cornelius Naſica, Theodoſius, & Andreas fecere ad omnes cœli inclinationes, vel κλίματα. *Horologia.* *Hydrologia.*

Muſica, μαν‹ιρ›ος cantus, aliáque Harmoniæ genera.

ARithmetica continet Muſicam inſtitutam ab Apolline, vel à Manerote Malcandri Bybli Regis filio, qui Iſim ſecutus metu perierit. At Pollux Manerota agreſtem hominem fuiſſe tradit, inventorem cantus agricolarum, qui dicitur μανέρος: Tibullus Muſicam refert ad Oſirim, qui Bacchus eſt: quam Chamæleon Ponticus antiquos homines teſtatur inveniſſe avium imitatione, quæ in ſolitudine canerent. Apud Græcos invenit Pythagoras, cùm ex malleorũ percuſſione apud æris fabros harmoniam noviſſet. Concentus varios & Muſicam in Aegypto inſtituit Iſis, Bardus apud Celtas: Cantus Melpomene Muſa, vel Mercurius: ante Marſyam Phrygem & Olympum in cantu omnia erant Chromatica, ſive colorata, Mar- *Muſices inventores.*

ſyas invenit concordiam concentuum acutorũ, Olympus concentuum diſſimilium, quas dixere harmonias diatonam, & harmonicam. Hæc tria ſunt genera canendi. Eſt quoque Harmonia Phrygia mollis, accutiſſima voce, à Marſya, Hyagnidene reperta, Dorica gravis, & bello apta à Thamyra Thrace indicata in Dorione urbe. Lydia luctui, & hilaritati convenit: hanc Carius Jovis filius conſtituit, cùm apud Torrhebiam paludem concinentes Muſas audiſſet: vel conſtituere Antippus, aut Amphion, aut Melanoppides, aut Olympus in funere Pythonis. Jonica data eſt à Pythermo Jone. Meſophrygia à Marſya. Meſolidiæ etiam commiſerationi, & Tragœdiis apta, vel hanc reperit Sappho, aut Pythoclides: Hypolidiam Meſolydiæ contrariam, Damon Athenienſis, vel Polymeſtus: laconicam Phyloxenus.

Harmonia varia.

Lyricorum chorus, Cithara, Fides, earum leges, Barbitos, Forminx, Monochordium, Dichordium, Thrichordium, Quinquechordium, Plectrum.

LYrici choro quinquaginta virorum conſtituto à Tyſia, vel à Steſichoro ad Lyram carmina canebant, ſcribebantque Lyram trium fidium, acutæ, gravis, & mediæ vocis fecit Aſus, vel Mercurius in Aſia urbe Lydiæ, anni tempora imitatus, quæ priſci tria tantum fecerunt: & accepto caduceo, dedit eam Apollini, qui cognominatur χρυσαὸς à loro Lyræ, qui eſt ἀορτής. Naſo Minervam credit inveniſſe Lyram, alii dicunt Cliô aut Orpheum, vel Amphionem, vel Linũ, vel Chironem: Judæi Jubalem. Lyra ſine cantu uſus dicitur Thamyras, Olympus etiam; cum cantu Amphion, addita nete chorda propè Neſam Thebarum portam, additiſque legibus ſonus Lyræ. Tres alias Chordas adjunxit Philemon, ad quam Lyram jam

Lyra.

ex ſeptem chordis edidit carmina Terpander, ſingulis fidibus nomine legibusque datis. Ipſe quoque vel Anacrenan, vel Melpomene formavit lyram ex ebore ſeptem fidibus, quem Berbiton dicunt: octavam chordam junxit idem Terpander, vel Simonides: quibus bifariem diviſis uſus eſt Lycaon Samius: vel octavam, nonam, decimam, & undecimam chordam addidit Timotheus Mileſius, alii nonam adſcribunt Apollini, decimam Heſtiæo Colophonio. Tenui Citharæ cantu uſus primus eſt Ariſtonicus Argivus, auxit Lyſander Sicyonius. Amores ea cecinit Ametor Eleutherneus, ridicula Oenopas. Athenas eam attulit Phrynis Mitylenæus, in Italiam Arcades, & Evander. Phormingem non adeò à Cithara differentem invenêre Siculi; monochordium, & trichordium Arabes: vel trichordium Marſyas, quinquechordium Scythæ loris bubulis: maxillis autem caprinis utebantur pro plectro, quod prima fecerat Sappho. *Cithara.* *Phorminx.* *Monochordium.*

Epigonium, Pſithyr, Aſcaros, Magadis, Pſalterium, Pectis, Sambuca, Trigonon.

Epigonus Ambraciota invenit epigonium Chordarum quadraginta: Lybicæ gentes, vel Troglodita invenere. Pſithyra forma quadrata, tenui ſono, inde ψιθυρίζειν. Organum hoc aliqui vocant aſcarum, quo tactis nervis cantatur. Anacreon magadim appellat à Lydis excogitatum cum quinque chordis: Apollodorus putat eſſe Pſalterium. Sed Pſalterium ψάλλειν ut invenere Phœnices quadratum, & Alexander Cythereus apud EPHESIOS decem chordis implevit, propterea Menæchmus, & Ariſtoxenus Magadim dicunt eſſe pectidem dichordum organum, quo prima uſa eſt Sappho. Sambuca uſa eſt Sibylla, organo trianguli forma acutæ vocis ex inæqua- *Epigonium.* *Pſithyr.* *Aſcaros.* *Pſalteriũ.* *Magadis.* *Sambuca.*

inæqualibus fidibus invento, vel à Syris, vel à Troglodytis, vel à Sambyce quodam, vel ab Ibyco Poëta Rhegino: qui & trigonon fecit: vel fecere Aſſyrii. Sed Sambuca canebant Jambos.

Tibiæ, earum leges, foramina, Tibia duplex. Plagiatos. Elymos. Hippophorbos. Monaulos. Theria. Tibia ex aquilarum & vulturum oſsibus. Gingras.

Tibia varia. Tibias oſtendit Euterpe, vel Thalia aut Apollo, aut Ardalus Troezenius Vulcani filius. Pindarus Minervam fuiſſe dicit ſibilum ſerpentum imitatam, qui in capite Meduſæ erant, & luctum Euriales & Sthenonis Meduſæ ſororum. Hæc tibia creditur fuiſſe ex oſſe. Alii tibiarum inventorem dicunt Hiagnim & ejus filium Marſyam. Plato Marſyam, & Olympum ejus diſcipulum teſtatur præſcripſiſſe leges, quomodo ex inflatis tibiis ſonus eliceretur: alii aſſerunt fuiſſe Pronomum, vel Clonam Tegeatem, aut Thebanum, vel Ardalum Clona antiquiorem. Olympus ex Phrygia in Græciam tibias intulit, & Græcos docuit canere tibiis in deorum ſolenniis: vel Pelops eas attulit ex Lydia. Nam creduntur Lydi primi habuiſſe tibiam, vel certè Libyci, qui dicunt Seiritem Libycum eam inveniſſe, à Poëtis propterea λίβυν appellatam. Hiagnis Marſyæ pater uno foramine duas tibias conjunxit, & ſimul utriuſq; canebat. Ipſa tibia foramine pauco erat, ut ſcribit Oratius, quatuor ſcilicet: multa addidit Theodorus Thebanus. Plagiaton tibiam curvam ex loto, vel buxo fecere Libycæ gentes, vel Oſiris, ſive Pan: elymon è buxo Phryges, & ipſe Marſyas: hippophorbon ex lauro Arabes Scentiæ, qua canunt apud equorum paſcua, Monaulon nuptialem ex calamo hordeaceo fecit Oſiris, aut Mercurius, aut Marſyas, vel Serithes, & Rhonaces Medi: Thebani *Monaulon.*

therian

theriam hinnulorum oſſibus, ære extrema parte obducta: aquilarum, & vulturum oſſibus Antropophagi. Melanchlæni, & Arimaſpi: gingram quærulam Phœnices nomine ab Adonide impoſito, quem gingrã ipſi vocant. Pronomus verò compoſuit tibiam, quæ Dorium, Lydium, & Phrygium modulos ſimul redderet. *Gingra.*

Syringæ. Cerodetos. Photinx. Fiſtula plurimis calamis. Tripos. Phœnix. Κρέμϐαλα.

GAlli, qui ad Oceanum ſunt, pro tibiis habebant ſyringas, quas confecit Terpſichore, vel Pan in Nomiis montibus, vel Cybele, vel Olympus, vel Marſias. Hiagnis dicitur eis primus uſus. Marſyas certè fecit Ceroderon fiſtulam: Oſiris Photingem è buxo. Mercurius fiſtulam ex uno calamo, ex pluribus Silenus: Pani attribuit Maro, & à Pane pandura dicta. *Pandura.* Tripodem invenit Pythagoras Zacynthius, Delphico tripodi perſimilem: Phœnices fecere Phœnicem: *Tripos.* κρέμϐαλα ænea, quæ digitis percutiebantur, finxere Græcæ mulieres.

Tubæ. Cornua. Organa pneumatica, & fiſtulis plumbeis.

TUbas inveniſſe dicitur Maleus Tyrrhenorum Dux, qui piraticam faciebat: inde Virgilianum illud eſt: *Tuba.*

Tyrrhenusq; tuba mugire per æthera clangor.

Sive quod eam conſtruxerit Tyrhenus Herculis filius in Lydia. Tyrrheni ipſi ληιστοσάλπιγγες cognominant, quòd tubam compreſſam & acutam invenerint, ut ait Pollux: vel hanc invenit Tyrtæus Athenienſis, χεῖν obtortam Oſiris, σάλπιγγα Minerva, Græciam intulit Orichondas opem ferens Heraclidis. Cornua fecère Tyrrheni, Pneumaticam rationem in Muſica inſtituit Cteſibius

Cteſibius tonſor Alexandrinus hydranti reperta, fiſtula ſcilicet, quæ in aqua poſita & percuſſa, ſpiritu replebatur. Organa fiſtulis plumbeis Byzantio in Galliam ad Pipinum Regem tranſmiſſa fuiſſe dicuntur à Conſtantino Cæſare: alii putant eorum uſum Romæ repertum à Viteliano Pontifice.

Organa pneumatica.

Saltatio, Cordax, Sicinnis, Emmelia, Saltatores, & Symphoniaci in Scena, Saltatio Italica, Pyrrhica, Salii, ὑποσχήματα προσῶδια χειρατίζειν. Chorea.

NEc ſaltatio omittenda in Muſica. Eam docuiſſe Erato dicitur. Terpſichorene aut Polymnia, vel Arcades, vel Satyri, qui cum Baccho fuere: qua ipſe vicerit Tyrrhenos, Lydos & Indos. Cordax, Sicinnis, & Emmelia appellatur. Cordax laſciva Comicorum eſt à Baccho inſtituta in India. Sicinnis petulans Satyrorum reperta à Sicinno Cretenſe, vel, ut ait Scamon in primo de Inventionibus à Therſippo Emmelia gravi Tragicorum eſt tradita à Bathyllo Alexandrino. Nam ſaltatores in Orcheſtra ſaltu exprimebant id, quod fuerat ab hiſtrionibus dictum: quod primus fecit Teleſis, vel Teleſtes Choragus in fabulis Æſchyli. Eadem in remotiore ſcena Symphoniaci referebant harmonia: qui & ante, quàm hiſtriones prodirent, ad harmoniam canebant: qua dignoſcebatur quod genus fabula futurum eſſet. Ex his tribus ſaltandi generib. Pylades Cilix, vel Bathyllus ſaltationem Italicam inſtituit. Sed ſunt qui dicant Rheam primũ omnium ſaltare juſſiſſe Curetas in Creta: in Phrygia Corybantes: qui armati ſaliere ſcuta collidentes. Saltationem hanc appellant Pyrrhicam: qua alii Curetas primos uſos credunt, ne Saturnus Jovis nuper nati vagitus audiret. Epicharmus Pyrricham attribuit Dioſcuris (unde & Caſtorion appelletur) ſalientibus, Mi-

Saltatio.

Pyrrhica ſaltatio.

nervâ

acerva canente obliqua tibia, & enoplio modo, quem armiſonum dicemus. At Dionyſius ſcribit Minervam ipſam devictis Titanis præ gaudio choros ducentem Pyrricham ſaltaſſe: quam tamen Ariſtoxenus inſtitutam ait à Pyrrhicho Lacedæmonio, alii à Cretenſe Cydoniate uno ex Idæis Dactylis: Apollonius ab Jaſone, dum in monte Dindymo mactatis victimis ſaltans placaret Rheam iratam ob interfectum Cyzicum Cyzicenorum Regem. Ariſtoteles Pyrrhichæ auctorem credit Achillem ad Patrocli pyram ſaltantem: alii Achillis filium Pyrrhum Eurypylo profligato, nonnulli Salium Mamineum, vel ex Samothracia, inde Salios Martis Sacerdotes vocarunt Romani. Thales Cretenſis, vel Xenodamus Citherius, ut ſcribit Pratinas, addidit ὑπορχύματα, cantus ſcilicet, & numeros: quos ad tybiam fecit Andron Catanæus Siculus: hinc σικελίζειν Græci ſaltare dicunt. Clonas vel Olympus eos cantus fecit ad citharam, quos Plato, & Critias προσῳδια vocant. Soſibius & Pyrrhichicam, & alias omnes à Cretenſibus inſtitutas credit, alii ab Hierone, ne Syracuſani inter ſe colloquerentur ſed nutu, corporiſque motu agerent. At certè antiquior eſt, nam Orpheus, & Muſæus initia ſaltu, & numero inſtituere: & in Delo nullum ſacrificium fiebat abſque ſaltu: Puerorum enim & virginum choræ à Philamone (Phidamonem vocat Euſebius) Delphio Apollinis filio, vel à Philoxeno Corinthio ordinati, incedebant ſaltantes ad Citharam, & tibiam, & canentes Dianæ, atque Apollinis ortus. πλεισειάν cum enſibus invenit Teleſius quidam. καρυατίζειν Laconum eſt ſaltatione inventa à Caſtore, & Pulluce, nomineque impoſito à Caria Peloponneſi oppido: ubi maximè à virginibus exercebatur in Dianæ honorem. Choream invenerat Terpſichore, vel Theſeus ingreſſum, & egreſſum de Labyrintho oſtendens.

Bucolica

Bucolica.

CUm Xerxes in Græciam veniret, paſtores deſerta Laconica Spartam ingreſſi ne ſacrorum ritus omitteretur, die feſto paſtorali carmine qui βουκολισμὸς appellatur, Dianam celebrarunt, Bucolici carminis hæc origo, quam & apud nos tradidit Diomedes. Credunt alii inſtitutum ab Oreſte per Siciliam poſt Scythicam fugam vagante: alii ab Apolline Nomio paſtorali Deo Admeti boves paſcente: quidam à libero patre, vel à Mercurio patre Daphnidis primi paſtoris: vel à Siculis Hieronis de Syracuſanis victoriam celebrantibus, & Daphnim à Nympha excæcatū referentibus. Alii inventum dicunt à Diomo bubulco Siculo: ut hinc eſſet Tibulli illud:

Bucolici carminis origo.

Agricola aſſiduo primum ſatiatus aratro
Cantavit certo ruſtica verba pede.

Nam primo & quarto loco erat Dactylus, ut & apud Theodoritum. Steſichorus hujuſcemodi carmen primus ſcripſiſſe fertur.

Theatrum. Scena, Orcheſtra, Tragœdia, Comœdia, Satyra, Fabulæ, Chorus, Comœdiæ, Satyra Latina, Fabulæ Rhintonicæ. Tragicomœdia, Amores in ſcena.

ATheníenſes imitatione agricolarum, qui ſacra per vicos, & lucus celebrabant feſtis diebus, fecère theatrum: cujus frons olim ex frondibus dicitur Scena, ubi paſtores primò, mox hiſtriones canebant. Pars media eſt Orcheſtra, ubi ſaltatores erant, & apud Romanos Senatores: eos .n. Aphricanus, & Sempronius Coſſ. à plebe diviſere. In extremo loco ſtabant Symphoniaci. Romæ theatra ipſa lignea fuère, M. Scaurus fecit per triginta dies permanſurum: perpetuum incœpit Pompejus, perfecit Caligula. Athenis verò

Theatri forma.

nis verò Æſchylo docente Tragicam ſcenam fecit Agatarchus: qui & de ea comentarium ſcripſit. Sophocles & Chœrilus excogitarunt ſcenæ ornatum. Phormus Syracuſanus addidit puniceas pelles. Ob hanc primam theatri originē, quam diximus apud Athenienſes, eos Plàto Tragœdiæ inventores ait: nō verò Theſpim, nō Phrynicum. Poëtæ credunt fuiſſe Melpomenem, Comœdiæ Thaliam: at Dorienſes Tragœdiam ad ſe referebant, Comœdiam Megarenſes, qui in Attica & in Sicilia ſunt: cum tamen tanquam inſulſi, & inepti irrideantur ab Ariſtophane, & ab Ecphantide veterum Comœdiarum ſcriptoribus. Alii Comœdiam & Tragœdiam adſcribunt Peloponneſiis, qui κόμας vicos appellent, & δρᾶν agere, unde fuerint δράματα. Sed antiquæ Comœdiæ inventor videtur Suſarion, vel Epicharmus, vel Phormus. In ea Poëtæ maledicebant liberius, hominum etiam nomine expreſſo, ut fecere Eupolis, Cratinus, & Ariſtophanes. Antimachus poſtea ſtatuit ne proprio quis nomine in comœdia vocaretur. Tunc Satyra à Cratino inſtituta, vitia abſq; civium nomine indicans. Crates in comœdia induxit fabulas ab Epicharmo, & Phormo inventas: & removit chorum, qui ex viginti quatuor hiſtrionibus erat, precium ſolventibus magiſtratibus. Ex antiqua comœdia apud nos inſtituta eſt Satyra mordax à Lucilio: ex Comœdia Rhintonicæ fabulæ à Rhintone Tarentino viliſſimo ridiculo nugatore, ridiculis refertæ, quas Italicas vocant: Tragicomœdiæ etiam, vel Hilarotragœdiæ. Anaxandrides amores, virginumq; raptus induxit in Scena.

Tragica ſcena.

Comœdia.

Satyra.

Hiſtriones. Chorus Tragicus. Εμφόλιμα. *Primarum partium ſermo.* Επεισόδια. *Satyri,* Παρῳδίαι.

IN Tragœdia erant nomina vera: ſed Agathon ſcripſit omnibus nominib' confictis, quem imitatus eſt

Cynthius Gyraldus noſter. Olim ſolus chorus loquebatur: Theſpis hiſtrionem induxit, ut chorus quandoque taceret. Aeſchylus duos hiſtriones, treis Sophocles produxere, qui ſimul colloquerentur: quomodo perfecta Tragœdia dicitur à Diogene. Nam quartus hiſtrio, vel non adeſt, vel non loquitur, ſecus in Comœdia. Chorum etiam, quem inſtituiſſe creditur Euterpe: Aeſchylus imminuit ex quinquaginta ad quindecim viros. Ex his unus loquebatur, cùm loqui opus erat: alii certis locis canebant ea, quæ ad fabulā ſpectarent. Agathon introduxit ἐμβόλιμα cantum rerum nihil ad fabulam facientium. Et Aeſchilus inſtituit ſermonem πρωταγωνιστεῖν, & Tragœdiam, quæ confuſa, immitiſque erat, in ordinem redactam mitiorem fecit, cæde theatro ſublata: unde Athenienſes eum dixere Tragœdiæ parentem. Sophocles auxit Tragœdiam per ἐπεισόδια, hoc eſt immiſſiones earum rerum, quæ ad fabulam pertinent, ſed citra quas eſſe poteſt. Tunc remoti Satyri: qui cùm antea Tragœdia brevis eſſet, inducebantur homines agreſtes ad riſum excitandum jocis, & ſaltu. Hegemon Thaſius addidit παρῳδίας, quas invenerat Hipponax Epheſius Jamborum ſcriptor, vel Perſicis temporibus Hippus Rheginus, argumenta vilia, repleta maledictis, & ſalibus.

Hiſtriones in tragœdiis.

Parodia.

Hiſtrionum veſtes, perſonæ.

Hiſtrionū habitus.

HIſtrionum artem primus literis mandavit Glaucon Tejus. Hi utebantur veſte talari à Phormo Syracuſano inventa, ſyrmate, & cothurnis ab Aeſchylo datis: & ante perſonarum uſum ora fecibus illinibant. Perſonas Æſchylum inveniſſe ſcribit Oratius: alii Theſpim. Sed hæc perſona fuit linea. Mæſon Megarenſis teſte Ariſtophane Byzantio fecit perſonam ſervi, & coqui: mulieris Phrynicus Athenienſis: pædagogi Neophron Sicyonius: ebrii Aeſchilus. Ariſtoteles incertum credit perſonæ inventorem: certum eſt Aeſchylum

ſchylum ipſum ingentes, & terrorem incutientes hiſtrionibus dediſſe adeò, ut ad earũ aſpectũ prægnantes fœminæ abortum fecerint: quas perſonas appellarunt γοργεία: unde γοργεία κεφαλή proverbio dictum ſit à Philoſtrato. Apud Rom. Cincius, & Phaliſcus perſonati Comœdiã egere primum Tragœdiam Minutius, & Prothonius: fabulam docuit Livius Andronicus.

Tragœdorum certamen.

ATHenis inſtitutum in Cimonis honorem ex Scyro allatis Theſei oſſib⁹. Judices decem erant ſinguli ex ſingulis tribubus: victori hircum dabant, quòd in Dionyſii honorem Tragœdiæ agerentur, ut in Apollinis Comœdiæ. Vicit primo Sophocles: victus Æſchylus; qui propterea in Siciliam ſeceſſit, ubi & diem obiit ſupremum.

Lyricum carmen, Hymni, Pſalmi, Epodos, Encomia, κ.τ.λ. Carmina precio ſcripta.

ET Lyricis poetis chorus dabatur quinquaginta virorum, quod & dictum eſt tauroq; donabantur. *Lyricum carmen.* Hujuſmodi carmina ſcripſiſſe primus creditur Alcæus. Erato invenit Hymnos laudes Deorum, vel *Hymnus.* Anthenodius Bœotus, aut Sidon Ponti filia, aut Olen, & Orpheus. Pæana Apollinis volunt quidam Xenodamum Citherium primum ſcripſiſſe, Pratinus Thaletam Cretenſem, vel Xenocritum Locrum. Apud nos Lyrici carmina primus ſcripſit Livius Andronicus: Alcæum imitatus eſt Oratius, qui propterea ait ſeptimum hæc carmina ſcripſiſſe apud Latinos. Sed ante Alcæum Pſalmos decantarunt Moſes, Anna, Davides *Pſalmi.* & alii Pſalmorum auctores: quos Pſalmos alternatim in Eccleſia canere Antiochiæ inſtituerunt Flavianus & Diodorus. Epodi Carminis auctor fuit Archilogus. *Epodos.* Ωδὴ ἐγκωμιαςικὴ inſtituta videtur ab Achille

laudante Patroclum. Inde in conviviis Lyrici inducti Heroas celebrantes: mox Athletas, pugileſque victores: Alcman, & Steſichorus etiam fœdos amores: undè παιδία & παιδικά cantilenæ fuere. Simonides mercio ſcripſit carmina: duas enim arcas paravit munerum, & gratiarum: & qui ab eo mandari poſteritati vellent, iis omninò neceſſe erat aurum munerum arcæ inferre.

Heroicum carmen. Homeri libri in Græcia, in unum redacti, Ῥαψῳδοί. Poetarum interpretes. Bibliotheca.

Heroicum carmen. Res geſtas Heroum longis verſibus à Calliope inventis, primus cecinisse dicitur Peridemus Varitonis, & Cloridis filius. Alii Hexametros vers⁹ inſtitutos credunt à Phœmonoe Delphica vate: vel à columbis Dodonæis, ſive aves hæ fuerint, ſive Sibyllæ, quæ ante Phœmonoem de Jove dixerim.

Ζεῦ ἦν, Ζεῦ ἐστὶν, Ζεῦ ἔσσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ.

Judæi Heroici verſus auctorem dicunt Moſem: alii Olenem Pythium vatem: alii Thaletem, Pherecydē, Orpheum, vel Polymneſtum Colophonium, qui etiā inſtituit Elegos. Sive Heroicos ipſos fecere Delphii canentes Pythone ab Apolline interfecto. *Heroici libri.* Hos perfecit Homerus: cujus libros Græciam intulit Lycurgus ex Aſia, ubi erant apud Creophili filios: in unum libros ipſos conjunxit Piſiſtratus. Ῥαψῳδοὺς inſtituit Hipparchus, vel Demetrius Phalere⁹, qui Homeri verſus Dianæ feſto, quod à loco βραυρωνία dicitur, canerent & interpretarentur: ut in Italia Virgilii, & Poetarum, qui non multum antea fuiſſent, carmina interpretatus eſt Q. Cæcilius Epeirotæ Attici libertus. *Bibliotheca.* Piſiſtratus ille primus omnium libros publicè legendos poſuit Athenis, Romæ Aſinius Pollio, auctorum etiam imaginibus in Bibliotheca dicatis, quos libros Piſiſtratus pa-

tus paraverat, & poſtea Athenienſes ipſi, Xerxes capta eorum urbe aſportavit in Græciam, & Athenas referri curavit Seleucus Nicanor. Ingens poſtea numerus librorum à Ptolomæis in Ægypto conquiſitus eſt, ad millia fermè ſeptingenta, Bibliothecæ ordinem docente Ariſtotele, qui ex privatis hominibus primus libros collegiſſe dicitur: Sacros autem Pamphylus Cæſareæ.

Elegi. Epithalamia. Jambi. Dithyrambi, Carmina amatoria, ludicra, ridicula, Poëſis διὰ συνθίνων. Næniæ. Memoriæ ars. Soteria.

AT Elegos non Polymneſtum, ſed alii Callinoum compoſuiſſe dicunt, vel Theoclem Naxiū, aut Erythræum præ inſania amoris αἲ αἲ αἲ αἲ repetentem, vel Midam dum in ferias Gorgio patri afferret. Heraclides ſcribit fuiſſe Linum Euboenſem, quidam Clonam Tegentem, vel Thebanum, Ariſtoxenus Olympum, Propertius Callimachum, alii Palemum. Cliûs, & Magnetis filium canebantur ad tibiam: ad quem & cadavera efferebantur. Jalemi fratrem Hymenæum dicunt inſtituiſſe Epithalamia & Jambos, ſed aliqui Grammatici Græci Epithalamia referunt ad Steſichorum, quem fuerit imitatus Theocritus, Leonides Poëta ad Alcmana Lydum, alii ad Muſas in Hermiones nuptiis: Origenes ad Salomonem, à quo primùm liber conſcriptus ſit colloquia continens ſpōſæ, ſponſi, & amicorum. Æſchilus ait Apollinem primo ceciniſſe Epithalamium in nuptiis Thetidis, & Pelei: ſed Catullas in Lario Epithalamiorum auctor negat illis nuptiis interfuiſſe Apollinem. Jambos autem alii à Simmia Rhodio, vel ab Ario aut Ananio, vel à Simonide Amorgino, vel ab Archiloco primùm ſcriptos dicunt. Homerus tamen ante illos hoc carmine uſus creditur in Margite. Putant alii Hipponax-

Elegi.

Epithalamia.

Jambi.

laudante Patroclum. Inde in conviviis Lyrici inducti Heroas celebrantes: mox Athletas, pugileſque victores: Alcman, & Steſichorus etiam fœdos amores: undè παιδία & παιδικά cantilenæ fuere. Simonides precio ſcripſit carmina: duas enim arcas paravit munerum, & gratiarum: & qui ab eo mandari poſteritati vellent, iis omninò neceſſe erat aurum munerum arcæ inferre.

Heroicum carmen. Homeri libri in Græcia, in unum redacti, Ῥαψῳδοί. Poetarum interpretes. Bibliotheca.

Heroicum carmen. Res geſtas Heroum longis verſibus à Calliope inventis, primus cecinisſe dicitur Peridemus Varitonis, & Cloridis filius. Alii Hexametros verſ' inſtitutos credunt à Phœmonoe Delphica vate: vel à columbis Dodonæis, ſive aves hæ fuerint, ſive Sibyllæ, quæ ante Phœmonoem de Jove dixerim.

Ζεῦ ἦν, ζεὺ ἐςὶν, ζεῦ ἔσσεται, ὦ μεγάλε ζεῦ.

Judæi Heroici verſus auctorem dicunt Moſem: alii Olenem Pythium vatem: alii Thaletem, Pherecydẽ, Orpheum, vel Polymneſtum Colophonium, qui etiã inſtituit Elegos. Sive Heroicos ipſos fecere Delphii canentes Pythone ab Apolline interfecto. *Heroici libri.* Hos perfecit Homerus: cujus libros Græciam intulit Lycurgus ex Aſia, ubi erant apud Creophili filios: in unum libros ipſos conjunxit Piſiſtratus. Ῥαψῳδοὺς inſtituit Hipparchus, vel Demetrius Phalere⁹, qui Homeri verſus Dianæ feſto, quod à loco βραυρωνία dicitur, canerent & interpretarentur: ut in Italia Virgilii, & Poetarum, qui non multum antea fuiſſent, carmina interpretatus eſt Q. Cæcilius Epeirotæ Attici libertus. *Bibliotheca.* Piſiſtratus ille primus omnium libros publicè legendos poſuit Athenis, Romæ Aſinius Pollio, auctorum etiam imaginibus in Bibliotheca dicatis, quos libros Piſiſtratus pa-

tus paraverat, & poſtea Athenienſes ipſi, Xerxes ca-
pta eorum urbe aſportavit in Græciam, & Athenas
referri curavit Seleucus Nicanor. Ingens poſtea nu-
merus librorum à Ptolomæis in Ægypto conquiſitus
eſt, ad millia fermè ſeptingenta, Bibliothecæ ordi-
nem docente Ariſtotele, qui ex privatis hominibus
primus libros collegiſſe dicitur: Sacros autem Pam-
phylus Cæſareæ.

Elegi. Epithalamia. Jambi. Dithyrambi, Carmina amatoria, ludicra, ridicula, Poëſis διὰ σωδίων. Neniæ. Memoriæ ars. Soteria.

AT Elegos non Polymneſtum, ſed alii Callino- *Elegi.*
um compoſuiſſe dicunt, vel Theoclem Naxiũ,
aut Erythræum præ inſania amoris *αἰ αἶ αἶ αἰ* re-
petentem, vel Midam dum in ferias Gorgio patri affer-
ret. Heraclides ſcribit fuiſſe Linum Euboenſem, qui-
dam Clonam Tegentem, vel Thebanum, Ariſtoxenus
Olympum, Propertius Callimachum, alii Palemum.
Cliûs, & Magnetis filium canebantur ad tibiam: ad
quem & cadavera efferebantur. Jalemi fratrem Hy-
menæum dicunt inſtituiſſe Epithalamia & Jambos, *Epithala-*
ſed aliqui Grammatici Græci Epithalamia referunt *mia.*
ad Steſichorum, quem fuerit imitatus Theocritus,
Leonides Poëta ad Alcmana Lydum, alii ad Muſas
in Hermiones nuptiis: Origenes ad Salomonem, à quo
primùm liber conſcriptus ſit colloquia continens ſpõ-
ſæ, ſponſi, & amicorum. Æſchilus ait Apollinem pri-
mo ceciniſſe Epithalamium in nuptiis Thetidis, & Pe-
lei: ſed Catullus in Lario Epithalamiorum auctor
negat illis nuptiis interfuiſſe Apollinem. Jambos au- *Jambi.*
tem alii à Simmia Rhodio, vel ab Ario aut Ananio,
vel à Simonide Amorgino, vel ab Archiloco primùm
ſcriptos dicunt. Homerus tamen ante illos hoc carmi-
ne uſus creditur in Margite. Putant alii Hippona-

cem Epheſium hoc carmen fortuito obſervaſſe cùm vas lanæ, quàm Jambe vetula lavabat, evertiſſet, & illa irata proferret.

Ανθρωπ' ἀπελθε, τὴν σκάφην ἀνατρέπεις.

Dithyrambi. Quo numero delectatus uſus ſit, & à vetula carmen vocavit. Dithyrambos in honorem Bacchi ſcribit Herodotus, Arionem Methymneum ante alios compoſuiſſe quidam Periclem Leſbium. Eo nomine & ſaltatio ab Arione ipſo, vel à Lago Hermioneo inſtituta eſt in gyrum, & Bacchus dictus eſt, quia vinum homines faciat διθυραμβεῖν. Amatorios verſu prim⁹ edidit Thamyras, vel Alcman: *Ludicra poemata.* Ludicra poemata Mnaſeas Locrus, vel Colophonius. Nymphodorus putat fuiſſe Salpem Leſbiam, Alcimus Bothrym, ridiculis tamen inventis à Rhadamantho, & Palamede. Poeſim διασκευθιτων compoſuit Antheas Lindius: quem imitatus eſt Aſopodorus Phliaſius. Nænias fecit Simonides Melius, à quo & memoriæ ars inventa, quam perfecit Metrodorus Sceptius. Soteria ſcripſit Orpheus auctore Apollodoro: apud nos fortaſſe Papinius.

Theologia antiquorũ, Speluncæ conſecratæ. Templa. Simulachra. Religio. Homo Deus dictus. Dei plures. Initia.

Theologia. PErfecta jam verò Poeſi, quæ à Muſica continetur, ad tertiam philoſophiæ partem tranſeundum eſt, quæ de Deo, de Dæmonum ordine, & de hominũ animis pertractat, quam nos quandoque uno libro complexi ſumus antiquorum imitatione. Hæc apud Perſas à Zoroaſtre inſtituta eſt, in Ægypto à Triſmegiſto, in Thracia ab Orphei, & Aglaophemo, in Græcia, & in ea Italiæ Græcia, quæ magna dicta eſt à Pythagora, Athenis à Socrate, & à Platone: qui numeris & fabulis myſteria obtexere, quæ primus aperuit Plotinus, & quem ipſi maximè ſequuti ſumus in originibus. Zoroaſter in finibus Perſarum antrum in monte

fertur

fertur conſecraſſe Mithræ, qui ſol creditur, & quem inde colunt in ſpeluncis, quod Hoſtanes refert, & ſacra ei facta, & aliis diis aliis locis: Jovi nempè in Creta ſpecum conſecrarunt Curetes. Arcades Lunæ, & Pani Lycæo, Naxii Dionyſio. Templa poſtea fecit iſis nullis ſimulachris Aegyptii auxere religionem, à quibus accepere Aſſyrii, à quorum Rege Nino imagines coli ceptæ ſunt, ſtatuis poſitis Belo patri, Rheæ, & Junoni. Ipſe Belus apud Aſſyrios ex hominibus primus dictus eſt Deus, Cyrus apud Perſas, Lyſander in Græcia. Sed Diophantes hiſtoriarum ſcriptor, ſtatuarum venerationem cepiſſe credidit à Syrophane Aegyptio mortui filii imagine facta, quod dixit εἴδωλον tanquā εἶδος δειλοῦ. Herodotus Aegyptios fuiſſe indicat ſtatuarū inventores, duodecim diis nomine poſito, aris, & ſimulachris: quæ ab eis, & à Cecrope Aegyptio accepere Pelaſgi in Attica, alii Græci à Cadmo, Thraces ab Orpheo. Is etiam initia, & trecentos quinquaginta Deos induxit: quorum genus Linus & Muſæus tradiderunt. Muſæum, Linum, & Orpheum Deorum cognominibus, rebus geſtis, & figuris confictis ſecuti ſunt Homerus, & Heſiodus: & ab hoc Deorum populus factus, triginta nempè millia. Initia autem Samothraces habuere ab Idæo Dardani filio. Athenienſes à Muſæo, Argivi à Melampo, Bœotii à Trophonio.

Templa.

Deorum multitudo.

Religio, item Sacrificia, Hecatombe. Hoſtia prima.

ÆThiopes aſſerunt apud ſe religionis principium fuiſſe, Mithra, & Phlegya docentibus: quare & apud Homerum ad eorum ſacrificia accedunt Dii. Atlantides dicunt fuiſſe eorum Regem Uranium Saturni patrem: alii Themim: Orpheus Muſas: Didymus Meliſſa Cretenſium Regem. Naſo Bacchum, qui Oriente victo ſacra fecerit Jovi patri: Theo-

Sacrificia

Ara. phraſtus Judæos: Judæi Adamum primum hominem ara eo loco poſita, quæ poſtea Hieroſolyma fuit. Sed hic fuit veri Dei cultus, quem plerique omnes, quos referimus ignorarunt. Hecatombem fecêre Lacedæmonii communia ſacra pro centum urbibus, quas tenebant. Dracon Corcyræus primam hoſtiam ſcribit fuiſſe porcum Cereri immolatum.

Ara, Templa item, Delubra, Αἴτωμα.

Templa. SEd aram Saturno, & opi fecit in Attica Cecrops, templa etiam: in India Dionyſius, in Creta Jupiter, vel Æacus Varrone auctore, Argis Jaſus, & Phoroneus Junoni, eique prima ſacerdote inſtituta Callithea Trochili matre: in Italia Janus, vel Faunus Aboriginum Rex: à quo fana dici creditum. Delubra *Delubra.* conſtituit E[illegible]nenides Cretenſis. Αἴτωμα duplicem aquilam ſcilicet, templis impoſuere Corinthii: ſed traditur Jupiter: Hic enim cum medium orbis locū ſcire vellet, ab ortu & ab occaſu duas aquilas emiſit, quas *Medium orbis.* apud Pythonem in Phocide ſibi occurriſſe videns eum locum medium Orbis putavit: & in memoriam αἴτωμα factum Pythii Apollinis templo impoſuit. Sed hoc αἴτωμα ſublatum fuit in bello Phocenſi Eumelo inferente.

Cultus Dei veri, falſorum, Fortuna, ejus nomen, Orgia, Liberi nomen, ſacra, Theſmophoria, Minora myſteria, Herculis, & Muſarum cultus.

Deorum cultus. DEum rerum authorem coluit Adamus: pleriq; poſtea ignorarunt, & Priapus qui Beelphegor dicitur, divinos honores habuit tempore Eno filii Sethis, antequàm orbis aqua inundaret, & poſtea etjam tēpore Hami Noæ filii, Dei veri cultum iterū docuit Abrahamus: & Judæi tenuere, cū Dæmones colere inſtituiſſet Miſrais Zoroaſter, ignem Nimrod Ninus:

Rheam

Rheam Atys Ludus, Mercurium Amphion, Dianam Theramnii, Venerem Aſſyrii, Paphii, Phœnices, & Cytherei, ab Aty Lydo Rheæ ſacra accepêre Phryges, & qui in Samothracia ſunt: ejus primus Sacerdos fuit Berecynthus, à quo & ipſa, & mons in Phrygia nomen habuêre. Fortunam primus nominavit Orpheus, vel Homerus: Bupalus ſacra illi fecit, apud Smyrnæos, Ancus Martius Romæ. Bacchi Orgia, nomen, pompam, & ſacrificium inſtituit Thya Caſtalii filia; à qua Bacchæ Thyades dictæ. Sed ſacrificia pompa, & orgia celebrata primum Arcarna in Attica ſunt, docente Melampo Amythaonis filio, Thraces docuit Orphe⁹, qui ea ſumſerat ab Ægyptiis Oſiridi peragentibus: & celebravit in monte Bœotiæ proximo Thebis, quem ex frequenti Citharæ cantu Citheronem dixêre: quanquam Lyſimachus in primo de Poëtis vocatum ſcribat à Cytærone fratre Heliconis, qui ambo mutuis vulneribus cecidere, & montibus dedere nomen: qua cauſa & noxiū Cytherona appellavit Seneca Tragœdiarum ſcriptor: Quæ verò Iſidi ſacra faciebant Ægyptii, hæc Erectheus docuit Atticos Cereri, Proſerpinæq; cōficere, & Theſmophoria vocavit: quæ tamen Xenophon ſcribit Triptolemum demonſtraſſe Herculi, & Dioſcuris, alii inſtituta ab Eumolpo Muſæi Poëtæ filio. Minora myſteria Hercules perfecit unus ex Idæis Dactylis. Herculē mortuum primi coluere Marathonii, per eum juravit Neſtor. Muſas coluit Orchomeniorum Rex Etheocles Cephiſi filius: Inde Muſas Etheocleas cognominat Theocritus, Otus, & Ephialtes Neptuni filii ei ſacra fecere in monte Helicone.

Sacrificia.

Muſa.

Chriſtiana Theologia.

CHriſtiana verò Theologiæ poſt Apoſtolos, Divinum maximè Paulum, auctores fuere Hierothe⁹ Athenienſium Pontifex, & Dionyſius Areopagita, qui de Deo & de Angelis quàm doctiſſimè ſcripſit.

Hæreſes. Falſas opiniones apud Judæos induxit Doſitheus Samarita, antiquos Prophetas contemnens: apud Chriſtianos Simon item Samarita, ſpreto Evangelio & Spiritu Sancto, quem ſe mentiebatur eſſe, & qui Romæ ſtatuam obtinuit, & etiam Helenæ ſcorto: Præceptor Menandri falſi dogmatis auctoris.

Magia, Gallorum ſapientes, Animæ immortales; γοητεία, ejus Species. Oracula, Auguria, Divinatio, Sortes, Conjectores, Phanatici, eorum remedia.

Magia. NAturalis ſpeculatio perfici putatur ab ea ſcientia, qua ſtellarum, animantium, aquarum, ſtirpium, lapidum vires, mutuamq; ſimilitudinem & ſocietatem oſtendit. Hæc honeſtiſſima μαγεία eſt, quam docuit Zoroaſter ille, qui, teſte Eudoxo, multis annis fuit ante Ninum & qui centies millia verſuum ſcripſit: & ad quam ediſcendam navigarunt Empedocles, Democritus Pythagoras, Plato, alijq; præſtantiſſimi viri. *Animorum immortalitas.* Hinc animos non interire, ſed ſubire rurſus corpora dixerunt Indorum ſapientes, Drydes in Gallia, & Ægyptii: ſed certe Moſes ante eos omnes authore Philone ſignificavit in ſomnio Jacobi ſcalam videntis, & apertius dixit in libro, quem ſcripſit de Jobe: quē librum Euthymius ignoravit fuiſſe conſcriptum ab eo, & propterea reſurrectionis fidem à Davide ceptam *Goetia* teſtatur. Aliam infamem Magiam, quæ verè eſt γοητεία & quam boni viri reprobant, inſtituere, vel Maguſæi, vel Medi, vel Perſæ, vel, ut recte ait Porphyrius, Dæmones ipſi, qui ut ad ſe homines allicerent, eos docuereque arte ſubjiciantur, & quomodo futura prævidere poſſint ex aſtris, ex aere, ex aquis, ex lucernis, ex ſecuribus, ex pellibus ex umbrarum colloquiis: quæ infamis Magiæ ſpecies in Thracia illatæ fuerunt ab Athrace patre

ex patre Hippocatiæ Pirithoi uxoris: indeq; ars Athra-
cina dicta à Papinio. Hinc oracula auguria, divinatio- *Oracula.*
numq; reliqua genera originem habuere. Oracula an-
te alios ediderunt Dii Ægyptiorum, vel Phœnicum,
Pan in Arcadia, Erato ſuadente: Delphis Terra in ter-
ra cubantibus, Neptunus per Pyrconem vatem, inde
Themis: Neptunus poſtea ex tripode, & Apollo de-
mum, ubi Calauria data à Neptuno habuit Delphos.
At Demoſthenes Pythiam dixit Φιλιππίζειν: unde Pe-
ripatetici, & Epicurei vafros homines quæſtus cauſa
confinxiſſe oracula crediderunt. Prima ceciniſſe dici-
tur Herophile Jovis, & Lamiæ filia vel Lamia, ipſa, quã
Aphri dixere Sibyllã, inde aliæ, quæ vaticinarentur, eo
nomine appellatæ. Augurationẽ à Chaldæis accepere *Auguratio.*
Græci: apud quos Mopſus, & Calchas fuere celebres: à
Græcis habuere Æthruſci. Romã ab Æthruſcis Tarqui
nienſibus, vel Aboriginibus. Tamen Phryges, ſive Ti-
reſias, aut Parnaſſus Neptuni filius creduntur avium
volatus, & motus obſervaſſe: aliorum animantium
Orpheus: divinationem Ægyptii, & per ſortes Miner-
vam. Somniorum interpretes Philon ſcribit fuiſſe A- *Somniorum interpreta-tio.*
brahamum, Trogus Joſephus Abrahami pronepotem
alii Cares ex Telmeſo urbe: in Græcia maximus con
jector fuit Amphiaraus: & dabat oracula dormientib⁹
in ejus templo, quod in Tenedo erat Phanaticus vati-
cinatus eſt Euricles, unde alii hujuſcemodi Εὐρυκλεῖται
dicti: quos ſanitati reſtituere & verbis, & radice qua-
dam annulo incluſa docuiſſe dicitur Salomon Judæus
Rex, & Ægyptios Serapis.

Moralis ſcientia, Nuptiæ, & ſecundæ, & ſororis. Uxores duæ. Divortium.

PHiloſophiam quæ de morib. agit dicitur Socrates *Ethica.*
è cœlo devocaſſe inventã à Terpſichore, vel a Pro-
metheo, aut à Lino, Muſæo, Orpheo, ſive ab Home

ro, à Democrito, à Pythagoricis: ab Æthiopibus: à Cecrope, cùm ante frumenti uſum homines paſſim vagarentur nullo commercio: congregati poſtea fecere nuptias. Jupiter & Juno matrimonio virum, & fœminam junxere, propterea Pater ille, hæc ζυγία appellati: Athenis fecit Cecrops: Erato alia, quæ ad nuptias pertinet. Gorgophone Perſes filia mortuo periere marito omnium prima iterum nupſit: Cambyſes Rex primus ſororem duxit: & Ægyptiorum Reges imitati ſunt. Uxores duas ſimul primus habuit Lamech. Sp. Servilius, vel Carbilius, M. Pomponio, & C. Papirio Coſ. divortium fecit cum uxore ſterili anno urbis DXX. ut ex autoritate Dionyſii, & Valerii Maximi etiam ſcripſimus in annis ſeculi. Servius tamen Sulpitius in libro de Dotibus repudium dicit factum M. Attilio, & P. Valerio Coſ. qui fuit annus urbis. DXXIV.

Inceſtus. *Polygamia.* *Divortium.*

Urbes, Hominum genus, Coloniæ, Mœnia, Turres, Civium ordines.

HAnochiam, & ſex alias urbes Caina primum feciſſe dicunt Judæi. Poſt diluvium fecit Saturnus Babylonem. Ægyptii Dioſpolim; Nam Ægyptii aſſerunt ſe ante alios homines ex terra ortos, quòd & de ſe ipſis exiſtimant Æthiopes, Scythæ & Phryges. In Attica Cecrops primam urbem poſuit Cecropiam: in Peloponneſo Phoreneus Argos, vel Sicyonem; Lycaon Lycoſuram. Sed Agallias Corcyræus primas Græciæ urbes Athenas dicit, & Eleuſinam. Hercules aliunde populis adductis auxit civitates: hæ fuere Coloniæ, quas ex Athenienſibus primus deduxit Pericles, ex Romanis Romulus. Urbes mœnibus cinxere Tyrrheni, turres fecere Cyclopes, vel Phœnices, vel Cybele. Cives in ordines & claſſes diviſit Seſoſtris Ægyptius, ut agricolæ, opifices, milites, Judices, & Sacerdotes eſſent.

Urbium conditores. *Propugnacula.*

Leges,

Leges, Judicia, judices, Vades, Judicium corruptum; Juris civilis Profeſſor, Vitæ cultus.

PHoroneus, vel Curetes, vel Ceres leges & Judicia poſuiſſe dicuntur. A Deo certè leges accepere Judæi, & nos ipſi Chriſtiani. Ægyptii ab Iſide, aut à Triſmegiſto, à Cecropene: Cretenſes à Minoë, ab Epimenide Phæſtio, & à Rhadamanto: Spartam à Lycurgo non ſcriptas, Locri à Zaleuco: Athenienſes à Dracone & à Solone. Romani ex his decẽ tabulas exſcripſere: antea Reges judicium reddebant, & Servus Tullius leges ſcripſerat, quas obſervarent Judices rerum privatarum ab eo conſtituti: ipſe verò publicas cognoſcebat. Vades dedit Cæſo Cincinnati filius. Judicium primum corruptum eſt Athenis ab Anyto Anchemonis filio: qui Pylum prodidiſſe dicebatur. Jus Civile ꝓfeſſus primum eſt Ti. Coruncanus: in libros conſtrinxit Q. Mutius Scevola. Galli leges accepere à Phocenſibus, qui Proto Duce (Peranum vocat Trogus) condidere Maſſiliam, & illos homines docuere vitæ cultum: quem aliis vel Themis, vel Mercurius dedit. Italis Saturnus, Faunus, aut Arcades.

Legum conditores.

Jus Civile.

Populi, Optimatum, utrorumq; Imperium Reges, Maris Imperium, Regina, Provinciæ, Tributa, Tyrannus.

POpulus imperavit primum Athenis Rep. à Theſeo conſtituta: Optimates Spartæ ambo Romæ. Reges primi fuere vel in Ægypto Menes, vel in Aſſyria Ninus, vel, ut ait Euhemerus, Uranus in Libya: in Græcia Ixion, quod ſcribit Dromocrides, in Theogonia. Ἄνακτες verò nomen datum primo Dioſcuris, quod ipſi ἀνακῶς regerent, & tuerentur homines ſibi ſubjectos: Minos imperium obtinuit in mari. Mulierũ prima regnavit Libya mater Buſiridis, eo interfecto ab Hercule.

Politia varia.

Gynæcocratia.

Hercule. Regnum in Provincias diviſit, vel Cyaxaras Medorum, vel Dareus Perſarum Rex tributo impoſito Provinciis ipſis, quas Perſæ Satrapias dixere Sed antea Amaſis capta, Cypro tributum impoſuerat. Inſulanis Ariſtides primus apud Græcos impoſuit Sociis Athenienſium. Tyrannidē Siculi primi èxperti creduntur. Nomen à Tyrrhenis eſt, qui prædas & rapinas ſequebantur, quod nomen Archilochi tempore ignoratum quidam credunt, & falluntur, ſi Orphei illud eſt in διαθήκαις ἱεροῖσιν.

Tributum.

Tyranni.

Ἔστι δ' αὐτῆς ἀνὴρ ἢ κοίρανος, ἢ ὁ τύραννος, ἢ Βασιλεύς.

ALEXANDRI SARDI
DE RERUM INVENTORIBUS LIBER SECUNDUS.

Bellum, Inducia, Triumphus. Ovatio. Nomen à devicta urbe, & gente, Pater Patriæ.

FErunt Minervam inventricem belli: quod primas omnium feciſſe Amazonas credidit Lyſias Rhetor. Nam cum Hyppolyte aufugiſſet in Græciam, cum Theſeo, vel Theſeus rapuiſſet Antiopā aut Menalippem: vel Hercules Hippolyte capta ejus Zonam attuliſſet ad Admetam Euriſthei filiam, Amazones Boſphoro Cimmerio ſuperato gelu perſtricto, Europam invaſere, & devaſtata Attica ab Athenienſibus victæ ſunt. Sed ante hoc bellū refertur aliud ab Eumolpo, & Thracibus geſtum in Attica contra Erechtheum Regem Apud Poëtas poſt bellum Titanum, & Gigantum antiquiſſimum eſt Thebanum: inde Theſei adverſus Creontem, qui cadavera eorū, qui in illo bello ceciderant, ſepeliri prohibebat: quod permiſit, inducis inſtitutis à Theſeo:

Bellum.

à Theſeo: vel à Lycaone. At Cteſias multò ante Theſeum tradit Ninum finitimis bellum intuliſſe, & duxiſſe in Bactrianos decies ſepties centena millia peditum, equitum millia ducena. Et Bacchus dicitur collecto exercitu etiam cum fœminis peragraſſe orbem, impiis bella inferens: victiſque Indis curru impoſitus rediiſſe inter cãtus, choreasq; quæ prima triumphi fuit origo. *Triumphus.* Apud Romanos triumphavit primus Romulus Arcone cæſo, Cecinenſibus, & Antennatibus victis, purpura indutus, lauro coronatus, & curru impoſitus. At cùm omnes Romuli ſtatuæ pedeſtres ſint, Plutarchus non illum, ſed vel Tarquinium Priſcum victis Sabinis, vel Publicolam conſulem Tarquiniis ſuperatis curru vectũ in triumpho credidit. Ovans abſq; picta veſte, abſq; *Ovatio.* ſceptro pedibus urbem ingreſſus eſt Poſthumius Tubertus Cos. Poſt tertiam Sabinorum cladem, lauro, vel myrto coronatus non milite, ſed Senatu ſequente. A Meſſana urbe devicta nomen primus accepit Valerius Corvinus, mox Meſſala dictus, vulgo permutante literas: à gente P. Scipio Aphricanus. M. Cicero Republica conſervata ex incendio, & Senatu à cæde, à Catilina decreta, à M. Catone fuit appellatus Pater patriæ, quod nomen poſtea accepere principes virtute inſignes.

Militum ordines, inſtructio. Teſſera. Vigiliæ. Cornua. Phalanx. Caſtra. Teſtudo. Celeres. Velites. Monomachia. Nunciorum celeritas.

Cyaxares Medorum Rex ordinavit milites, haſtatis, ſagittariis, equitibusq; ſejunctis: cùm antea *Militum ordines.* permixti in acie omnes eſſent. Palamedes inſtruxit exercitũ vigiliis, teſſeraq; excogitatis. Cornuą, & Phalangem fecit Pan in Bacchi exercitu: vel Phalangẽ *Diſciplina militaris.* Ægoceros Panis filius, vel Philippus Macedo, ſumpto ex-

pro exemplo ab Heroibus, quæ apud Homerum clypeis clypeos jungunt. Jaſon Theſſalus exercitum ordinavit ad rhombi inſtar, ut ad omnem partem converſa acies pugnare poſſet. Caſtra perfecit Pyrrhus. Celeres inſtituit Romulus: velites Fulvius Flaccus Procõſul in ſecundo bello Punico. Hominem alterum cum altero depugnare antiquum eſt: nam apud Homerum Menelaus, Ajax, Diomedes decertant cum Paride, cũ Hectore & cum Ænea: apud Sophoclem Etheocles cũ Polynice. Nicolaus in collectaneis de Moribus cõſuetudinem ortã ſignificat ab Umbricis: alii à Mantinæis dicunt. Nunciorum celeritatem certis locis equis & tabellariis diſpoſitis invenere Perſæ, quem curſum angareion vocant. Cleomedes verò in libro de circulis cæleſtibus ſcribit Xerxẽ toto itinere à Perſide in Græciam ſtationes ſtatuiſſe, & in eis homines ita propè, ut vocem alterius alter exaudiret: quomodo quadraginta horarum ſpatio ex Græcia in Perſidem res nunciari poterat.

Duellum.

Stationes.

Res militaris edocta. Arma. Mercenarii milites. Militum uxores in caſtris, exercitatio. Hoſtes corrupti. Inſidiæ.

Rem militarem, & arma Cacus docuit Hiſpanos, Afros Minerva Saturni filia, Italos Janus: Leges militares ſcripſit Servus Rex. Poëtæ Martem belli Ducem faciunt, quòd primus ad pugnam venerit armatis militibus. Arma facta ſunt in Inſula Lemno. Galeam & ſcutum Græcos ab Ægyptiis accepiſſe ſcribit Herodotus: ſed ſcutum, vel Minerva invenit, vel Sacæ Thraces, unde σάκος appellatur: galeam, & gladium Lacedæmonii, vel Curetes. Cares primi ſtipendiò accepto militarunt, galeæ addidere criſtas, ſcuto lora, quibus appenderetur. Nicias ſcutum auro, & purpura exornavit. Pelta excogitarunt Illyrici: thoraces breves Jaſon

Leges militares.

Arma bellica varia.

Jaſon Theſſalus, ocreas Cares ipſi. Getæ arcum nervis curvarunt, quare Lucanus dixit nervos Geticos: alii volunt curvatos in Creta apud Cydonios. Apollo jaculatus primus eſt Sagittas: veneno tingere didicere Barbari à veſpis aculeos induentibus ſanie mortuę viperę. Hoc Hercules, & alii poſtea fecere in Græcia Κεστρον, ſeu viriculum viſum eſt Perſico bello: fundas fecere Balearicæ gentes, Romani plumbea tela in hoſtem fundis mittebant, agitatione fermè facta, ut ſcripſit Onoſander, & ſignificavit Naſo, ubi de funda dicit. Et quos non habuit ſub nubibus invenit ignes. Alexander victis Perſis militum uxores in caſtra adduxit, ut milites naſcerentur: more ſervato à Macedonibus, qui in Aſia regnarunt. Antyllus Medicus in quinto de auxiliis teſtatur Romanos, Scipionem maximè exercuiſſe milites in caſtris, quo paratiores ad pugnā eſſent: Lacedæmonii primo muneribus corrupere Ariſtocratem Arcadū Regem, qui adverſus eos acceſſerat in auxilium Meſſeniorum. Pan inſidias hoſti collocavit & terrorem incuſſit nocturno clamore in ſpelunca facto: inde illi Panici terrores adſcribuntur. *Funda.*

Machina, Folles. Machinalis ſcientia.

PEtrus Germanus Peripateticus æneam machinā, ſtanno addito, ut æs fundi poſſet fabricavit: in qua ſulphure & nitro ſimul poſitis, & plumbea, vel ferrea pila, adhibuit ignem parvo foraminii, quod in prima parte machinæ eſt, & maximo fragore emiſit pilā. Hinc hominum cædes, mœnium, & ædium ruinæ. Ante Petrum Aphri ex Exiliſſa, & Tuneto oppido perſimilem machinam habuere. Uſus ejus primus in Italia fuit in bello Liguſtico contra Venetos, ducentis propè ab hinc annis. Bœotii obſidentes Delium templum, antennam perforarunt, & per eam aura immiſſa fabri- *Bombarda inventia.*

libus follibus jam inventis ab Anacharſi Scytha, flammam in ædibus accenderunt, ex candentibus carbonibus, qui cum ſulphure, & pice erant in lebete pendente ex mali Carcheſio. Catapultam fecit Dionyſius Junior. Equum, qui aries appellatur, in muralibus machinis ad Trejam Epeum inveniſſe ſcribit omnium quicunque fuere vir doctiſſimus C. Plinius. Vitruvius verò ait Carthaginenſes Gades oppugnantes mœnia percuſſiſſe ligno: poſtea Pephaſmenum Tyrium addidiſſe aliud lignum in tranſverſum: Cetram Chalcedonium baſim rotas, & texiſſe coriis bubulis ne noceri militibus poſſet, qui Ariete murum percutiebant. Diades, qui cum Alexandro fuit in exercitu, fecit turres ambulatorias. hoc eſt, ἐμβατηρία, ex quibus milites hoſtium mœnia conſcendebant: fecit etiam ſcalas: quas tamen Papinius attribuit Capaneo: & fecit corvum, ſive gruem: nam Polybius appellat κόρακα. Pollux γέρανον. Hac Diadis machina naves comprehendebantur, & etiam harpagone, quem fecit Anacharſis, & quo Agrippa uſus eſt, & turribus quoque in navi erectis, Pericles & manus excogitavit, quibus tenerentur naves: quas manus ex Romanis primus habuit Duillius. Heraclides Tarentinus invenit ſambucam, qua funibus extenſis expugnabantur urbes: Archimedes reperit helicem ad onera facilius movenda, & machinalem artem, quã ex Geometriæ lineis inchoaverant Eudoxus, & Architas, à Geometria diviſam cum Geometria iterum junxit.

Machina bellica.

Arma ænea. Aes. Ferrum. Ferrumen. Ferri temperatio. Orichalcum. Aurum. Argentum. Metalla.

ma æ- nea.

ARma militum olim fuere ænea, quæ fecere Curetes, vel Combe in Euboes, ære ibi reperto, quare Inſula ſit dicta Chalcis. Challidemus hoc

nomine

nomine putat & Caryſton appellatam, ære etiam ibi invento, vel in Cypro à Telchinibus, qui ex Creta eò acceſſerant, & falcem Saturno fecerunt. Theopompus armorum ex ære inventionem adtribuit Lemniis. Alii æs, ferrum quoque credunt oſtendiſſe Chalybes propè Trapezuntem Græcam urbem in Ponto, vel æs Rhæcum, & Theodorum Samios filios illum Philæi, hunc Teleclis: ferrum Cyclopes, aut in Creta Dactylos Idæos, hoc eſt Damnamenum, Cemin, & Alcmona. Ferrumen invenit Glaucus Lemnius patera facta, quã Halyattes Lydorum Rex miſit Delphos. Sed regis nomen corruptum eſt apud Euſebium. Ferri temperationem excogitavit Delas Phrygius, Vel Theodorus Samius. Orichalcum vidit Orius quidam in India, vel in fornacibus lapide ære mixto. Aurum, & argentum reperit Cadmus, apud Pangæum in Thracia, auri, argenti, ærisque fodin. Lynceus Corinthiorum Rex, vidiſſe propterea dictus, vel quæ ſub terra eſſent. Metalla apud Aſſyrios oſtendit Semiramis, apud alios Dactyli Idæi. *Metalla.*

Fabrilis ars. Ignis.

Vulcanus Ægyptius Rex Nilo genitus eorum omnium, quæ ad ignem ex metallis fiunt, artem oſtendiſſe dicitur igne etiam invento, vel in Lemno ſervato ex ardente arbore fulmine icta: Prometheus hominibus ignem dedit ferulæ calamis ſervatũ: quare Athenienſes & Vulcanaliorum die & in *προμηθίοις* per urbem diſcurrebant facibus accenſis. Alii ignem datum dicunt à Dactylis Idæis, vel à Phoroneo. Lauro arida ipſum excuſſit Meraurius: Silice Pyrodes: Pyrocideſve Cilicis filius. Naſo credidit excuſſum ſaxis in paſtorum pugna: quidem in Delo inventum, nonnulli cœlo decidiſſe in agro Argivo, qui Argis ſervaretur in templo Apollinis λυκηκτίτυ. Aliqui putant primò allatum in Ætoliæ civitatem, quæ ea cauſa dicta fuit Pyrenia *Ignis.*

Pecunia, ejus nota. Theſauri.

Pecunia. Argeus, ſive Naxii, ut ait Agloaſthenes, cuderunt aureos, argenteos, æneos, ferreosq; nummos, Erechtheus Athenis, & in Lycia, Xenophanes in Lydia. Lydi primi aurum, & argentum apud Græcos in Ægina Phedon Eleus, ferrum Spartæ Lycurgus: æs in Italia Saturnus, vel Janus. Nummus apud Italos, Siculos etiam, & aliquot Græcos altera parte bifrontem Janum, altera vel ratem, vel coronam, vel navim habebat: quæ omnia Janum reperiſſe ſcribit Draco Corcyræus in commentariis de lapidibus. Aſſis nota fuit Janus, & roſtrum navis: in triente, & quadrante rates erant: ſed bigæ, & quadrigæ, in argenteo nummo. Servus Rex ferreos, & æneos ſignavit ovium, & pecudum effigie, quare dicta eſt pecunia. Argentum theſauris factis ſervare docuit Plutus, Jaſis & Cereris filius: & primus ſervavit Minyas, Orchomeni pater, qui divitiis ſuperavit alios homines.

Naves. Piratæ. Claſſes. Anchora. Remus. Vela. Ventorum ratio. Gubernaculum. Magnes, & Pyxis. Tempeſtatis nuncii. Romani in mare Oceanum ingreſſi.

Navium inventio. Ratis verò, navium, & coronarum inventionem non omnes adſcribunt Jano: ſed ratem quidam, dicunt feciſſe Erythram Perſam, armenta ſecutum ad mare, quod Erythræum vocavit: vel feciſſe Trojanos adverſus Thraces, pugnantes: Scaphas, & lintres eſſe aut à Zabulone Jacobi filio, ut piſcaretur, aut à Getis Danubium incolentibus & piſcationis cauſa, & ut prædas agerent. Pyraticam feciſſe creditur Hercules Thebanus, vel Patarus, & Xanthus Lapeonis filii inde

lii: inde Getæ ipſi. Samænam rotundam, & concavam ædificavit Polycrates Samius: cujus navis nota Athenienſes ſignarunt Samios captivos; inde literatos dictos ab Ariſtophane. Navim in Libya conſtruxit Atlas, in Ægypto Danaus Græciam cogitans: vel Danai navis facta fuit à Minerva, quæ propterea à Tertulliano dicitur navium inventrix. Sed Danai navis Pentecontoros appellatur ab Apollodoro à numero filiarum: & creditur fuiſſe prima longa navis. At Seſoſis quoq; Ægyptius Rex longa navi uſus eſt, ut ex Græcis Phocenſes cum occuparunt Adriam, Tyrrhenorum regionem, & Iberiam,: vel certà ea uſus eſt Jaſon. Attamen Charax Jaſonis navem tradidit fuiſſe claſſem. Claſſem inſtruxiſſe in Creta dicitur Minos vel Neptunus, qui & certam navigandi rationem dedit, ſive dedere Phœnices, aut Myrmydones in Ægina Roſtratas naves in Oceano fecit Gryphon Scytha: biremen Erythræi, triremen Sidonii, vel Antinocles Corinthius, Corinthii navem ad eam formum reduxere, qua nunc eſt. Aphracta, & celocē fecere Rhodii: tectas & conſtructas Thaſii: cercurum Corcyræi, codices Latini, Mariplacidas Siculi, myoparonem Tyrrheni, Profumiam Brutii, Pōtonas Circei, Sclatam Sardi, remeculum Lemnii, Anchoram addidit Midas, quæ Ancyræ videbatur ſuſpenſa in Jovis templo, vel anchoram addidere Tyrrheni: dentibus duobus fecit Eumolpas, vel Anacharſis. attamen anchora ante eos uſi ſunt argonautæ. Remum fecere Copæ, latiorem ejus partem Plateenſes, vela Æolus, qui ventorum etiam rationem reddidit. Vel vela Iſis invenit Harpocratem filium perquirens, aut Icarus aut Dædalus Creta fugientes, unde per mare volaſſe dicti. Milvus artem gubernandi docuit, caudæ flexibus in cœlo monſtrans quod opus eſſet in profundo. Magnetem lapidem olim inventum in Lydiæ monte à paſtore Magnete, vel à Perſis. in Pyxide poſuit Flavius Campanus ex oppido Amalphio: ut ſemper *Magnes.*

ſeptentrionibus cognitis nautæ quo vellent curſum dirigerent. Cleon in navi homines ſtatuit,qui tempeſtatem imminentem nunciarent:tunc unuſquiſq; agnum pullumve immolabat, vel aureo graphio digito ſanguinem eliciebat. Romanis navem conſcendere perſuaſit Claudius, codex propterea appellatus. Oceanũ ex ipſis primus ingreſſus eſt Cæſar bellum Britannis illaturus, ex Carthaginenſibus Hanno. Multum antea Necus Ægyptius Rex per mare Erythræum Phœnices miſit, qui auſtrale Oceano navigato Gades uſque mediterraneum ingreſſi Ægyptum petière, quod triennio factum eſt,& tunc cognita Africa.

Corona. Annuli. Gemmæ. Purpura. Colores.

Corona varia. COronam hederaceã ſibi impoſuit Bacchus,quòd hedera, vel abſque vino ebrios homines faciat. Coronas è floribus fecit Glycera Sicyonia,vel Stephanos quidam. Sed Chæremon è narciſſo, aliiſque floribus coronam attribuit Baccho, qui & laurea dicitur triumphaſſe ex Indis. Callimachus lauro coronatum Apollinem tradit Pythoë interfecto: Diodorus Jovem Titanis victis: Leo Ægyptius primo coronatam ait Iſim ſpicis repertis, & coronam ſpiceam fuiſſe. Prometheus è Caucaſeis vinculis liberatus,quòd Jovi

Annulus. Neptuno,& Apollini Thetim uxorem optantibus prænunciaſſet ex ea naſciturum filium patre majorem, coronam cepit,quia fatum viciſſet, & in vinculorum memoriam annulum ferreum fecit, ſaxi fragmento incluſo è rupe Caucaſea. Hujuſmodi ferreo annulo uſi ſunt Lacones,triumphantes Romæ, & ſponſæ à ſponſo mittebatur. Aurei annuli dabantur tantum Legatis ad exteras gentes, quibus reverſi in publico uterentur. Marius tertio conſulatu aurum & ipſe ſumpſit:alii inde Sardonicam gemmam, ex Romanis primus habuit

habuit Aphicanus Major, dactylothecam, hoc eſt, gemmas plures Scaurus Syllæ privignus: Topazion Berenice Philadelphi mater à troglodytis inventam: Concharum uniones Hercules Indus. Hercules alius apud Tyrum purpuram invenit, Nympha, quam deperibat, petente, ſibi dari eo colore infectam veſtem, quo Herculis ipſius canis labra tincta erant, qui purpuram fortè ediderat. Achilles tamen Alexandrinus Tyrium paſtorem purpuræ inventorem facit: alii Phœnicem Bythiniæ Regem, reliquos colores reperit Cleophantus Corinthius. Callias Athenienſis minium vidit in argenti metallis in agris Corinthiorum Clivianis, vel Cylbianis. Cœrulei temperatura excogitata eſt Alexandriæ, Veſtorius fecit Puteolis. *Purpura.*

Pictura. Uſta. Plaſtice, Statua, Toreutice, Lignea vaſa. Figularis rota.

Picturam exercuere primi in Græcia Ardices Corinthius, & Thelephanes Sicyonius, ab Ægyptiis inventã, Hygiemon marem & fœminam diſcrevit in pictura: Eumarus figuras omnes imitatus eſt: Polignotus ore patenti fecit, ut oſtenderent dentes. Zeuſis luminum & umbrarum rationem invenit. Uſta caſu reperta incendio Pyræei in hortis Ceruſſa cremata. Plaſtice Corinthi inventa à Dibutade Sicyonio, filiæ opera, quæ cum amantis faciem lineis circumſcripſiſſet ex umbra in pariete facta à lucerna, lineis pater impreſſa argilla, typum factum, induratumque igni adpoſuit. Italis ars tradita ab Euchyra & Eugramnæo Corintho profugum Demarathum ſecuti Sunt qui in Samo Rhæcum, Theodorum Samios homines tradant Plaſticen inveniſſe, & ex ære ſtatuas facere. Sed has alii Ætruſcis, alii Telchinibus Rhodiis attribuunt. Aurea ſolida poſita ante fuit Anaitidi numine *Pictura.* *Plaſtice.*

Armeniæ gentis. Delphis in templo auream ſibi poſuit hominũ primus Gorgias Leontinus Rhetor. Romę prima ex ære facta eſt Cereri ex peculio Sp. Caſſii, quem Regnum affectantem pater interemit: inaurata Atilio Glabrioni, qui Antiochum armis & conſilio vicerat. Athenis poſitæ publicæ primum Harmodio & Ariſtogitoni, ob cæſum Hipparchum Piſiſtrati filium, has in Perſidem abductas à Xerxe Athenienſibus reſtituit, vel Alexander, vel Antiochus. Nicagoras etiam

Statua. ſtatuariam artem credit ceptam à Prometheo, ex luto homine facto. Dædalus ſtatuis addidit pedes, manus, digitos, oculos: inde dictus feciſſe ſimulachra, quæ ſe moverent, & alios intuerentur. Toreuticem reperit Phidias. Speuſippus Athenienſis ex gracilioribus lignis

Figulares rotæ. fecit vaſa in ventrem tumentia: quæ Thericles Corinthius pellibus obtexit. Fictilia in Samo facta, figulari rota ab Anacharſi reperta. Homerus antea videtur noviſſe hanc rotam, niſi Democritus negaſſet carmen illud Homericum eſſe.

Antiquorum cibus, potus. Putei. Fruges, Aratrum, Agricultura, Stercoratio.

Cibus. HOmines humana carne veſcebantur. Nymphæ poma dedere, & mel aqua mixtum quod biberent. Hac cauſa Danai filiæ Argis fodere puteos. Pelaſgus glandes in cibo induxit. Ceres fruges oſtendit Siculis & Ægyptiis, ſed ob raptam Proſerpinam irata abſtulit: quas poſtea iterum ex Sicilia allatas dedit Triptoleme, is Eupolemo & Peloponeſib. Erechtheo, & Atticis. Cæteri homines habuere ab Athenienſibus, quare Græcorum multæ urbes earum primitias quotannis mittebant Athenas. Prima ſemina jacta ſunt à Triptolemo in Campo Aroë, vel in agro Rhario Eleuſinæ, cùm aratrum feciſſet. Pompejus ſemina allata credit ex Libya in Libyco campo Argivo: Inde Ceres dicta

dicta Libyſſa. Ea alii tradunt oſtendiſſe Ægyptiis Argivorum Regem Apim, Arcadibus Arcadem, Gallis Phocenſes. Hermippus aratrum factum ſcribit à Philomedo Cereris & Jaſii filio; alii à Dionyſio ex Jove & Proſerpina, vel Cerere nato, vel à Buzyge Heroë, aut Hemogyro: Phœnices ab Jove Aramio Saturni fratre: Aegyptii ab Oſiride, Hiſpani ab Habide Curetum Rege. Agricultura inſtituta fuit à Sethe Adami filio, vel à Polymnia: quam artem Aegyptios docuit Manetus Muſarum diſcipulus: Phryges Lityerſus Midæ filius ab Hercule, vel ab Admeto interfectus: Italos Janus, vel Italus Oenotriæ Rex, vel Saturnus, qui apud Sutrium in Latio terræ ſemina mandavit, docuitque fimo agros fœcundiores reddi: alii hoc dicunt oſtendiſſe Picunum, vel Pithunum Pici fratrem, Stercutium propterea dictum, & Sterquilinium: in Græcia Augeam & Herculem divulgaſſe inventum.

Fruges ſiccatæ. Pinſere. Molere. Molæ. Cribra. κοχλία. Panes. Clibani. Copta.

Poſtea triticum, & legumina alia exſiccarunt Tarſenſes dicti à Ταῤῥοσαίνειν, ut credidit Eratoſthenes. Pinſere frumentum docuit Pilumnus piſtorũ Deus, molere & molas ipſas Myles in Loconiæ vico Aleſia, vel docuere Mylantii dii apud Rhodios: indeque μύλος dicta. Cribra, quibus à furfure farina dividitur, Galli ſetis equorum fecere, Hiſpani lino excuſſoria, & pollinaria. Aegyptii è papyro, & junco. Κοχλίαν qua frumenta ab uno tantum purgantur, ad invenit Archimedes. Ceres hominibus panes dedit in nuptiis Cybeles, Obeliam Bacchus, Clibanos in quibus coquuntur, Annus Aegyptius, Annáſve mulier: Rhodii fecere coptam placentam ex tritico, & ſeſamo, πυρεγκοῦς quoque & σησαμοῦς dicitur. *Pinſere frumenta*

Boves devorati, interfecti: & Animantia alia: in menſa etiam. Inſtitores. Caupones. Coquinaria ars. Convivia. Delatores.

Boves devorare. Athenienſes primi devorarunt boves: interfecerat Prometheus in ſacrificio, vel Ariſtæus, ut apes quæ perierant, renaſcerentur. Animantia alia interemit Hyperbius Martis filius: Aſinos Alexandrini, eorum pullos edit Mœcenas. Solidum aprum in cœna appoſuit P. Servilius Rullus, Rulli illius pater, qui in conſulatu Ciceronis promulgavit legem Agrariam, ciconias Sempronius Aſellius, aut Ruffus Plocius, accipenſerem Gallonus præco, pavonem Hortenſius. Anſeris jecur lacte mulſo augere vel Scipio docuit, vel Metellus vir conſularis, vel M. Scaurus Eques Romanus. Meſſalinus Cotta juſſit palmos pedum anſeris torrere, atq; patinis cum gallinaceorum criſtis condire. Lydi fecere χεύκη, ex condimentis pluribus & ſanguine, & Lydium βρῶμα dicitur à Didymo: Sed & inſtitores, & caupones primi fuere jubente Cyro Crœſi conſilio, ut molles facti rebellionem non facerent. Soſipater ſcribit Siconem neſcio quem inveniſſe coquinariam artem. Convivia inſtituit Italus Oenotriæ Rex, & in Creta Minos. Magna, & lauta fecere Hippias & Hipparchus Piſiſtrati filii. In conviviis delatores immiſit Darejus.

Saginatio. Aviaria. Vivaria.

Aviaria. Gallinas in menſarum uſum ſaginarunt Deliaci homines: alias aves Romæ M. Aufidius Lurco. Aviaria inſtituit M. Lælius Strabo Eques Brunduſii: aprum, & cæterorum ſylveſtrium vivaria Fulvius Hirpinus in Tarquinienſi, cochlearum item: Oſtrearum verò Sergius Orata in Bajano, murenarum C. Hirtius, aliorum piſcium Licinius Murena.

Aves

Aves aliquot, & animantia primum ubi viſa, arbores item. Plantatio. Poma. Mel. Mulſum.

SEd viſæ primum coturnices in Delo, Galli in Perſide, meleagrides apud Aetolos, pavi in Samo: inde aliò allati & ex Aſia in Græciam & Athenas, ubi mercede admiſſi qui ſpectarent, adeò, ut mille drachmis mas & fœmina æſtimarentur, teſtè Antiphone. Alexander primus ex hominibus, qui Europam incolunt, elephantes habuit, Poro victo: Romani primum videre, cum M. Curius Dentatus de Pyrrho triumpharet: Camelos viderunt in bello cum Antiocho ad Orchomenum, vel, ut ait Salluſtius, Mithrydate ſuperato à Lucullo ad Cyzicum: Hippopotamos in Aedilitate Scauri. Inter arbores laurus conſpecta primum eſt in Tempe Theſſaliæ, propterea Nicander eam cognominat τεμπιάδα: Antipater hederã acharnitem dicit, quòd Acharnis viſa ſit in Attica. Pityuſſa nomen datum eſt Mileſio à Pinu in agro Mileſio reperta. Caſtaneæ provenere Sardibus, quare Sardiani balani ſunt: Caprificus in Erineo Theſſaliæ conſpecta appellatur ἐρινεός. Venus in Cypro plantavit malum Punicum. Plantandi artem docuit Thalia. Sed Perſeus ex Perſide in Græciam attulit Perſeam, Lucullus in Italia ceraſas ex Ceraſunte Ponti, Dionyſius Rhegio platanũ ex Sicilia, quò venerat ex Diomedis Inſulis, eò verò per Jonium mare. Ariſtæus oſtendit oleam. Oleaſter ad Alpheum, Populus nigra ad Padum, alba ad Acherontẽ primo viſæ, Palma in Phœnicia, Quercus in Arcadia, Pyraſter in Peloponneſo. Ficus à Cerere data eſt Phytalo, qui propè Marathonem eam ipſam hoſpitio ſuſceperat: vel indicata Baccho, qui idcirco συκίτης dicit à Lacedæmoniis. Theocritus & μῆλα Dionyſii vocat, ac ſi poma fuiſſent ab eo reperta: quibus certè coronabantur. Cyrenenſes fru-

ctuum

ctuum & mellis inventorem credunt Saturnum, ſed mellis colligendi uſum in Creta demonſtravit. Meliſſa Nympha, in ſaltus Tarteſiorum Gargoris Curetum Rex, Nymphæ in Arcadia, vel in Cea Inſula demonſtrarunt Ariſtæo Apollinis filio, qui in Thracia vino miſcuit mel, ut mulſum eſſet.

Vitis. Vinum. Vino aqua mixta. Putatio. Cerviſia. Oleum. Olea. Lanificium. Texere. Lana. Linum. Sericum. Bombyx. Veſtes. Tondere, oves. Paſtores. Caſeus. Venatio. Retia. Piſcatio. Horti. Aucupium.

Vinum & varia potus genera.

NAſo Bacchum mellis, & vitis inventorem dicit: quam demonſtravit Scemaſo hoſpiti vel Icaro, & quam ceperat ex Nyſa Arabiæ, vel Indiæ, quo loco ipſe Bacchus Indus genitus ex Amone & Amalthea, altus fuerat à Nyſæis Nymphis. Aegyptii vitem apud ſe natam ajunt in urbe Plinthine ex Gigantum ſanguine, ppterea homines furere vino epoto. Theopompus apud Alpheum in Olympia repertam ſcribit: Boëtii Thebis dicunt, & uvam appellatam Σταφυλὴν à Staphylo Bacchi Silenive filio, qui aquam primus vino miſcuerit: quod tamen Amphictyonem Atheniensium Regem, ante alios feciſſe placet Philochoro, aliis Melampoda, vel Lycurgus, vel Ceraſum in Ætolia, aqua ſumpta ex Acheloo. Certè Staphylus Ætolus paſtor uvam decerptam attulit Regi Oeneo Deucalionis filio: Oeneus vinum expreſſum appoſuit Libero patri hoſpiti, undè & σταφυλὴ, & οἶνος dicti. Sarmentorum putationem inſtituere Nauplii, qui viderant vitem abroſam ab aſello feraciorem fuiſſe. Phocenſes Gallis dedere vinum, & oleum: ſed Italis vinum Janus, vel Saturnus. Chiis Oenopion Bacchi filius: & nigrum in ea Inſula primo viſum, ſicut

Pollçum

Pollæum dulce Siracuſis, quod paravit Pollas Argivus, Cerviſiam, vel Bacchus, vel Celtæ confecerunt: Bacchus Indis, vel Aegyptii crithinum ex hordeo. Sed Athenienſes primi creduntur docuiſſe vini uſum, olei etiam & lanificium. At oleum adtribuitur Ariſtæo, Olea Nymphis, vel Minerva, & huic lanificium, & texere, & lanam inficere, ſive hoc Lydis, aut Tyriis, ut lanam coquere Gallis: Certè lanificium invenit Noema ſoror Tubalcaini, Arachne, & Arcas in Græcia: Iſis demonſtravit linum in Aegypto, Seres ſericum, vermiculi in Græciam allati Juſtiniano Principe: bombycem Pamphyla in Co. Sedens texit Perina Aegyptia, pluribus liciis Alexandrini. Scutulis diviſere Galli: aurum intexit Attalus, plures colores Babylonii. Antea Nymphæ arborum corticibus fecerant veſtes, Cilices caprarum pellibus, Pelaſgus ſuillo corio, Pandora laneas. Athenienſes effecerunt peplum: Dores addidere fibulam in pectoris ſummo. Tanaquil fecit Tunicam rectam, Aetruſci prætextam, Jones τήβεννον, cùm vidiſſent Temenum Arcadem eo modo chlamydem compoſuiſſe. Veſtes longiores fecere Theſſali, qui loca tenent Aquilonib᷒ objecta, penulam Lacedæmonii in ludis, ſtragula Perſæ. Acu facere inſtituere Phryges: tondere oves Mileſii, Æthruſci in Italia: greges ducere & animantia, manſueſcere Curetes: vel Cybele manſueſcere. Italos paſturam docuit Janus: quam alii inventam dicunt ab Ariſtæo. & etiam lactis coagulum. Caſeum fecit vel Tyromeſtis mulier, vel Apollo, cum Admeti armenta paſceret: Hippacem Caſæum equinum fecere Scythæ. Retia compoſuit Dictynna Cretenſis: retibus venationem inſtituere Ariſtæus vel Curetes: vel Thebani, aut Nimrod, aut Apollo & Diana, quæ Delo veniens in Agra Atticæ campo venando tempus poſuit, ipſaque & Apollo oſtendere Chironi. & hic diſcipulis Amphiarao, Theſeo, Dioſcuris, Telamoni, *Lanificium*

Neſtori,

Neſtori, Palamedi, Ulyſſi, Diomedi, Achilli, Aeneæ, aliiſque Italis oſtendit Janus, & venari piſces, & hortos: quos Chiron irrigavit & Epicurus in oppidis inſtituit. Aucupium reperit Ulyſſes miſeriarum levamen.

Ludi. Palæſtra, Pancration, Pentathlus. Gymnaſia, Ludi Circenſes, in honorem Deorum, & mortuorum, Gladiatores, Athletæ nudi, Feræ in theatro.

Ludorum genera. Ludos invenere Lydi, ut alternis tantum diebus cibum caperent in fame: à Lydis habuere Græci, à Græcis Romani, aleam ſcilicet, teſſeras, & pilã. Sed Gallis Corcyrea pilam adſcribit Nauſicaæ, Dicæarch⁹ Sycioniis, Hippaſus Lacedæmoniis. Pilam phænindam Juba refert ad Phæneſtium Pædotribam: quinque teſſeras & tabulam luſoriam cum triginta ſex locis calculorum ad Palamedem, ſic otioſi exercitus ad Trojam comprimentem ſeditionem. Plato aleam & talos tribuit Naucrati Aegyptio: aliqui calculos Pyrrho Epirotarum Regi in certaminis ſimilitudinem: Jano diſcum, vel Perſeo: palæſtrã Ori cadmo, aut Mercurio, aut Palæſtræ ejus filiæ. Sed Palæſtram & Pancration dicit feciſſe Theſeus in Labirintho, ut etiam ſine gladio Minotaurum interficeret, Polemon ambo reperta aſſerit à Phorbante Theſei præceptore, & etiam πένθαθλον, vel certè πένθαθλον invenit petens in Aegina. & ejus ſtudioſi fuere Aeginetæ. *Gymnaſia.* Gymnaſia fecere Cretenſes, inde Eli, & Lacedæmonii: in quibus nudi ſe exercerent. Circenſes Ludos in Aſia celebravit Monagrus, Romulus Romæ. Ludos in honorem Deorũ edidere Sicyonii, cum inter Deos referrent Telexiona Regem: Erechtheus in Attica fecit in honorem Apollinis & Minervæ: Græci in mortuorum quoque honorem, & primi editi fuere in Azanis Arcadis filii funere,

Brutus

Brutus Romę mortuo patre in foro Boario dedit Gladiatores: quos primum fuiſſe Mantineæ ſcribit Hermippus in primo de legũ latorib. & Mantinæos Cyrenæi imitati ſunt. Thucydides Lacedæmonios nudaſſe corpus, oleoque unxiſſe ait Acantho Lacone athleta nudo pugnante quintadecima Olympiade, ſed in carmine Græco hoc feciſſe dicitur Orippus Megarenſis, cum nudus videri Græcis turpe eſſet. Leonum, qui ligati erant, pugnam dedit Scævola: ſolutos L. Sylla, Urſos Domitius Aenobarbus: Elephantos Pompejus: Tigrim Auguſtus. Aegyptii excogitarunt Panagyres. At quoniam in tertio de Moribus hæc & ſacra Græcorum certamina Romanorum item dicta ſunt, hoc loco prætermittenda videntur, & tranſeundum ad ædes. *Gladiatores* *Certamen cum beſtiis.*

Domus. Tuguria, Tegulæ, Protypa, Fornix, Marmor in domo, Muſæa, Columnæ, Spiræ, Capitellæ, Octaſtyllos, Pſeudodipteros, Obeliſci, Labyrinthus, Serra, Circinus.

Olim ſpecus erant pro domib. quas, auctore Homero, fabricarunt Vulcanus & Minerva: vel Veſta. Athenis lateritias Euryalus & Hyperbius: vel Doxius, in Italia Saturnus. Tuguria fecerat Pelaſgus Arcadum Rex: tegulas Crineas quidam Cyprius, protypa Dibutades, vel Buccides: qui perſonas impoſuit tegularum imbricibus. Fornicem dicunt oſtendiſſe Democritum: ſed ante Democritum fuere pontes & portæ, quarum ferè ſumma curvantur. Inde hæc omnia tranſiere ad luxum. Mamurra cruſtis marmoris operuit domum in Cælio monte. Limina ex numidico poſuit M. Lepidus. Muſæa fecit Agrippa. Corinthiam columnã apud Corinthios Callimach⁹ κατατηξιτεχνος appellatus, exẽplo ſumpto à Calatho, quẽ nutrix impoſuerat *Ædificia & habitationes.*

impoſuerat virginis ſepulchro, & quem Acanthus circundederat Calycutis in extremo flexis. Antea Doricam columnam Argis in Templo Junonis poſuerat Dorus Helleni, & Optices Nymphæ filius, Jonicā excogitarunt Athenienſes, qui in Aſiam acceſſere Duce Jone Zuthi vel Apollinis filio. Epheſi in templo Dianæ ſunt ſpiræ ſubditæ, & capitella addita. Octaſtylon & Pſeudodipteron fecit Hermogenes, illud in ædis fronte octo columnis poſitis: hoc octo in fronte & poſtico, quindecim à lateribus. Trabes ex lapide, vel Obeliſcos erexit Mithres Helipolitarum Rex in Solis honorem. In Heracleopolita præfectura Peteſucus, vel Tithoes Rex fabricavit Labyrinthum: quam Demoteles dixit fuiſſe Regiam Motherudis, Lycias ſepulchrum Meridis. Hinc Dædalus ſumpſit exemplar ejus Labyrinthæ quem fecit in Creta. *Serra.* Dædalus ipſe ſerram invenit, alii ajunt inventam à Perdice ejus ſorore nato, cum ſerpentis maxilla lignum incidiſſet. Is invenit etiam circinum: & ab avunculo ob invidiam interfectus fuit. At Pauſanias non Perdicem, ſed Calum nominat hunc, quem Dædalus interfecerit ſororis filium.

Laquearia inaurata, Argentum, teſtudinum cruſta, æs ad luxum, Specula & Argentea, Vitrum.

LAquearia inaurata poſita in capitolio in cenſura L. Mummii, tranſiere in cameras, & parietes, *Argentum.* Argentum Tricliniis addidit Carbilius Pollio: lectis & repoſitoriis teſtudinum putamina ſecta: Cn. Manlius æs tricliniis, abacis, & monopodiis: Paſiteles argentum ſpeculis quæ ex plumbo & vitro fuerant facta ab Eſculapio. *Vitrum.* Vitrum repertum eſt ad Belum amnem Phœniciæ, nitri glebis arenæ permixtis: additi & magnes lapis, calculi ſplendentes, conchæ & foſſiles arenæ.

Tonſores,

Tonſores, Barbam radere, Alere capillos, tondere, tingere, Pilos evellere, Fucus, Unguenta.

NEc olim tonſores erant: cũ capillo enim & barba antiquorum ſtatuæ ſunt. Venére in Italiam poſt Romam conditam. CCCLIV. & Aphricanus primus ex Romanis raſit barbam. Antea Alexandro Rege raſit quidam κορσὸς inde cognominatus, ut ait Chryſippus. Poſtea aluit Adrianus Principum primus capillos: Liber Pater & Græci omnes: Theſeus comã ſyncipitis detonſam conſecravit Apollini Delio. Tarentini pilos è toto corpore evellere ceperunt. Capillos rutilos ſapone facere Gallorum inventum eſt, nigros Medeæ: Faciem ornare, & fuco illinire Sirenum, vel Helenæ. Bacchus India victa Græcis unguenta dediſſe creditur, quibus Jones primi corpus perfricuerint. *Tonſura.* *Unguenta.*

Eunuchi. Meretrices. Παιδεραστία. Λεσβιάζειν. Συνουσία, *diverſa.*

EUnuchos fecit Semiramis, ne, cùm vir vellet haberi, ſola voce exili & imberbis eſſet: vel fecere Parthi aut Perſæ in Spada pago. Adramites Lydorũ Rex, vel Gyges caſtravit fœminas. Venus inſtituit meretrices in Cypro: Solõ emptas admiſit Athenis, ne juvenes alienas uxores ſectarentur. Sed Naſo Propœtidas quaſdam primas corpus vulgaſſe teſtatur. Thamyras amavit Orpheus, vel Dæmones in Aſia, vel Thalo in Creta, vel Itali in bello. Λεσβιάζειν fuit in pueris, vel a muliere Leſbia. Συνουσίαν variavit Hemitheon Sybarita aut Cyrene, vel Aſtianaſſa Helenæ ancilla, aut Philémis, & Elephantis editis etiam libris. *Eunuchi.* *Meretrices.*

Ti

Mulier. Luxus. Avaritia. Mercatura. Furtum. Dolus. Præſtigiatores. Servi. Ancillæ. Pediſequæ. Nundinæ.

Luxus. LUxum, mollitiem, libidinem vitæ hominum acceſſiſſe cum artibus repertis à Prometheo, & à Vulcano ſignificari voluerunt Poetæ, quando dixerunt, Pandoram primam mulierem factam fuiſſe à Vulcano, amatam à Prometheo. Illa mala in Ægyptũ invexit Rex Menis, & in eum ſunt execrationes Thebis in columna inſcriptæ à Technate Bacchorei patre Rege frugi. M. Cicero in quarto de Repub. ſicut refert Nonius Marcellus, ſcribit Pæones mercibus ſuis avaritiam, magnificentiam, inexplebileſque cupiditates omnium rerum importaſſe in Græciam. Ego verò, qui non Pæonas, ſed Phœnices ſcio mercaturam ante alios feciſſe, per Græciam, Italiam, & ad Oceanum uſque profectos, exiſtimo Pæonum nomen apud Nonium eſſe corruptum, & Ciceronem ſcripſiſſe Phœnices. *Mercatura.* Mercaturam inſtituit Mercurius, jocoſum furtum, quæ præſtigiatorum ars eſt, & dolos: qua arte & dolis apud Græcos uſi primò ſunt Siſyphus, & Antolycus. Chii & inter merces habuere homines: vendebant enim qui ſervirent. Servos bello captos Lacones poſſedere Elotas, Theſſali Peneſtas. Servos redimere pecunia & manumittere inſtituit Servus Tullius. Servas habuere Cretenſes, Romani ab Anco Rege, ancillæ propterea dictæ, pediſequas uxor Philomeli, qui Delphicũ templum occupavit. Nundinas Servum Regem inſtituiſſe placet Varroni & Caſſio, Romulum Tuditano, Gemino Romanos poſt Reges exactos.

Equi, Bigæ, Quadrigæ, Currus, Frenum, ἀστράβη, Muli,

Equitia. PRimus aluit equos Diomedes Trax: conſcendere, vel Neptunus, vel Lapithæ Pelethronii, vel Amazones

mazones, vel Maris Italus, qui ter obiiſſe, & ter revixiſſe dicitur. Palæphatus retulit ad Centauros Juvenes ex Nephele oppido in Theſſalia regnante Ixione: alii ad Barcæos Lybicam gentem, unde Pindarus Cyrenem εὐάρματον vocat, Barce enim una ex urbibus Cyrenes: apud eos etiam Nomades, aut Neptunus, aut Minerva ejus, vel Jovis filia dicitur junxiſſe quadrigas. Mnaſeas bigas junctas ait à Minerva, alii à Thebanis, & quadrigas à Trochilo Archivo, vel à Myrtilo, aut ab Oenomao, ſive è Cillante Pelopis auriga. Athenis junxit Erechthe*. Currū fecere Corinthii, & frena, vel frena Lapitha Pelethronii, aut Bellerophon. Currus, quibus pugnarent Heroës conſtituit Theſeus: eſſeda Belgæ: Oxilus Ætolus ἀστράβην, ſellæ ſcilicet in curru partem altiorem, qua incumbit auriga. Mulos ex aſina & equo naſci poſſe, excogitavit Anas filius Zibeonis Hetæi.

Quadrigæ.

Currus.

Muli.

Supplicium ex equis, Vincula, Pœnæ, Proſcriptio, Talio, Cædes cognati, viri, Patris: Aſylum.

Hercules Pyrechmen Eubœæ Regem equis alligatum in partes diviſit: Tullus Hoſtilius quadrigæ colligavit Suffetium Albanum, ut non omnino,

Suppliciam ex equis.

Pœna genus hoc cognoverit unus,

ſicut dixit Naſo Tarquinius Superbus vincula, fuſtes, compedes, latumias, metalla pœnas excogitavit. L. Sylla proſcriptionem, ut impune civis Romanus interficeretur, talionem juſſit Rhadamantus. Ixion Dioneum, Dejoneúmve ſocerum ſcrobe facta igne interfecit. Thebe Jaſonis Theſſali filia fratribus ſuadentibus obtruncavit maritum Alexandrum Pheræum. Lucius Oſtius poſt annos D C. urbis patrem interfecit: Hecate fuit in Scythia. Qui apud Græcos

Parricida. primus fuerit parricida, non conſtat: creditur tamen Oedipus. Nocentes homines aſylo tutos Thebis fecit *Aſylum.* Cadmus, Athenis Heraclidæ: Romulus Romæ.

Sepultura, Rogus, Laudationes.

Sepeliendi mos. VIta functos ad ſepulchrum dare inſtituit Pluto, cremari Hercules, ut Lycimnio Argium filium refert ſocium in bello adverſus Laomedontem. Dubium eſt laudaverit ne Publicola primus Brutum *Laudationes funebres.* mortuum: an conſuetudo à Regibus inceperit: nam Græci laudationes accepere à Romanis. Sed Anaximenes ſcribit à Solone inſtitutas. Quæ enim apud Tragicos ſunt, à Theſeo habitæ, confictæ ſunt, & Athenienſes creduntur primum ſic laudaſſe qui in pugna obierunt ad Salaminiam, aut ad Marathonem, ſive in bello Peloponneſiaco. At Romani non modò in bello, ſed & in pace mortuos illuſtres viros, & mulieres etiam laudarunt, cum Popiliam matrem Scævola laudaſſet, uxorem juvenem Cæſar, qui vivo Pompejo Rempublicam occupavit.

FINIS.

M. ANTONII COCCII SABELLICI DE RERUM ET artium inventoribus poema, ad M. D. Hieronymum Baſſum, Foro-Julienſis provinciæ Quæſtorem.

INTER grata ſoles ſtudii cōmercia noſtri
Priſcorum laudare frequens monumenta virorum,
Auctores ipſos rerum moratus, & uſus,
Et quas quiſque olim meditando prodidit artes.
Hæc eadem, quia ſæpe jubes, ſtudioque requiris,
Ordiar hinc, Venetæ decus, & nova fama juventæ,
Ludere pauca (brevi quis enim queat omnia verſu!)
BASSE tibi, at quamvis majora negotia tentas,
Huc animum converte precor, diſpendia fient
Nulla reor, tenuem non averſatus honorem.
Huc ades, & mecum hunc lector ſortire laborem.
Sed jam tempus adeſt trepidæ dare vela carinæ:
Imus, & immenſum juvat hoc tentare profundum.
Emptio prima datur, datur auctio prima Lyeo.
Ille triumphales etiam traducere pompas
Inſtituit, Diadema dedit geſtare Tyrrannis.
At quamvis victum nondum Dodona negaret,
Ipſa dedit frumenta Ceres, & frangere ſaxo,
Pinſendique rudem prima eſt commenta laborem.
Hæc eadem leges præfixit gentibus: atqui
Te Radamanthe velint auctorem muneris adſunt
Phœnices, primi (famæ ſi credimus) auſi
Menſuram rudibus vocem ſignare figuris.
Ipſa ſuum contra decus hoc Memphitica tellus

Sublatamque acri repetit certamine palmam.
Cadmus Agenorides patrio propulſus ab orbe,
Intulit Hæmoniis cæleſtia munera terris:
Octonas totidemque dedit vix ille figuras.
Inde alias Graii ſenſim invenere recentes.
Huic porro Auſoniis decus hoc tribuiſſe colonis,
Se veteres jactant mutata ſede Pelaſgi.
Palladis (ut fama eſt) primum ſibi finxit Athenis
Eurialos cum fratre domum: namq; orbe recenti
Speluncas coluiſtis avi, vileſque latebras.
Tunc primum fragili conſurgere limina teſta
Obſtupuit mortale genus, proh triſtis abuſus!
Quàm parvo contenta fuit natura! ſed ecce
Quamvis Spartano conſurgant atria ſaxo
Sublimeſq; ornet poſtes Titana Caryſtas,
Illita Calleco radient ni cuncta metallo
Credimus eſſe nihil, ſpernitq; hæc luxus & odit.
Aëriamq; bifrons Cecrops hic condidit arcem,
Te Phoronee canunt alii, teſtantibus Argis.
Primum Agriopidæ Paphiis eſt viſa colonis
Tegula facta manu: ſic prodidit alta vetuſtas.
Marculus atq; recens incus, & forcipis uſus.
Huic vectis debere etiam tutela fatetur
At puteos Phariis Danaus devectus ab oris
Argiva defodit humo, conſcindere ſaxa
Rupibus, & certam proſciſſis addere formam
Ogigyas Cadmus docuit ſua mœnia Thebas
Archiphraſus quamvis Tyrius ſibi debita dona
Eſſe velit, turreſq; Traſon, & mœnia circum
Oppida conſtituit; contra ſua præmia dicunt
Phœnices ſoliti ingenio ſibi poſcere palmam.
Argento tenues telas ſubtexere, & auro
Niliacæ docuere manus, ſed vellera primo
Perdita mollicies infecit Lydia fuco.
Lanificos fuſos Cloſter dedit, unus Arachne
Dignus matre ſatus, linumque & retia mater

Prodidit

Prodidit, at Nicias ſtatuit fullonibus artem,
Megara quem genuit fatalis regia Nyſi.
Bœotio ſutrina datur, Medicina Canopo.
Aſt Arabus quem Phœbe tibi Babylona creaſſe
Fama refert, medicæ fertur dator artis & auctor.
Repperit Hæmoniæ Chiron vetus incola terræ
Herbarum medicas vires & nomina primus.
Temperat ipſe Scythes ſubitis fornacibus æra.
Lydius humanos olim conflavit in uſus.
Cudere Phryx docuit: Delas terras exhauſta metalla,
Inque novos uſus telluris vertere venam.
Hanc Chalybes quidam, quidam Cyclopas in artem
Mortales traxiſſe ferunt, tu Dactyle ferrum
Primus in Idæis monſtraſti gentibus antris.
Cephicus argenti venas aut Atticus imis
Fodit Erithonius terris; Tu Cadme, ſed aurum
Inſinuas colles pangeaque ſaxa recludens.
At vetus Oceano genitum fert fabula Solem.
Muneris authorem quidam fecere Thoantem:
Midacritoque dedit Caſſiteris inſula plumbum.
Cyclopes media poſitis incudibus Æthna,
Humanum docuere genus ſibi cudere ferrum.
Cecropius figulis ſanxit præcepta Chorœbus:
Aſcia Dædaliæ, glutenq;, & ſerra Minervæ,
Et perpendiculum & obliqui prima terebri
Commoda debentur: convexi fornicis uſus,
Clavis, & arguti torni, tenuisque libellæ
Commentum Samii, ſi credimus eſt Theodori.
Sunt Palamedis opus menſuræ & pondera, Phidos
Creditur Argivus gemini vetus auctor honoris.
At tua, magne Cilex, ſoboles nova femina flammæ
Excuſſit Pyrodes ſaxis, excuſſit & ignem
Prima Prometheæ ferulis ars inclyta dextræ.
Biſque duas ſtatuere rotas ſub curribus ipſi
Gens operoſa Phryges: calidi proponere mercem,
Et vectare procul monſtrant mercalia Pœni.

Cæpta Eumolpe coli eſt primum tibi vitis & arbor
Cecropio generare ſolo, domuitq; Sitheni
Ipſa merum ſoboles admotis Staphilus undis.
Fertur Ariſthæus, vicino natus Hymetto,
Orcades & radios rudibus preſſiſſe trapetis.
Idem mella favis primus diſcuſſit, atrato
Ante alios bigis docuit ſubmittere tauros.
Triptolemum pars magna canit, pars maxima Brigem,
Muneris auctorem tanti, Pharioq; Canopo
Civilis res prima fuit, ſed ſubdita regi.
At populare decus, civilia jura, ſacrumque
Attica gens olim fertur commenta Senatum,
Theſea mortales primum videre Tyrannum,
Poſtquam fama refert Phalarim trepidaſſe Sicanos,
Proh ſcelus indignum! victor Spartanus adegit
Humanum ſevire genus. Docuiſtis Athenæ
Vos veſtrum damnare caput, nova prælia ſævi
In Pharias gentes geſſere phalangibus Afri.
Acritus & Prœtus dum triſtia bella cierent,
In ſe fortè rudes clypeos ſtatuere, ſed adſunt
Dent Athamante ſato qui inventi præmia Chalco.
Loricam Midiæ inventam putat alta vetuſtas
Quem Meſſana tulit, gladium Spartanus & haſtam
Commentus, galeaque ferox proceſſit in hoſtem.
Aſt ocreas primi geſſere in prælia Chares.
Ipſe Scythes curvos arcus, teretesque ſagittas,
Altitonante ſatus: decus hoc tibi, maxime Perſes,
Perſeos inſignis proles, nunc vendicat error.
Velitis ignotam Tyrrhenus protulit haſtam,
Pilaque non priſcis ingrata Quiritibus arma.
Vulnificam viſa eſt primùm ſuccincta ſecurim
Pentheſilea furens, Piſeus venabula, & ipſum
Scorpion, Idæis debet catapulta colonis.
Martius amentum, jaculumq; Ætholus in hoſtem
Confixit, balyſtum Syrum Phœnica, recensque
Fama canit, ſed tu meditatus prælia, Piſeu,

Das

Das Tyrrhene tubam, teſtudo Anthemona laudas
Arctius hoſtiles illabens machina muros.
Sigei fabricator equi generoſus Epeus
Creditur, en aries mutato nomine nunc eſt.
Inſcius ante fuit Sonipes ſeſſoris, adactus
Bellerophonta tulit, frenúmq; induxit, & ipſa
Strata Peletronius domitor, Martémq; ciere
Theſſalus uſus equo eſt primus, quem pura vetuſtas
Semiferum ſpectaſſe virum ſibi viſa, vocavit
Centaurum: bigáſque Phryges junxere fugaces.
Sanxit Erichthonius volucres agitare quadrigas
At belli ſignum, vigiles & teſſera, magni
Sunt Palamedis opus, ſtatuit hæc Pergama circum
Dux ille, Iliacis inſtat dum Græcia fatis.
At decus inventi ſpeculi dat fama Sinoni.
Hic eſt ille dolis potuit qui evertere Trojam,
Quam non mille rates, decimus non vicerat annus.
Non gemini Atridæ, Atridíſq; infenſus Achilles
Dire Sinon, cujus municipia facta nepotes
Oderunt, meritíque omnis mox oderit ætas.
Hoſtibus inducias. ſuſpenſo marte Lycaon
Præſtitit ante alios: Ægides fœdera primus
Percuſſit. Primus, famæ ſi credimus, augur
Præpetibus certo ſervatis ordine pennis,
Prædixit venturas Caras, animalia rurſus
Indixere tibi augurium (ni fallimur) Orpheu
Ignibus Oiclides viſis ventura canebat,
Conjugis impulſus fatales viſcere Thebas
Proditione ſuæ prô triſtia fata ruentem,
Curribus & bigis hauſerunt tartara vatem.
Fatidicæ Manthus genitor ſcrutabile primus
Prodidit auſpicium: primus quoque Delphus aruſpex
Creditur Alcæo genitum portenderet auceps
Oſtentum quicquid, quicquid nova ſomnia ferrent,
Præcinuiſſe volunt, at ſydera maximus Atlas
Cæpit, & ignotos aſtrorum pandere curſus.

Nunc verò Aſſyriis, Phariis nunc ipſa prophetis
Hoc dat fama decus, ſphæralis præmia formæ
Anaximandro referunt, Mileſia tellus
Quem genuit. Maja cretus dedit ipſe Monaulon.
At Satyrus gemina compegit Marſia buxum,
Marſia quem victum Phœbo flevere Celenæ.
Aeolis ignotos flatus ſcrutatus & Euros,
Nunc etiam imperio Siculis hos urget in antris,
Lydorumque rudes modulos: at fiſtula Panos
Creditur, obliquè referuntur præmia buxi
Priamidæ Dorii moduli perſcribitur auctor
Thrax thamiras, Phrygios modulos tibi Marſia vulg°
Jure refert, Vates citharam mortalius Orpheus
Imputat, Amphion plectri ſibi vindicat uſum,
Auctorem pars magna Linon creditque canitque.
Tu Terpandre locas ſeptenas ordine chordas,
Simonidiſq; octona fuit ſtatuiſſe novenam
Te Timothee vetris fama eſt ſine carmine plectrum
Geſtarat Thamiras, fidibus Linus addere cantum
Thrax dedit, Amphion primo decus hoc Aracintho
Se contra meruiſſe refert, nec credere iniquum eſt,
Cantus erat citharæ, deerant ſed carmina, tandem
Hæc quoque Terpandrum vidit, tribuiſſe vetuſtas.
Tibia grata fuit, caruit quoq; tibia cantu.
Dardanus, ut fama eſt, Trœzenius addere primum
Noverat inflexas certo diſcrimine voces,
At Jovis Idæi circum cunabula pulſis
Nunc clypeis dextra galeis, nunc arte retuſis,
Dictæa Curetes humo duxère choreas.
Vidit Creta rudes Pyrrhum traducere motus,
Pyrrhica deinde fuit ſaltatio priſca, vetuſti
Auctoris laudem referens, & nomina Pyrrhi.
Proh pudor, & quiſnam cæleſtia pectora Vatum
Eſſe putat primam, primiq; poematis ortum
Scire ne fas! illud Trojani tempora belli
Præceſſiſſe volunt: heroica carmina Phœbo

Delphica

Delphica poſt cæſum cecinit Pythona juventus.
Hîc quoque, ſi fas eſt, ortus elegia requirat,
Ipſa ſuos Colophon petulans quem jactat alumnum,
Neſtio, Spartano inventi dat fabula palmam
Archilocho. Cadmus ſoboles Mileſia primus
Prodidit hiſtoriam, ſed mox ludicra Lycaon
Gymnica Parthenis primus celebravit in oris.
Natus in Hæmonia eſt funebris ludus; pulchre
Munus Achaſte tuum, te Theſeu laudat & iſthmos,
Quòd te dante novas meruiſſent funera pompas.
Magnus olympiacam nullo monſtrante palæſtram
Protulit Alcides, Pythi eſt pila luſibus apta.
Picturam Phario Gyges commentus in orbe eſt.
Græcia ſed Pyrrhum memorat tibi ſanguine junctum,
Dædale, Cecropiæ ſublimis fama Minervæ.
Niliaco primam, Danaus de littore navim
Solvit, & Argivas curſum deflexit ad oras.
At ratis, ut fama eſt, debet fluvialis Erythræ
Aut cum Troja feros, infenſaque Myſia Thraces
Impeteret ſpectaſſe rates, ſe docta vetuſtas
Teſtatur: longa Pontum ſulcaſſe carina
Magnanimū Aeſonidē pars maxima credidit: at ſunt
Qui Samiram Philatúmve putent, primoſq; biremis
Vexit Erithreos. Amocles ſtatuiſſe triremen
Fertur, & inſolito volitaſſe per æquora curſu.
Hinc alias alii numeroſo remige puppes
Expediunt: ſenſim major concrevit & ordo,
Ut quinquageno quaterentur verbere claſſes.
Structa ratis Tyrio eſt oneraria craſſius Hippo.
Primaq; conſpexit lembum ſitibunda Cyrene.
Celocem Rhodus ipſa dedit: Phœnicibus undis
Cymba recens (ſi priſca fides eſt vera) cucurrit.
Inclyta Cercyram deduxit in æquora Cypros.
Phœnices primi famæ ſi creditur, orſi
Obſervare polos, motuſque & ſydera cœli,
Atque iter & curſus medio ſignare profundo.

Eſt tua,

Eſt tua, ni fallor, remorum palmula Platea:
Icarus infelix, qui ſe malè credidit alis,
Ante alios rudibus ſpacioſa per æquora velis
Fecit iter, teretem primus tu Dædale malum,
Antennamque paras ratibus, longáſque carinas
Se texiſſe Thaſos jactat dilecta Lyeo.
Piſeus at volucri primus præfixit inermi
Roſtra rati, debet Tyrrhenis anchora nautis.
Eupolmi fuit illa bidens, at cætera Typhis
Inſtrumenta dedit, ſi vera eſt fama, carinæ
Fluctibus in mediis auſus committere claſſes
Gnoſius eſt Minos, obtruncat Hiperbius ipſum,
Ante alios animal mactavit cæde juvencum
Primus dira luens æternum furta Prometheus.
Tonſores tibi Roma novos miſere Sicani,
Inque diem docuit ſubeuntem tondere barbam,
Cui devicta ſuum, quondam dedit Africa nomen
Munere curſoris caſum didicere Quirites,
Gens domitrix rerum metiri Solis & ortum.
At Naſica diem certas diſcrevit in horas,
Lucis erant nullæ partes, diſcrimina nulla
Ante illum, vix veſper erat disjunctus ab ortu.
Sed quid multa ſequar? complecti carmine ſi quis
Omnia priſcorum certet monumenta virorum
Et varias artes, rerúmque ab origine primos
In commune datos uſus, hic audeat idem
Connumerare vices, agitataque ſydera cæli,
Quo ſpirante Noto Lybicæ turbentur arenæ,
Cecropioque vagentur apes, cùm vernat Hymetto.
Siſtimus ergo gradum placido conſidere portu,
Me juvet emeritam, fundetque hic anchora puppim.

NOVA REPERTA IX. EX IMAGINIBUS PHILIPPI GALLAEI.

AMerice Lapis polaris. Ignibus
Armata pulvis. Imprimi volumina.

Rotiſque

Rotiſque jugis indita hora ferreis.
Hyacum. Ab igne ſtilla. Fila ſerica.
Stapeæque priſco operta cuncta ſeculo.

America.

Americen Americus retexit, &
Semel vocavit, inde ſemper excita.

Lapis polaris, Magnes.

Lapis recluſit iſti Flavio abditum
Poli ſuum hunc amorem, at ipſe navitæ,

Pulvis pyrius.

Manu quati tonitrua atque fulmina
Datum videtur inferis ab invidis.

Impreſſio librorum, ſive Ars Typographica.

Poteſt ut una vox capi aure plurima:
Linunt ita una ſcripta mille paginas.

Horologia ferrea.

Rota æqua ferrea, ætheriſque volvitur,
Recludit æquè & hæc, & illa tempora.

Hyacum, & lues Venerea.

Gravata morbo ab hocce membra mollia
Levabit iſta ſorpta coctio arboris.

Deſtillatio.

In igne ſuccus omnium, arte, corporum
Vigens fit unda, limpida & potiſſima.

Ser, ſive Sericus Vermis.

Juſtinianus ova vermis accipit
Serinda ab urbe, fila qui net aurea.

Stapha, ſive Stapedes.

Pedes humi ut ſtetère equo inſidentium
Cito levati, ut ipſa ſcala ſublevat.

DE BIBLIOTHECIS ANTIQUIS NOVISQUE.

Bibliothecas Romæ multas fuiſſe, cum Græcas, tũ Latinas, ex veterum ſcriptorum (quos infra adducam) monumentis intelligere poſſumus, qui *Bibliotheca Romana.*

aurem

autem iis præpoſiti erant, dicebantur à bibliothecis, forma eadem, qua à ſtudiis, ab epiſtolis, & alia ejuſmodi antiquos dixiſſe obſervavimus. Prius autem bibliothecas ipſas, quarum mentio apud ſcriptores extat, colligamus: deinde nomina eorum, qui iis præfuerunt, ſubjungamus. Romam primus librorum copiam, *inquit Iſidorus lib. 6. cap. 3* adjunxit Æmilius Paulus, Perſe Macedonum rege devicto. Sylla quoque multos libros ex Athenis Italiam vexit: *Lucianus in libro adverſus Indoctum* Lucius deinde ex Pontica præda, ut idem Iſidorus ſcribit. Sed bibliothecæ Luculli meminit his verbis Plutarchus *in vita ejus: quæ ut ſunt a Leon. Juſtiniano in Latinum verſa, ita proferemus*. Nihil minus tamen diligentiæ ad ea ſibi comparanda adhibuit, quæ ſtudioſo, ac literatiſſimo homine digna eſſent, etenim plurimos pulcherrimoſque coëgit libros, quorum profectò uſus majorem ſibi quàm ipſa poſſeſſio gloriam vendicabat. ſtudioſo enim cuique & bibliothecæ, & quæ circa erant ſcholæ, atque deambulacra liberè, perpetuoque patebant, quo ſe Græci, cùm per otium licuiſſet, velut in a[m]œniſſimum quoddam Muſarum diverſorium conferre ſolebant: ibi loquendo, legendo, diſputando diem jucunde terebant; & Lucullus, ubi plerunque eruditiſſimos viros diſputare vidiſſet, eò ſe potiſſimum ingerebat, &c. Bibliothecæ Juliæ meminit Suetonius *in Cæſare*, ſcribens. Bibliothecas Græcas & Latinas, quas maximè poſſet publicare parabat, data M. Varroni cura comparandarum ac dirigendarum, & Iſidor. *lib. 6*. Poſt hos Cæſar dedit M. Varroni negotium maximæ bibliothecæ cõſtruendæ. Aſinii Pollionis bibliothecæ facit mentionẽ Plin. *l. 7. c. 3.* his verbis. M. Varronis in bibliotheca, quæ prima in orbe Aſinio Pollione ex manubiis publicata Romæ eſt unius viventis poſita imago eſt, & *lib. 35. cap. 11*. Aſinii Pollionis

Luculli Bibliotheca

Julii Cæſaris.

Aſinii Pollionis.

Pollionis hoc Romæ inventum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum Rempublicam fecit. Iſidorus *lib. 6. cap. 3*. Primus autem Romæ bibliothecas publicavit Pollio, Græcas ſimul atq; Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentiſſimum inſtruxerat. Bibliothecæ Palatinæ, quæ in antiquis inſcriptionibus ſæpius nominatur, ita meminit Suetonius *in Auguſto*. Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quem fulmine jactam deſiderari à Deo Aruſpices pronunciarunt. addita porticus cum bibliotheca Latina, Græcaq; quo loco jam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit, decuriaſque judicum recognovit, &c. Plinius *lib. 7. cap. 58*. Veteres Græcas literas fuiſſe eaſdem penè quæ nunc ſunt Latinæ, inditio erit Delpica tabula antiqui æris quæ eſt hodie in Palatio, dono principum Minervæ dicata, in bibliotheca, &c. Et *lib. 33. cap. 7*. Videmus certè Apollinem in bibliotheca templi Auguſti Thuſcanicum, quinquaginta pedum à pollice. Hujus bibliothecæ meminit Horatius *lib. 1. epiſtola 3*. hoc verſu: *Palatina.*

Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.

Ovidius *libro 3. de Triſt*. Proper. *lib. 11*. Dion. *lib. 53*. Suet. *de illuſtr. Grammaticis, in Higino*. Galen. *lib. 1. de comp. in ea*. Servius *in 8. Aen*. Acro. & Porphyrion *in epiſt. 3. libr. 1*. Bibliothecæ porticus Octaviæ meminit Plutar. *in Marcello*. eamque ab Octavia Auguſti ſorore in honorem Marcelli extructam fuiſſe ſcribit. Dion. tamen *lib. 49*. à ſororis nomine Octavianā bibliothecam appellatam, Auguſtum extruxiſſe ex Dalmatum manubiis refert. Ejus autem meminit & Suet. *in libro de illuſtr. Grammaticis* his verbis, *de Meliſſo ſcribens*. Quare cito manumiſſus Auguſto, & inſinuatus eſt, quod elegantes curam ordinandarū bibliothecarum in Octaviæ porticu ſuſcepit. P. Victor bibliothecam porticus Octaviæ nominat *in libro de regionib*. Bibliothecæ, quæ erat in domo Tiberii Imp. *Porticus Octaviæ.*

facit

facit mentionem Gell. *lib. 13. cap. 19.* Cùm in domus Tiberianæ bibliothecæ ſederemus ego, & Apollinaris Sulpicius, &c. Vopiſcus *in Probo*. Ex bibliotheca Ulpia ætate mea in thermis Diocletianis. Item ex domo Tiberiana, &c. Tiberii autem domus in ea Palatini montis parte fuit quæ viam Sacram, & Pacis templū reſpicit, ut ex plumbea lamina aquæ ductus ibi nuper reperta in hortis Alex. Farneſii Cardinalis cum inſcriptione Tiberii Cæſ. Imp. conjicere licet. Bibliothecæ, quæ erat in templo Trajani, meminit idem Gellius his verbis *lib. 11. cap.* 17. Edicta veterum Prætorum ſedentibus fortè nobis in bibliotheca templi Trajani, &c. Hæc deinde in thermas Diocletiani, ut opinor, tranſlata eſt, & Ulpia à ſcriptoribus nominata. Ejus meminit P. Victor *in reg 6.* Vopiſcus *in Aureliano.* Et ſi his contentꝰ non fueris, lectites Græcos, linteos etiam libros requiras, quos Ulpia tibi bibliotheca, cum volueris, miniſtrabit. *Et paulò poſt.* Hæc ego à gravibꝰ viris comperi, & in Ulpiæ bibliothecæ libris relegi, &c. *In Tacito.* Habet bibliotheca Ulpia in armario ſexto librū elephantinum, in quo hoc S. C. perſcriptum eſt, &c. *In Probo.* Uſus autem ſum, ne in aliquo fallam chariſſimam mihi familiaritatem tuam, pręcipuè libris ex bibliotheca Ulpia, ætate mea in thermis Diocletianis, &c. *In Numeriano.* Ut illi ſtatua non quaſi Cæſari, ſed quaſi rhetori decerneretur, ponenda in bibliotheca Ulpia. Bibliothecæ, quæ erat in templo Pacis, meminit Galenus *lib. 1. de Cop. med.* & Gellius *lib. 16. cap.* 8. his verbis. Commentariū de proloquiis Lælii docti hominis, qui magiſter Varronis fuit ſtudioſè quæſivimus, eumque in Pacis bibliotheca repertum legimus. Bibliothecæ Capitolinæ facit mentionem Oroſius, *lib. 7. cap. 16. Anno ab V. C.* DCCCCXX *&c.* nam fulmine Capitolium ictum, ex quo facta inflammatio, bibliothecam illam, majorum cura ſtudioque compoſitam, ædeſque alias juxta ſitas, rapaci turbine concremavit. Tiburtinæ

Tiberii domus.

Trajani.

Ulpia.

Capitolina.

bibliothecæ

Bibliothecæ meminit Gellius *lib.* IX. *cap.* XIV. his verbis. Meminimus etiam in Tiburti Bibliotheca invenire nos in eodem Claudii libro ſcriptum utrumq;, facies, & facii: & *lib.* XIX. *c.* V. Sed, cum bibendæ nivis pauſa fieret nulla, promit è Bibliotheca Tiburti, quæ tunc in Herculis templo ſatis cōmodè inſtructa libris erat, &c. Bibliothecæ Julii Martialis facit mentionem Martialis *lib.* VII. *Tiburti* *Julii.*

Ruris Bibliotheca dedicati,
Vicinam videt unde lector urbem
Inter carmina ſanctiora ſi quis
Laſciva fuerit locus Thaliæ,
Nos nido licet inferas vel imo,
Septem quos tibi miſimus libellos,
Auctoris calamo ſui notatos:
Hæc illis pretium facit litura.
At tu munere dedicata parvo
Quæ cantaberis orbe nota toto,
Pignus pectori hoc mei tuere.
Juli Bibliotheca Martialis.

P. Victor, Bibliothecæ, inquit, Romæ undetriginta publicæ: ex iis præcipuæ duæ, Palatina & Ulpia. Domitianum Bibliothecas vetuſtate conſumptas reparaſſe ſcribit Suetonius *in ejus vita*. His igitur præfuerunt, Juliæ M. Varro: *ut Suetonius ſcribit.* Palatinæ, C. Julius Hyginus, *Aug. lib. ut idem Sueton. in libro de illuſtribus Grammaticis*, & C. Julius Pollux, & C. Julius Phronimus, *ut eſt in antiquis lapidibus.* Bibliothecæ porticus Octaviæ C. Meliſſus, *Auguſti. lib. ut eſt apud Suetonium in eodem de illuſtribus Grammaticis libro.* Bibliothecas autem privatas, cujuſmodi illa Pomponii Attici à Cicerone deſcribitur, quia parum frequens earum mentio eſt apud veteres ſcriptores, omiſimus colligere. *Hactenus F. Urſinus.* *Bibliothecis præfecti.*

Sunt & hodie per Italiam celebres aliquot Bibliothecæ. Inter eas eminet Vaticana, ut quæ referta eſt ſi *Vaticana.*

quæ alia in Europa, antiquiſſimis omnium diſciplinarum artiumq́; libris, cũ Græcis tum Latinis ac Hebraicis, calamo in membranis olim exaratis, quos à multis retrò ſæculis Romani Pontifices ſummo ſtudio accumularunt. *De qua vide multa ex Onuphrio. Panvinio & aliis. lib. 2. Itinerarii Italiæ à Fr. Schotto editi.*

Medicæa. Celebratur & Medicæa apud Florentinos Bibliotheca, ut Græcis libris referta. Illius hic titulus legitur.

Deo Præſidibus familiæ Divis, Clemens VII. Medices P. M. Libris Opt. ſtudio Major. & ſuo undiq; cõquiſitis, Bibliothecam ad ornamentum Patriæ, civiumque ſuorum utilitatem, D. D.

Hanc Bibliothecam Coſmus Medices, magnus Etruriæ Dux, perficiundam curavit anno Domini CIↃ. IↃ. LXXI. III, Idus Julii.

Coſmus in has edes meliora volumina κόσμῳ
Tranſtulit, & primas quas habet orbis opes.
Sic genuit tandem ſterili de nomine Coſmus
Rem ſibi cum mundo cœlitibuſque parem.

Veneta. Eſt & Veneta ad S. Marcum celebris bibliotheca, quam Beſſarion Cardinalis Nycenus Reipub. teſtamenti tabulis legavit.

Regia ad S. Dionyſ. Sunt & celebres aliquot in Gallia Bibliothecæ. In his Regia ad S. Dionyſium eminet, à Franciſco I. & Henrico II. mirificè aucta.

Medicea Lutetia. Eſt & Lutetiæ Mediceæ Reginæ matris trium ex ordine Regum Bibliotheca Græcis auctoribus MS potiſſimum referta.

Regia Hiſpania. Poſt Pontificiam ſeu Vaticanam, crediderim nullam in orbe Chriſtiano ampliorem Regia Bibliotheca, quæ in Carpetanis Hiſpaniæ eſt ad S. Laurentium in Eſcuriali: quæ Didaci Hurtadi Mendozæ, Caroli V. Cæſaris olim apud Venetos legati, libris potiſſimum Græcis, è media Græcia plena navi, advectis, mirificè adaucta eſt.

DE A-

DE ARTIS TYPOGRAPHICÆ INVENTIONE.

DE Typographicæ artis, planè divinæ, inventione variæ certant gentes, ut de Homeri poetarū principis patria ſeptem contenderunt urbes Græciæ.

Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.

Luſitanorum ſanè navigationibus compertum eſt artem Typographicam tam vetuſtam eſſe apud Chinenſes Indiæ populos, ut omnem hominum memoriā ſuperet, ſemperque apud eoſdem uſurpata fuiſſe videatur. Qua de re vide *Garciam Hortam lib I. aromatum apud Indos naſcentium, cap.* XXXVIII. *Joannē Barrum ſua in Aſia Dec.* I. *lib* IX. *c.* I *Paullum Jovium libro Hiſtoriarum* XIV. *Melchiorem Guilandinum in Papyro, membro* XXVI. *& Hiſtoricos, qui de rebus Indicis ſcripſere.* Hoc tamen notant in laminis ferè integris apud Chinenſes litteras ſculpi ſolere, ſicut apud nos Icones ſive Imagines ſculpuntur, quales & hodie Catechiſmi inde adferuntur. *Typographiæ antiquitas.*

Quæ ut ita ſint, nullum tamen incommodum erit, rem unam eandemq; & novam & veterem cenſeri relatione ad diverſos populos, nec eodem ſub ſole jacentes. Videamus itaq;, cui apud Europeos hujus rei gloriam tribuamus. Sunt qui Joanni Fauſto civi Moguntino ad annum 1440. attribuant. Polydorus verò noſter lib II cap. VII. Joannem Cuthenbergum ſive Gutenbergum, equeſtri virum dignitate, hujus artis inventorem prædicat. *Inventores Typographiæ.*

Jacobus VVimpfelingus, Hiſtoriæ ſuæ cap. LXV. dicit eum Argentinenſem fuiſſe, eàdemq; in urbe hanc ipſam artem anno CIↃ CCCCXL primum excogitaſſe, indeq; Moguntiā profectum eandē feliciter auxiſſe.

Gilbertus Cognatus lib. III. Silvæ Narrationum, Auguſtæ Vindelicorum eā inventionis Typographicæ

quæ alia in Europa, antiquiſſimis omnium diſciplinarum artiumq; libris, cũ Græcis tum Latinis ac Hebraicis, calamo in membranis olim exaratis, quos à multis retrò ſæculis Romani Pontifices ſummo ſtudio accumularunt. *De qua vide multa ex Onuphrio. Panvinio & aliis, lib. 2. Itinerarii Italiæ à Fr. Schotto editi.*

Medicæa. Celebratur & Medicæa apud Florentinos Bibliotheca, ut Græcis libris referta. Illius hic titulus legitur.

Deo Præſidibus familiæ Divis, Clemens VII. Medices P. M. Libris Opt. ſtudio Major. & ſuo undiq; cõquiſitis, Bibliothecam ad ornamentum Patriæ, civiumque ſuorum utilitatem, D. D.

Hanc Bibliothecam Coſmus Medices, magnus Etruriæ Dux, perficiundam curavit anno Domini CIↃ. IↃ. LXXI. III, Idus Julii.

Coſmus in has edes meliora volumina κόσμου
Transtulit, & primas quas habet orbis opes.
Sic genuit tandem ſterili de nomine Coſmus
Rem ſibi cum mundo cœlitibuſque parem.

Veneta. Eſt & Veneta ad S. Marcum celebris bibliotheca, quam Beſſarion Cardinalis Nycenus Reipub. teſtamenti tabulis legavit.

Regia ad S. Dionyſ. Sunt & celebres aliquot in Gallia Bibliothecæ. In his Regia ad S. Dionyſium eminet, à Franciſco I. & Henrico II. mirificè aucta.

Medicea Lutetia. Eſt & Lutetiæ Mediceæ Reginæ matris trium ex ordine Regum Bibliotheca Græcis auctoribus MS potiſſimum referta.

Regis Hiſpania. Poſt Pontificiam ſeu Vaticanam, crediderim nullam in orbe Chriſtiano ampliorem Regia Bibliotheca, quæ in Carpetanis Hiſpaniæ eſt ad S. Laurentium in Eſcuriali: quæ Didaci Hurtadi Mendoze, Caroli V. Cæſaris olim apud Venetos legati, libris potiſſimum Græcis, è media Græcia plena navi, advectis, mirificè adaucta eſt.

DE A.

DE ARTIS TYPOGRAPHICÆ INVENTIONE.

DE Typographicæ artis, planè divinæ, inventione variæ certant gentes, ut de Homeri poetarū principis patria ſeptem contenderunt urbes Græciæ. *Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.*

Luſitanorum ſanè navigationibus compertum eſt artem Typographicam tam vetuſtam eſſe apud Chinenſes Indiæ populos, ut omnem hominum memoriā ſuperet, ſemperque apud eoſdem uſurpata fuiſſe videatur. Qua de re vide *Garciam Hortam lib. 1. aromatum apud Indos naſcentium, cap.* XXXVIII. *Joannē Barrum ſua in Aſia Dec.* I. *lib* IX. *c.* I *Paullum Jovium libro Hiſtoriarum* XIV. *Melchiorem Guilandinum in Papyro, membro* XXVI. & *Hiſtoricos, qui de rebus Indicis ſcripſere.* Hoc tamen notant in laminis ferè integris apud Chinenſes litteras ſculpi ſolere, ſicut apud nos Icones ſive Imagines ſculpuntur, quales & hodie Catechiſmi inde adferuntur. *Typographiæ antiquitas.*

Quæ ut ita ſint, nullum tamen incommodum erit, rem unam eandemq; & novam & veterem cenſeri relatione ad diverſos populos, nec eodem ſub ſole jacentes. Videamus itaq;, cui apud Europeos hujus rei gloriam tribuamus. Sunt qui Joanni Fauſto civi Moguntino ad annum 1440. attribuant. Polydorus verò noſter lib II cap. VII. Joannem Cuthenbergum ſive Gutenbergum, equeſtri virum dignitate, hujus artis inventorem prædicat. *Inventores Typographiæ.*

Jacobus VVimpfelingus, Hiſtoriæ ſuæ cap. LXV. dicit eum Argentinenſem fuiſſe, eàdemq; in urbe hanc ipſam artem anno CIƆ CCCCXL primum excogitaſſe, indeq; Moguntiā profectum eandē feliciter auxiſſe.

Gilbertus Cognatus lib. III. Silvæ Narrationum, Auguſtæ Vindelicorum eā inventionis Typographicæ

laudem tribuit. Utut ſit primùm tamen libri Mathematici in ea urbe cum figuris geometricis ante annos CXXV. excuſi ſunt ab Erhaldo Batholdo cive, qui poſtea Venetias conceſſit.

Atq; è Germania quidem Romam in Italiam à Conrado quodam homine Germano CIↃ. CCCCLVIII. primùm allatam idem Polydorus citato loco fatetur.

Id Udalrico Han VVimpfelingus tribuit, quem in urbem veniſſe vult CIↃ CCCCLXXI. Fuit & is natione Germanus, cognomento Han, quod Latinis gallum gallinaceum ſonat. Quod familiæ cognomen Latinè redditum Joanni Antonio Campano Epiſcopo Aprutino, aliisque erroris occaſionem dedit, ut hunc Udalricum natione Gallum fuiſſe exiſtimarent.

Neapolitanis verò CIↃ. CCCCLXXI. Sixtus Ruſingerus Argentoratenſis excuſariam artem primus mõſtravit, teſte VVimpfelingo, ibidem.

Germani Typographia inventores.

Germanorum certe hoc eſſe inventum ſcriptores penè omnes tradidere. Libet de multis Philippi Beroaldi verſiculos hîc referre.

O Germania, muneris repertrix
Quo nil utilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere qua doces premendo!

Batavi.

Batavi hanc etiam ſibi laudem (*nec vanè fortaſſe, ſi Hadr. Junio in Batavia Hiſtoria credimus*) vindicant: tãetſi auris Batava, ut olim Bœotica, ludibrium præbuerit. Ut lectori quærendi laborem adimam, Junii verba apponam. Redeo ad urbem noſtram (Harlemienſem) cui primam inventæ iſthic artis typographicæ gloriam deberi, & ſummo jure aſſerendam ajo, utpote propriam & nativam: ſed luminibus noſtris ſola officit inveterata illa, & quæ encauſti modo inſcripta eſt animis opinio, tam altis innixa radicibus, quas nulli ligones, nulli cunei, nulla rutra revellere aut eruere valeant, quâ pertinaciter credunt, apud Maguntiacum Germaniæ urbem primò repertas litterarum formulas, qui-

bus excuderentur libri. Utinam hic incredibilem illam dicendi vim, quæ in Carneade fuiſſe perhibetur, voto exoptare poſsē, qui nihil defendiſſe unquā, quod non probavit, nihil oppugnaſſe quod non evertit, dicitur: ut ſaltem refugam illam laudem poſtliminio revocare, & hoc quaſi trophæum erigere poſſem, veri interpolator: quod ego non alio optarim, quàm ut veritas rectè à poëta vetere Temporis filia nuncupata tandem detegatur, quæque juxta Democritum altiſſimo demerſa in puteo, demerſa hactenus delituit, in apertum proferatur. Si glorioſum certamen ſuſcipere non piguit Ægyptios & Phœnicas de literarum inventione, his Deo duce earum inventum ad ſe trahentibus, quando tabulas θεοχαραχθέντας, hoc eſt, à Deo exaratas jactant: illis à ſe repertas Græciæ intuliſſe gloriantibus, quando Cadmus Phœnicum claſſe vectus rudibus Græcorum populis artis illius auctor, eas conmonſtravit. Rurſus ſi Athenienſes Cecropi ſuo, Thebani lino eandem laudem vindicant. Palamedi Argivo excogitatorum characterum gloriam Tacitus & Philoſtratus deferunt: ut Hyginius Latinorum Carmentæ Evandri matri. Si itaque controverſam dubiamque gloriam cunctæ gentes ad ſe ceu propriam capere non erubuerunt, quid vetat quo minus indubitandæ laudis poſſeſſionem, de qua per ſocordiam avitam exturbati ſumus, quaſi poſtliminii jure repetamus? Equidem non invidia, aut malevolentiæ ſtudio tranſverſus agor, ut huic aſſeram quod alteri derogem ac detraham. Veritatem illam unam perſpicuam, quàm uti cœleſte Solis jubar, nulla nox, nulla caligo quantumvis obtenebrare poteſt, exhibebo, quantum in me eſt, idque ſimplici ac minimè fucato orationis filo, quod illa amat. Dicam quod accepi à ſenibus & auctoritate gravibus & Reipublicæ adminiſtratione claris, quique à majoribus ſuis ita accepiſſe gra-

viſſimo teſtimonio cõfirmarunt, quorũ auctoritas jure põdus haburre debeat, ad faciendam fidem. Habitavit ante annos centum duodetriginta Harlemi in ædibus ſatis ſplendidis (ut documento eſſe poteſt fabrica quæ in hunc uſque diem perſtat integra) foro imminentibus è regione Palatii regalis. Laurentius Joannes, cognomento Æditu us cuſtoſve (quod tunc optimum & honorificum munus familia eo nomine clara hereditario jure poſſidebat) is ipſe qui nunc laudem inventæ artis Typographicæ recidivam juſtis vindiciis repetit, ab aliis nefariè poſſeſſam & occupatam. Is fortè in ſuburbano nemore ſpaciatus, cœpit faginos cortices principio in litterarum typos conformare, quibus inverſa ratione ſigillatim chartæ impreſſis verſiculum unum atque alterum animi gratiâ ducebat, nepotibus generi ſui liberis exemplum futurum. Quod ubi feliciter ſucceſſerat, cœpit animo altiora (ut erat ingenio magno & ſubacto) agitare: primumque omnium atramenti ſcriptorii genus glutinoſius tenaciuſque, quod vulgare lituras trahere experiretur, cum genero ſuo Thoma Petro, qui quaternos liberos reliquit, omnes ferè conſulari dignitate functos (quòd eò dico ut artẽ in familia honeſta & ingenua, haud ſervili natam intelligant omnes) excogitavit. inde etiam pinaces totas figuratas additis characteribus expreſſit. Quo in genere vidi ab ipſo excuſa Adverſaria, operarum rudimentum paginis ſolum adverſis, haud opiſtographis, is liber erat vernaculo ſermone ab auctore conſcriptus anonymo, titulum præferens, ſpeculum noſtræ ſalutis. In quibus id obſervatum fuerat, inter prima artis incunabula (ut nunquam illa ſimul & reperta & abſoluta eſt) uti paginæ averſæ glutinæ commiſſæ cohærerent, ne illæ ipſæ vacuæ deformitatem adferrent. Poſtea faginas formas plumbeis mutavit, has deinceps ſtanneas fecit, quo ſolidior minuſque flexilis eſſet materia durabiliorque: è quorum typorum reliquiis quæ ſupe-

Laurentius Joannes Typographiæ inventor.

ſuperfuerant conflata œnophora vetuſtiora adhuc hodie viſuntur in Laurentianis illis, quas dixi, ædibus in forum proſpectantibus, habitatis poſtea à ſuo pronepote Gerardo Thoma, quem honoris cauſſa nomino, cive claro, ante paucos hos annos vita defuncto ſene. Faventibus, ut fit, invento novo hominum ſtudiis, cùm nova merx nunquãm antea viſa, emptores undique exciret cum uberrimo quæſtu, crevit ſimul artis amor, crevit miniſterium, additi familiæ operarum miniſtri, primam mali labes, quos inter Joannes quidam, ſive is (ut fert ſuſpicio) Fauſtus fuerit ominoſo cognomine, hero ſuo infidus & infauſtus, ſive alius eo nomine, non magnopere laboro. Is ad operas excuſorias ſacramento dictus, poſtquam artem jungendorum characterum, fuſium, typorum peritia, quæque alia eam ad rem ſpectant, percalluiſſe ſibi viſus eſt, captato opportuno tempore, quo non potuit magis idoneum inveniri, ipſa nocte quæ Chriſti natalitiis ſolennis eſt, qua cuncti promiſcue ſacris operari ſolent, choragium omne typorum involat, inſtrumentorum herilium & artificio comparatorum ſupellectilem convaſat, deinde cũ fune domo ſe proripit, Amſtelrodam principiò adit, inde Coloniam Agrippinam donec Maguntiacum perventum eſt, ceu ad aſyli aram, ubi quaſi extra telorum jactum (quod dicitur) poſitus tutò degeret ſuorumque furtorum aperta officina fructum uberem meteret. Nimirum ex ei intra vertentis anni ſpacium, ad annum à nato Chriſto 1442 iis ipſis typis quibus Harlemi Laurentius fuerat uſus, prodiſſe in lucem certum eſt. Alexandri Galli doctrinale, quæ Grammatica celeberrimo tunc in uſu erat, cum Petri Hiſpani tractatibus, prima fœtura. Iſta ſunt fermè quæ à ſenibus annoſis fide dignis, & quæ tradita de manu in manum quaſi ardentem prædam in decurſu acceperant, olim intellexi, & alios, eadem referentes atteſtanteſque comperi. *Primi libri Typis excuſi.*

Memini narraſſe mihi Nicolaum Gallium, pueritiæ meæ formatorem, hominem ferrèa memoria, & longa canitie venerabilem, quòd puer non ſemel audierit Cornelium quendam Bibliopegum, genio gravem, nec octogenario minorem (qui in eadem officina ſubminiſtrum egerat) tanta animi contentione ac ſermone commemorantem rei geſtæ ſeriem, inventi (ut ab hero acceperat) rationem, rudis artis politurã & incrementum, aliaque id genus, ut invito quoque præ rei indignitate lacrymæ erumperent, quoties de plagio inciderat mentio: tum verò ob ereptam furto gloriam ſic ita exardeſcere ſolere ſenem, ut etiam lictoris exemplum eum fuiſſe editurum in plagiarium appareret, ſi vita illi ſuperfuiſſet: tum devovere conſueviſſe diris ultricibus ſacrilegum caput, noctesque illas damnare atque execrari, quas unà cum ſcelere illo in cubili per aliquot menſes exegiſſet. Quæ non diſſonant à verbis Quirini Theleſii Coſ. eadem ferè ex ore librarii ejuſdem ſe olim accepiſſe mihi con feſſi. Iſta dictare me compulit cupiditas & ſtudium defendendæ veritatis, quamvis illa odium ſui plerumque parere ſoleat: in qua tuenda potius quàm ut deſerere vadimonium velim, ad ſuſcipiendum odium paratior ſim ac promptior. At vereor ut ſurdis iſta auribus canantur: utcunque tamen erit, juvabit me, & memoriæ inventoris & gloriæ urbis pro virili conſuluiſſe, dum apud leves & veri incurioſos animos plus valet præjudicium opinionis, quàm cum ratione auctoritas. Quæ injuria muſſitanda eſt, & devoranda parùm lubentibus. Quanquam dolendum minus foret eam laudem in clariſſimam Germaniæ urbem, velut aliam in familiam, tranſiſſe, ſi non plagio, ſed recta ratione factum id fuiſſet. Verùm arbitror Deo volente hanc viam commodiſſimam viſam, uti citiſſimè ad nitorem ſuum ac perfectionis culmen perveniret inventum illud, orbi ſale (quod dicitur) &

ſole

ſole magis neceſſarium, nimirum in majore luce hominum, per ſtudia, magnatum præmia, & honores (quibus artes aluntur) facilius emerſurum, uti accidiſſe res docuit, quàm in extremo orbis terrarum receſſu & quodam angulo, inter hominum privatorum ſordes. Hactenus Junius.

DE TORMENTO AENEO, QUOD BOMBARDAM VOCANT.

DE tormento æneo, quod à bombo, id eſt ſonitu, & ardeo, Bombardam vocant, habet quædam Polydorus noſter *lib. 2. cap. 11. & lib. 3. cap. 18.* Putatq; inventorē non temerè nomen ſuū occultaſſe, ne in ſe (quod olim ferè ſimili in re Perillo accidit) primus tormenti ſui furorem experiri cogeretur. Sunt tamen nonnulli, in his Hier. Zieglerus, *in Illuſtriū Germaniæ Virorum Hiſtoria, cap. 82.* qui machinam hanc à Berchtoldo Nigro, vulgò Schvvarts, Germano circa annum 1354. (alii ad annum 1380. referunt) primum fabricatam volunt. Alii ad Danicum mare primum in uſum veniſſe ſcribunt. Polydorus *lib. 2. cap. 11.* & alii apud Venetos initium ſumpſiſſe 1330. Germano tamē auctore, perhibent. Sunt & qui Burgundis fatale hoc inventum attribuant. Ad Berchtoldum redeamus, fuit is (ut ibidem vult Zieglerus) profeſſione Franciſcanus, Philoſophus ſummus, & Magiæ naturalis, Metallariæ, & Chymicæ artium cum primis ſtudioſus. Cumq; ignē longè amplius ſibi ſpatium, quam terram vindicare, & mixta corpora (ut Phyſici loquuntur) in ignem redigi non ignoraret, ollæ æreæ circumquaque occluſæ ſulphur & pulverem impoſuit, ignemq; adjecit. Quo facto olla diſrupta eſt, & fulminis inſtar flamma cum fumo & ſonitu erupit. Sciebat idem, ut erat Philoſophus excellens, contraria contrariis expelli, frigidūq; ac calidum in extremis, ſummè eſſe contraria, neq; in eodem ſubjecto ſe compati. Sicq; pulveris tormētatii

Bombarda. *Bertholdus Niger.* *Inventio Bombardæ.* *Pulvis tormentarius.*

ex nitro, ſive ſalpetra & ſulphure compoſitionẽ adinvenit, carbonibus nigredinis ergò adjectis. Pòſt, ut facile inventis cætera accedũt, fiſtulam ferream ædificare, globuloſq; cum impetu ejaculari cœpit. Quod alii deinde inſecuti machinarum iſtiuſmodi fabri rude inventum multis partibus auxerunt. *Hæc ferè Zieglerus cit. loco*. At ſi vera ſunt, quæ Polydorus *l. 2. c.* 11. narrat, judicet lector, quomodo Berchtoldus, Franciſcani inſtituti Monachus, hujus exitialis machinæ inventor à Zieglero pronuntietur. Ait namq; Polydorus Germanũ hominem, admodum ignobilem, ejus inventorẽ haberi, cui caſu in mentem venerit tale quid efficere, cum medicinæ faciendæ cauſſa aliquando pulverem ſulphureum in mortario ſervaſſet: ejuſq; uſu Venetis in illo bello primum oſtendiſſe, quod ad foſſam Clodiã cum Genuenſibus 1330. geſſerunt Atq; ut de annorum diſcrepantia nihil dicam, quis Germanum Monachũ Venetorum ſe bello immiſcuiſſe crediderit? Aut ſi ita quis eſſe contendat, quæ eſt illa quæſo Venetorũ Hiſtoricorũ ſcriptorumq; ignavia, ut tam prodigioſam tamq; peſtilentem machinam à monacho inventam ſuiſq; traditam non commemorent?

Machina bellica. Ceterum machinas bellicas, his nõ prorſus abſimiles, jam olim in uſu fortaſſe videri queat: quod Tanaim Scytarũ Regem ad Vexorem Ægypti Regem ſcripſiſſe tradũt, Parthos fragoſis vaſis inſtar tonitrui hoſtes procul ferire conſueſſe. Quo & Virgilii illud facit.

Excuſſus Acontius

Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti

Fuit haud dubiè impetuoſiſſimum hoc tormentum; ſed vi pulveris bombardici exploſum quis aſſerat?

Sphærula bobardica Sphærulas certè bombardicas è plumbo conflatas apud veteres in uſu fuiſſe, idem Virgilius teſtatur.

Pars maxima glandes

Liventis plumbi ſpargit, pars ſpicula geſtat,

Itemq; in Metamorphoſi Ovidius,

Non ocior illo

Haſta, nec expulſa contorto verbere glandes.

DE CIRCULATORIBUS ÆGYPTIIS.

Zigari, qui & Ciani, Cilices atq; Zigeni, Germanis *Zigeyner*, Italis Zingari, Hiſpanis ab Ægypto Gytani, Belgis Gentiles, aut Ægyptii dicuntur, primùm in Germani viſi ſunt circa annum 1417. Furaciſſimum genus hominum, colluvies, & ſentina variarũ gentium. Literas exhibebant Sigiſmundi Rom. Imp. & aliorum aliquot Principum, ut tranſitus illis per urbes & provincias liber permitteretur. Fingebant ſe ex Ægypto patria ſua venire, domoq; extorres cogi à ſuperis ob majorum delicta, qui D. Virginem Mariam cum puero Jeſu hoſpitio excipere recuſaſſent, annorũ ſeptem exilio expiare. Sunt homines nigredine deformes, excocti ſole, & oleo ab infantia inuncti qui furtis, rapinis & divinitationibus victum quæritant. Dignitatum inter ſe ordines ſervant, Ducemque ac Comites eligunt. Plæriq; eorum ſunt variis è locis proſcripti, nequitiæque infames, & qui publicè virgis cæſi auribúſve truncati ſunt, in hoc ſe ſodalitium dedunt. Primus illorum Dux in Germania fuit Zindelo, à quo videntur Zingeni dicti, & apud Germanos *Zigeyner*: niſi à peregrinando vox illa Germanica fortè formata ſit. *Zindelus dux Zingarorum.* Impia nec uſquam ferenda eſt hæc hominum colluvies, ut quos conſtat ferè exploratores ac proditores eſſe. Unde jam olim Maximilianus I. Roman Imperator, & Albertus IIII. Bavariæ Dux, cognomento ſapiens, edictis publicis eos ſuis e provinciis exegerunt. Sunt tamen hodieque nonnulli adeò ſuperſtitioſi, ut eos violari nefas ducant, ſinantq; impunè graſſari furariq;. *Hæc ferè Hier. Zieglerus in Illuſtrium Germaniæ virorum Hiſtoriis ſingularibus, cap. 93.*

DE COQUINARIA.

COræbum Eleum primum in Olympicis certaminibus Coquum fuiſſe coronatum reperio, ob ſingularem coquendi induſtriam & eximium ferculorum apparatum. Laudatur & Phymis Leſbius, Hieronis coquus. Item Myſtillus & Taratalla à Martiale celebrati. Nec ultima ſanè coquinariæ artis dignitas eſt, Apud Romanos Cn. Manlio Volſone ex Aſia triumphum ducente, primum coquus & uſu & æſtimatione in pretio eſſe cepit, ut auctor eſt Liv.: quodque antea miniſterium quaſi viliſſimum fuerat, ars haberi cœpta eſt. *Vide Piliniũ l.*18.*c.*11.*ubi & de Piſtoribus.*

AN VETERES HABUERINT OCULARIA.

EA eſt omnium artium conditio ut quod olim dixerit Ariſtoteles *in Rhetoricis*, fore ut in dies veterum artificum inventis nova dejicerentur, id quotidie & in medicina, & plerisq; aliis conſpiciamus. Nã ocularia vitrea vulgo nuncupata, quib᷒ hebetes viſiones mirificè homines adjuvant, certum eſt veteribus omnibus ignota fuiſſe, quando non ſolùm priſci medici aut perſpectivi, ad quos maximè eorum facultatem cognoſcere pertinebat, nihil de ipſis memoriæ prodiderunt, verum etiam nullus alius ſcriptor reperitur apud antiquos, qui hujuſcemodi inſtrumenti debilem uſum habentibus uſq; adeo neceſſarii utilis, ac tempeſtate noſtra vulgatiſſimi, ullam fecerit mentionem, quo uno argumento uti ſoleo adverſus Theſaurorum Latinorũ confarcinatores, qui conſpicilium, ſive conſpicillum apud Plautum idem eſſe quod ocularia noſtra perſuadere conati ſunt, præterquam enim quod minimè rationi conſentaneum eſt, id inſtrumentum, ſi antiquitus innotuiſſet, medicos in primis in curandis viſionum debilium affectibus debuiſſe tantum remedium

Ocularia vitrea.

medium alto ſilentio præterire, neq; etiam perſpectivos ſimilium affectuum rationes ſilere eſt & Nonii teſtimonium qui conſpicilium appellatum docet locum, undè aliquid clanculum conſpici poſſet, quem fieri conſueviſſe vitro obductum, per quod videre & non videri liceret, ut nunc in feneſtris frequenter uſurpamus, mihi veri ſimile ſit, atque hunc in modum forſan intelligendus eſt Plautinus locus, ubi hæc verba ſcripta erant, cedo vitrum, neceſſe eſt conſpicilio uti. Quanquam autem inſtrumentum vitreum oculis infirmis accomodatum, antiquis medicis ignoratum fuiſſe tutò aſſeram, haudquaquam tamen ita novum inventum eſt: ut prorſus avorum noſtrorum parentes illo caruiſſe exiſtimem, cùm & Gordonius, qui paulò minus ab hinc trecentis annis claruit, *in cap. de viſus debilitate*, nec non Guido Gavalliacus ipſo quinquaginta annis junior *eodem in cap.* oculorum, quæ ſenes ad conſpiciendas minutas literas adhibent manifeſtè meminerint. *Hæc Hier. Mercurialis lib. 6. Variarum Lectionem, cap.* 19.

Conſpiciliū quid.

FINIS.

Digitized by Google

95.

Digitized by Google

LABORATORIO PER IL RESTAURO DEL LIBRO
FERNANDO FERRACCI
1962
ASSISI

Digitized by Google